esse qūo illi puideat/Si cū tāta solicitu
dine puidet hō miserе vite/de q̄ nēo cert⁹
est p diem. quāta solicitudo dꝫ eē puiden
di illi vite. de q̄ certus est q̄ erit et na/Ubi
nec loc⁹ erit mendicādi vtꝫ in diuite epu
lone ꝛ in fatuis virginib⁹/nec locus labo
randi/nec aliq̄d mutuo accipiendi/In vi
ta aūt ista vix est aliq̄s cui⁹ pauptati non
ꝓsulatur aliquo istoꝝ trium modoꝝ/Ubi

vero qui sibi non puiderit egestatē eternā patietur. Ita vt nec guttā aque modicam possit hre. Bern. O aia mea domū habes sed cito cassura est dom⁹ tua et nisi tibi puideris ventis et pluuie exponeris ¶ Debet etiā fides esse magna. et attendit hec magnitudo in ⁊ttuor ¶ Primo in hoc vt hō bona transitoria ptemnat intuitu eternoꝝ. vnde ad Heb. xi. Fide moyses grandis fact⁹ negauit se esse filiū filie pharaonis. magis eligēs affligi cum pp̄lo dei q̄m tpalis pcti hre iocunditatē. maiores diuitias estimās thesauro egyptioꝝ imperiū xpi. aspiciebat em̄ in remūeratione dei ¶ Scdo in hoc vt hō in aduersis de deo ꝓfidat. vñ Mat. xiiij. O modice fidei q̄re dubitasti ¶ Tercio in h. vt hō ad longā credentiā deo bona sua tradat. Magni em̄ ꝓncipes longā credentiā req̄rūt Isa. 28. Qui crediderit nō festinet ⁊ puer. xx He reditas ad quā festinat in ꝓncipio. in nouissimo bñdictōe carebit. ⁊ Eccl. xx. O die fenerat hodie et cras repetit ⁊ odibilis ē hō h⁹ mōi. ¶ Quarto in hoc vt cū hō aliquid petit a deo et nō statim accipit. non ꝓpter h a ꝓposito desistat. vñ Mat. xv. dictum est mulieri in oratione instanti. O mulier magna est fides tua. ⁊c.

De eodem Sermo. II. In ordine. 49.

OMne quod natum est ex deo vincit mundū)

¶ Bern. postq̄m vnigenit⁹ dei filius habitu inuent⁹ est vt hō. nō imerito iam de celesti generatōe exiguitas hūana p̄sumit. neq; indignū est deo eoꝝ p̄em fieri quoꝝ se xp̄c fecit fratrē. Hec pentela vel filiatio dei summa nobilitas ē. de q̄ beat⁹ Jobes Qui p̄ ceteros sanctis adoptōem filioꝝ dei ꝓmēdat. cū in epla hodierna loq̄tur dicēs. O mē qō natū est ⁊c. ¶ Unigenitū dei odit mund⁹ iste cū ipse in mūdo apparuit ⁊ psecut⁹ est eū mūd⁹. sz ab eo deuictus est. sic filios dei adhuc mōs psequitur et odit. Jo. xv. Si mōs vos odit scitote q⁊ me ꝓ⁊ vob odio habuit ⁊ p⁹. memento sermonis mei quē ego dixi vob. nō est seru⁹ maior domino suo. si me pse. sunt. ⁊ vos pse. ¶ Sz sic vnigenit⁹ dei mōm vicit sic ⁊ fratres ei⁹ mōm vincūt Joh. xvi. Confidite ego vici mōm. ⁊ h est q̄ dr Joh. in ꝓbo p posito. O mne qō natū est ⁊c. ¶ Et notandū q̄ filij dei dupl⁊ vincūt mōm. i. mōi transitoria bona. alij eū subijciēdo. alij ꝓ⁊ obediendo ¶ Primo⁹ vincūt mōm q̄ in mōdo remanētes trena sibi subijciūt ⁊ dñantes eis qōdāmō se faciūt altiores ⁊ ad impugnandū inimicū potentiores. faciūt em̄ indelargas elas. qui mō⁹ pugnādi valde efficax est ad impugnādū dyabolū. ¶ vñ sup illū locū. p̄s. mia mea et refugiū meū. dic Aug⁹. De nulla re sic vincit dyabol⁹. sic de mia ⁊ Eccl. xxix. Sup scutū potentis. et sup lanceā aduersus inimicū pugnab. ¶ Ex hoc cupidi et auari nō sibi trena subijciunt sz poti⁹ se trenis ad modū talpe sup humeros suos ponētes tram q̄m fodiūt. ipi em̄ q̄si sup hūeros suos ponunt ea q̄ male adq̄runt et sic se viuos sepeliūt. ¶ Scdo mō vincunt mōm q̄ reb⁹ mōi p amore xp̄i renunciant. q̄ ad modū luctantiū se trenis spoliant. ne dyabol⁹ hīs q̄ eos teneat deiciat et deuincat. ¶ Sequtur (hec est victoria q̄ vincit mōm fides nr̄a) p fidem habitat xp̄c in cordib⁹ fideliū. a q̄ est victoria Job xvij. Pone me dñe iuxta te. cui⁹ vis manus. ꝓ me. Bern. O tpalib⁹ resistis q⁊ vincis malignū. noli ꝓpijs tribuere viribus. noli in te sz magis in dño gl̄ari. quo em̄ fortis ille armat⁹ tue cedet infirmitati ¶ Et notandū q⁊ fides hoiem mōm facit. mōm vincit. deo gratū hominē efficit. ⁊ dyabolo resistit. de ꝓmo Act. xv. Fide purificās eoꝝ corda. fides intelligere facit quāta sit imundicia pcti q̄ intellecta hō a pctō recedit. recedere em̄ a malo intelligētia ē Job 28. Intelligētia cā est q⁊ aliquis recedit a malo. Qui pfecte intelligeret q̄nta sit imūdicia pcti poti⁹ eligeret esse in luto vsq; ad pectus q̄m in mortali pctō. De scdo h̄ in ꝓbo ꝓposito. hec est victoria q̄ vincit mundū fi. n. fides vincit mōm. i. ea q̄ in mōdo sunt. scz delicias diuicias ⁊ honores. Delicias vincit dū ostendit corp⁹ nr̄m latronē esse morti ꝓdēnatū. de quo ptz q⁊ nō decent eum delicie. Bene. Omnes capitali sentētia ꝓdēnati sumus. Eccl. xx. Seruo maliuolo tortura ⁊ ꝓpedes. Diuicias vincit dū ostendit eas in muscipula esse dyaboli. Aug⁹ p̄da quāvis rape in muscipula est tenes alienū et teneris a dyabolo. Honores ꝓ⁊ vincit dū oñdit eos esse illusiones

vñ Berñ. Omis purpura illusionis est p quā dño illusum est. Fides etiā vicia hui⁹ mōdi vincit. alia aq̄ lacrimaꝝ submergēdo. alia igne infernali exurendo. alia ꝙ fame ieiunioꝝ. ⁊ alijs afflictōib⁹ effugando.

De tercio ꝙ notandū q̄ fides valde placet deo. est em̄ p̄mū obsequiū ⁊ p̄mū sacrificiū gratū qđ hō deo facit. vñ Hiere. v. Oculi tui dñe pspiciūt fidē pspiciūt inq̄z sicut illđ qđ multū ei placet. vbi em̄ amor ibi oculus. Adeo em̄ fides placet deo. q̄ sine ipa impossibile est placere deo. vñ fallunt illi q̄ hereticos bonos reputāt qz videnr eos vl multū ieiunare vel el'as dare. q̄si nō possent hr̄e os sanū ⁊ aiam firmā vl manū sanā. ⁊ oculū infirmū vel cecum. qđ accidit in talib⁹? Os sanū ht hō abstinēs. manū sanā ht el'ari⁹? cum nihil phibet tales hr̄e oculos cecos p infidelitatē. q̄nq̄z aliqs curzit velocit nec tū puenit ad locum ad quē tendit. qz erroz impedit eū sic accidit in hereticis. Aug⁹ sup illud Ro. iij. Arbitramur hominē iustificari. Bona opera añ fidem inania sunt. ita em̄ mihi videnr esse vt magne vires. ⁊ cursus celerzimi p̄t viam. Talia opa simulia sunt pomis q̄ crescunt in arboꝛib⁹ q̄ sr̄ circa mare moꝛtuū. q̄ ante maturitatē sūt viridia. matura ꝙ insciſa fauillā intus hñt. sic in talib⁹ opib⁹ q̄ bona modo intelligunr. ignis infernalis p⁹ hanc vitā inueniet. erūt em̄ materia ipi⁹. Fides ē xp̄itiatoꝛiū sup arcam eccl'e. qz extra fidē nō est xp̄itiatio vel pctoꝝ remissio

De q̄rto habes. j. Pe. v. (Sobꝛij estote vsq̄ cui resistite fortes in fide) fides est sapia illa quā malicia non vincit. attingit em̄ fides a fine cogitatōis vsq̄ ad finē opis. vel a p̄mo ꝙtutū vsq̄ ad vltimū resistens dyabolo. fides est scutū de q̄ ad Eph. vlt Jn oib⁹ sumentes scutū fidei et ß scutū est tangulū. Trim⁹ angul⁹ est fides de penis eternis. scđus de bonis eternis. terci⁹ est fides de laboꝛe xp̄i. de quo Treñ. 4. Dabit eis scutum coꝛdis laboꝛē tuū. et de ß subditur in epl'a hodierna (et hꝝ est q̄ vincit mōm. nisi qui credit qz xp̄c est fili⁹ dei) qđ intelligendū est de illo qui credit fide viua. De fide ꝙ moꝛtua ōt Berñ. Nec miꝝ videri pōt si nequaq̄m vincit fides q̄ nec viuit. Fides moꝛtua xp̄ie nō videtur esse fides. Berñ. Putas ne filium dei reputat ihm ille homo qui ipsi⁹ nec terzeꝛ ꝓminationibus nec attrahit p̄missionib⁹ nec p̄ceptis obtempat nec p̄silijs adq̄escit. non ne assimilatur his q̄ si fateanr se nosse deū factis tñ negant. Et notandū q̄ mūd⁹ q̄si duab⁹ manib⁹ nobiscū pugnat scz dextera pspitatis. ⁊ sinistra aduersitat⁹. pspeꝛis scz alliciens et aduersis terzens. quod ille vincit qui credit q̄ xp̄c est filius dei. qz credit ß cum fili⁹ dei sit summe bon⁹ ⁊ beatus. nouit qm̄ in ipo nō fuit defectus veri boni. nō p̄tia veri mali. Em̄ cū ieo tpalis pspitas defuerit. ⁊ aduersitas affuerit. ꝙg noscere pōt q̄ tpalis pspitas non est verū bonū. nec tempalis aduersitas vez malū. Aug⁹ Omia bona terzena ꝓtempsit xp̄s bō vt ꝓtemnenda mōstraret. ⁊ oia terzena mala sustinuit. que sustinēda p̄cipiebat. vt nec in illis q̄reret felicitas. nec in ist⁹ timeretur aduersitas. De p̄mio vero coꝝ qui victoꝛes exist̄ sat̄is hr̄ in Apoc. ij. ⁊ iij. cap̄. Vincenti inq̄t dabo edere de ligno vite. ⁊ post. Esto fidelis vsq̄ ad moꝛtē et dabo tibi coꝛonā vite. Item qui vicerit ñ ledetur a moꝛte secunda.

Dominica. II. post pascha
Sermo. I. In ordine. Jo.

Q Hristus passus est ꝓ nob⁹ vo. relin. exē. vt seq̄. ve stigia ei⁹. j. Pe. ij. Notandū passionē xp̄i memoꝛandā esse fidelib⁹ omi tempe. hoc em̄ dñs docuit discip'los suos q̄n in breui erat recessur⁹ ab eis. vt magis memoꝛie coꝝ infigeret. Luc. xxij. Hoc facite in meā p̄me. j. Coꝛ. xi. Quotiēscunq̄z manducabitz panē hūc ⁊ calicē bibetz moꝛtem dñi ānunciabitz donec veniat. Specialiter aūt memoꝛāda est paschali tpe. vñ dñs post resurrectōz spēaliter apparēs discipulis suis loca vulneꝝ suoꝝ oñdit. Jo. xx. et Luc. xxiiij. Tali etiā tpe facit eccl'ia memoꝛiā de cruce et celebraţ inuētio crucis. Jn p̄ncipio etiā epl'e hodierne passio nob⁹ ad memoꝛiā reducit. tunc armari potius debēt hoies q̄n bellum est piculosius. Paschali ꝙ tempe bellū spūale piculosi⁹ est. ⁊ ideo memoꝛia dñice passiōis q̄ mr̄ltū valet fidelib⁹ ad munitionē assumenda ē. j. Pe. v. Xp̄o igit̄ passo. ⁊ vos eadē cogitatione armami. Treñ. iij. Dabis eis scutū

cordis laborem tuum. ¶ Item qñ temp⁹ magis facit ad putrefactõem tũc mirra l' sal vel aliud a putrefactõe ꝯseruans magis necessariũ est. Conseruãs a putrefactõne spũali est memoria dñice passiõis. Cant. .j. Fasciculꝰ mirre dilectus meꝰ mihi inter vbera mea ꝯmorabitur. In estate etiã qñ colerici humores magis abundãt spẽalit' nccĩm est absinthiũ ad colere repssionem. Sic ad repressionẽ ardorꝫ spũalis nccĩa ẽ amaritudo dñice passiõꝫ. Itẽ qñ tempus calidiꝰ est vmbre gratiores sunt. Tempe ꝯ paschali qñ estuant homĩes estu libidinis nccĩa est eis vmbra dñice crucis. Cant. ij Sub vmbra illius quẽ desiderabã se. ꝛc.

¶ Notandũ ꝙ xp̃c lignũ vite est. puer. iij. Lignũ vite est hys q̃ apprehenderũt eum. Loq̃tur de sapiẽtia increata que est filius dei. Solet aũt aliq̃s attendere ad aliquã arborẽ q̃nq̃ de cãis. Quãdoq̃ vt ad vmbram arboris pulcritudinẽ suã seruet. vt mulieres faciũt que timent candorẽ suũ obscurari. qñq̃ ꝟo quia videt hõ se nimio estu grauari. qñq̃ vt ꝓtegat' a pluuia. qñꝫ ꝓpter lassitudinẽ vt ibi q̃escat. qñq̃ vt de fructu arboris se reficiat. eisdẽ de causis ad istam arborẽ accedere debes. Propter primã causã accedit. qui dñicam passionẽ ad hoc recolit. vt pucritudinẽ suã apprehẽdat ex precio dñici sanguinis. ne pulcritudo sua sibi vilescat. ꝑtractans in mente scilicet. q̃m care xp̃s pulcritudiem suã emit. Apocal. j. Qui dilexit nos. ꝛ lauit nos in sanguine suo. Gen. xlviij. Lauabit in vino stolam suam. hoc fit quottidie q̃ndo in sanguĩe suo qui est in specie vini in altari lauat ecclesiã. que ad ornatũ ꝛ honorẽ xp̃i facit. ꝓpter qd̃ stola vel vestis eius dicit'. Qui sanguinẽ domini in calice hr̃et. multũ diligenter eum custodiret. ꝛ valde reus esset si eũ ꝓijceret. sic valde reus est q̃ pulcritudinẽ sanguĩe xp̃i ꝯparatam ꝑ negligentiã amittit. de hac vmbra legit' Tren. iiij. Xp̃c dñs captus est in peccatꝫ nostris. cui diximꝰ in vmbra tua viuemꝰ in gentibus. Si estus nimie aduersitatꝫ aliquẽ grauat. Attendere debet ad xp̃m. vt passionẽ eius recogitet. Bern. Videntes angustias domini nostri leuiꝰ vestras portabitꝫ. Greg. Si passio domini nostri ad memoriã reuocetur. nihil adeo durum est. qd̃ non eq̃ animo toleretur. In ps̃. Scapulis suis obum. ti. Tunc xp̃c alicuiꝰ scapulis obumbrat. quãdo ip̃e ꝯsiderans ea que ꝑ eo portauit. ꝑ xp̃o etiã aliqua grauia libent' portat. Item si pluuia tentationũ aliquẽ grauat. recurrat ad memoriã dñice passionis. Hanc em̃ multũ timet dyabolꝰ. quia ibi deuictus est. In ps̃. Scuto circumdabit te veritas eius. veritas dei patris est xp̃c. Item in vmbra alarum tuaꝝ sperabo donec transeat iniq̃tas. Bern. bona ꝛ desiderabilis vmbra sub alis ihu. vbi tutum fugientibꝰ refugium. gratũ fessis refrigeriũ. Si em̃ sentis te aliquo labore in seruitio xp̃i grauatum. recurre ad memoriam dominice passionis. ibi em̃ accẽditur homo ad amorem dei. Amor em̃ nescit esse ociosus. opatur em̃ magna si est. si aũt operari rennuit amor non est. videbat' Jacob labor paruus. quẽ ꝑ rachele sustinebat. cum esset magnus p̃ magnitudie amoris. Sic eis q̃ vere amant xp̃m facilis est labor quẽ ꝑ eo sustinent. et ꝑ hunc modũ sub arbore vite quiescitur. Ad arborẽ vero istã accedit tanq̃ refectur⁹ se de fructu eius. q̃ ꝯsiderata dominice passiõis virtute in se reflectit. scꝫ humilitatẽ mansuetudinẽ ꝛ pacientiã et caritatẽ et pietatem. Specialit' em̃ dedit nobis christus exemplũ harum virtutum in passione. Cant. vij. Ascendã in palmã et ꝯp̃hendam fructꝰ eius.

De eodem. Sermo. II. In ordine. 5j

Christus passus est ꝑ nobꝫ vo. ꝛc. Causas quare passio domini ad memoriã reducatur inuenies in sermone illo. pascha nostrum ĩmolatus est christus. De passione etiã dominica inuenies in s̃monibꝰ illius epl'e. Quicunq̃ baptizati sumus. ꝛ in illo sermone tradidi vobis in p̃mis ꝛc. et in illa epistola. Hoc sentite in vobis. Circa verbum vero ꝓpositum p̃mo attendendum est. ꝙ nõ dicit petrus. que et quanta christus passus sit ꝑ nobis. qꝛ quasi inexplicabile est. passus est quidem xp̃c multa ꝑ nobis et multa etiã quottidie a nobꝫ patitur. multa etiam patitur inter nos in mẽbris suis. multum etiã onerosus patitur nosipsos ꝛ portat. Propter p̃mũ scꝫ quia

multa passus est ꝓ nobis deberem⁹ ⁊ nos desiderare vt aliquid pateremur pro eo. Dauid. Quid retribuam domino ꝓ omibus que retribuit mihi? multa vero sunt q̄ christi passionē aggrauerunt. ¶ Primum est ꝑsone patiētis sublimitas, maior est cōtumelia que infertur militi q̄z que rustico, et si inferatur comiti tūc etiā maior erit, si regi tunc longe maior, si in infinitū maiori, tunc in infinitum maior vt videtur. ¶ Scdo aggrauauit passionē hoc ꝙ pro indignis passus est. j. Pet. iij. Mortu⁹ est iustus ꝓ iniustis. ¶ Tercio ꝙ ab indignis multa passus est. Job. xvi. manib⁹ impioꝝ me tradidit. ¶ Quarto ꝙ cū latronibus passus est. Isa. liij. et cum sceleratis reputatus est. ¶ Quinto qꝛ sine causa, vñ subditur. qui peccatū nō fecit. ⁊c. ꝟsus. Ex vicijs leuiter quidq̄d paciare ferendum est. Que venit indigne pena dolenda fuit. ¶ Sexto qꝛ ab illis qui debebant esse eius amici. In ps̄. Si inimic⁹ meus male. mihi sus. vtiq̄z. ¶ Ab hys vero que nunc xp̄c a nobis patitur bene ꝑcēdum esset ei, bene deberet nobis sufficere ꝙ tot ⁊ tanta pro nobis passus est, nō deberem⁹ dolorē addere sup̄ dolorem meū. ps̄. Sup̄ dolorem vulneꝝ. me. ad Hebre. vi. Rursus crucifigentes in vobis metipsis filium dei et ostentui habentes. ¶ Rursus xp̄m crucifigūt quantū in se est qui ad peccata sua redeūt. ¶ Ab illis vero que xp̄c patitur in membris suis deberem⁹ cōpati ei sicut et ipse ꝯpassus est nobis. Math. xxv. Quod vni ex minimis istis fecist⁹, paciente vno mēbro in corpe ecclesie cetera membra compati debent. ꝑma Coꝝ. xij. Si quid vnum patitur membrū ꝯpatiunt̄ omnia membra. ab eo. etiam ꝙ xp̄c patitur nos onerosos portando. et ad penitentiā expectādo deberem⁹ ei parcere, peccator em̄ quantum in se est multū grauat eum. qui ita diu ab eo portatur, vnde Isa. j. Laboraui sustinens, ⁊ Hiere. xv. Laboraui rogans. Ite xxviij. Vos estis mihi on⁹ ꝓijciā q̄ꝑpe vos. ¶ Passus est xp̄s ꝓ nobis omnibus. ⁊ maioribus et minoribus, vobis minorib⁹ relinquens exemplū vt seq̄mini vestigia eius. Sicut nos maiores iam seq̄mur. ¶ Et notandum ꝙ tripliciter solet aliquis aliquid sequi. Quandoq̄z vestigijs passuum quandoq̄z vestigijs odoris, quandoq̄z vestigijs sanguinis. ¶ Primo modo sequūtur christū incipientes qui cauent ab inimicitijs ꝓximi et instant opibus misericordie, Vniuerse em̄ vie domini misericordia ⁊ veritas. Mich. vlti. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, ⁊ quid deus requirat a te, vtiq̄z facere iudicium et iusticiam et diligere misericordiā. Job. xxiiij. Vestigia ei⁹ secut⁹ est pes meus. ¶ Scdo modo sequuntur eum ꝓficientes quos iam incipit delectare odor exempli xp̄i et odor p̄mij eterni. Cant. j. In odore vngentoꝝ tuorum ⁊c. Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sic̄ o. a. p. ij. ad Corinth. iij. Deo gratias qui odorem suum manifestat ꝑ nos in omni loco ⁊ beatus Joh. dixit. Odor tuus xp̄e ꝯcupiscentias in me excitauit eternas, hunc odorem multi non sentiunt Job. xi. Forsitan vestigia eius comp̄hendes. ¶ Tercio modo sequūtur xp̄m ꝑfecti qui desiderāt mori ꝓ christo sicut ꝓ eis xp̄c mortuus est, qui a carcere corpis cupiunt liberari Ro. vij. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpe mortis hui⁹. Solebāt multi xp̄i vestigia sequi, sed hodie vestigia eius ꝓpt̄ aquas diuiciarum et deliciaꝝ multis nō apparent. In ps̄. In mari. v. t. et semite t. in aquis. m. ⁊ u. tua. nō ꝯgnoscentur.

Dominica. III. post festum pasche
Sermo. I. In ordine. 52.

Obsecro vos tanq̄m aduenas et peregrinos abstinere a carnalibus desiderijs. ¶ In epistola prime dominice post pascha instruxit ecclesia filios suos circa fidez, que de mundo isto victoriam habet. ¶ Sed qꝛ mundus pugnat contra filios dei quasi vtraq̄z manu. dextera scz ꝓspitatis, et sinistra aduersitat⁹. ¶ In epistola secūde dominice docuit eos vincere mundū. quantū ad aduersitatem, quasi tradens eis scutū quo se protegāt, scz christi passionē dicēs Christ⁹ passus ē ꝓ nobis. ⁊c. ¶ In epistola hodierna docet vincere quantū ad ꝓsperitatem dicens. (Obsecro vos tanq̄z aduenas ⁊c.) In quo verbo innuitur, triplex ratio quare a carnalib⁹ desiderijs sit abstinendum. ¶ Prima ratio est quia in mū

do isto positi sumus non ad viuendũ deli
cate/sed potius ad pẽitentiã agendã/Nõ
em̃ domin⁹ hominẽ de ꝑadyso eiecit. vt h̃
ꝑadysum faceret/sꝫ vt potius esset h̃ quasi
in exilio/sed multi nesciũt quare in exilio
isto positi sunt. Aug⁹/Nescimus quo fine
claudimur/in exilio isto/Posuit dñs ho-
minẽ in mundo q̃si in carcere in q̃ torque
atur/sꝫ tñ in quadã libertate vt agat peni
tentiã si voluerit. sꝫ in futuro q̃ penitẽtiã
nolũt h̃ agere/ponet in carcere infernali
vt velint nolint punient̃/et pena tali que
eis non ꝓderit/hec rõ insinuat̃ cum dicit̃
tanq̃ꝫ aduenas/Aduena em̃ d̃r qui venit
aliunde et nos in ꝑmis ꝑentibus nostris
de loco voluptatis venim⁹ ad locũ hui⁹
exilij. ¶ Scd̃a ratio est qꝛ ad locũ delici-
arum tendim⁹. scꝫ ad celũ vbi vere satiabi
mur delicijs/Dauid. Saciabor cũ appa-
ruerit glo. t./Fatu⁹ viator vult bibere ad
omnẽ aquã quã in via inuenit/ex quo ac-
cidit qñꝫ ꝙ infirmitatẽ ad mortẽ incurrit/
et cenã delicatam sibi ꝑatam amittit/qñꝫ
etiã cibos quos sumpserat cũ verecũdia
euomit. Eccl̃i. xxvi. Dicit̃ de tali viatore/
sitiens ad fontẽ os apiet et ab omi aqua
ꝓxima bibet/ꝛ ꝯtra omnẽ palũ sedebit/De
licie h⁹ mũdi se habẽt sic̃ vue mature aufe
rentes illis q̃ eis vtunt̃ vinũ eterne iocũ-
ditatis/Hec rõ innuit̃ cum dicit̃. ꝛ ꝑegri
nos/Peregrini em̃ sunt q̃ de loco ad locũ
tendunt/In ps̃. Aduena ego sum apd̃ te
ꝛ ꝑegrinus ꝛc̃. Heb. vlt̃. Nõ habem⁹ hic
manentẽ ciuitatẽ sꝫ futurã inq̃rimus/Vi
ri sancti scientes se inuitatos esse ad cenã
eternam i mane ꝑsentis vite parum come
dunt ¶ Tercia ratio est qꝛ ea que caro de
siderat noxia sunt anime. de quo subdit̃.
(Que militant aduersus aĩam) Gal̃. v.
Caro ꝯcupiscit aduersus spm̃/spũs autẽ
aduersus carnez/De hac materia req̃re su
per illud verbũ. Debitores sum⁹ nõ carni
vñ Seneca. Voluptates inter se vilissi-
mas ꝑcipue extirpa/que more latronum i
hoc nos amplectunt̃ vt iugulent. ¶ Et
notãdum ꝙ inter voluptates quas caro
desiderat specialit̃ timenda est voluptas
que ad peccatũ luxurie ꝑtinet/ꝛ ꝑcipue in
estiuo tempe/calido em̃ tempe infirmita-
tes valde abundant/vnd̃ de hoc peccato
spẽaliter notandũ est/ꝙ tribus de causis
debet homo abstinere ab hac voluptate.
¶ Prima qꝛ ip̃a est quasi inclusa inter duas
amaritudines/ꝑcedit em̃ amaritudo ap-
petitus et multarũ molestiaꝝ/que sunt in
ꝓcurando peccato/Seq̃tur etꝫ amaritu-
do pnĩe quedã/vñ Hiero⁹/Appetit⁹ for-
nicatiõis anxietas. sacietas vero peniten
tia/valde leccator est q̃ mel inter spinas
lingit/ꝛ nucleũ comedit sub amaritudine
corticis. sic valde intempat⁹ est quẽ nõ co
hibet ab hac voluptate ꝙ ꝑ amaritudinẽ
terminat̃/De hac materia require in tra-
ctatu de luxuria in ꝑncipio ¶ Scd̃o absti-
nendũ est ab hac voluptate qꝛ valde b̃uis
est/pena vero valde longa/momentaneũ
em̃ est qd̃ delectat eternum quod cruciat.
¶ Valde modica est esca qua dyabol⁹ capit
homies in hoc peccato/Ferrũ vero valde
magnũ qꝛ pena eterna/Quis piscis vmq̃ꝫ
ita viliter captus est sicut illi qui hac vo-
luptate capiunt̃/Cauet piscis hamum/si
hamus escam excedat./Eccs. ix. Sicut
pisces ꝯꝓhendunt̃ hamo. ꝛ aues capiunt̃
laqueo/sic capiuntur homies tempe malo
¶ Tercio deberent hoies abstinere ab hac
voluptate qꝛ valde vilis est/et valde care
constat/damno em̃ regni celestis emitur.
Berñ. ve ve ve/Vapor est ad modicũ pa
rens/qd̃ eterne felicitatꝫ aditum interclu-
dit/quod vniuersitatꝫ scientia fraudat/qd̃
summe ꝑuat dignitatꝫ honore/Qꝛ autem
hec voluptas vilis sit/innuit erubescẽtia
que est ibi/et vilitas mẽbroꝝ/quoꝝ est vo-
luptas/et inq̃natio corꝑis sequens eam ꝛ
fetor. De hys q̃ttuor req̃re in tractatu de
luxuria ꝑmo capl̃o. ¶ Et notandũ ꝙ qñ
anima sentit carnalia desideria que mili-
tant aduersus eam/anima etiã debet mi-
litare aduersus carnem eam disciplinãdo
vel aliam molestiam ei inferendo/De hoc
exemplũ habem⁹ in beato Benedicto. de
quo narrat Greg̃. in dyalogo ꝙ cum q̃dã
die sol⁹ esset. dyabol⁹ in specie merule vo-
lauit iuxta ip̃m ita vt manu capi posset/et
facto signo crucis euanuit/ꝛ statim maxi
ma carnis tentatio secuta est/Cepit enim
tantũ cogitare de quadã femina quã vide
rat/vt vix in eius pectore flãma se caper.
ita vt etiã heremũ egredi cogitaret/Sed
tandem ad se reuersus misit se nudũ inter
sentes ꝛ exijt vulnerat⁹. ꝛ cessauit tentatio

vt dicit Gregori⁹ ꝙ vulnere corpis sana
uit vulnus mentis. ¶ Item legitur in vitas
patrũ/ ꝙ abbas Zenon cum iret ad pale-
stinam vidẽs cucumeres ꝯcupiuit/ sꝫ ipse
sibi cogitatione sua respondit ꝙ esset fur-
tum/ vnde dixit/ Fures suspendunt̃ pati-
bulo/ ꝓbabo vtrum possim illã penam su
stinere que illis debetur/ et per q̃nqꝫ dies
fixit corp⁹ suũ in estu ad solem. et tũc dix-
it/ Cum nõ possum sustinere tormentum/
non optet me facere furtum/ sed magis vi
uere de labore manuũ meaꝝ. ¶ Item legit̃
in vitas patrũ/ ꝙ mulier quedã dixit iuue-
nibus quibusdã de solitario deuotissimo/
quid vultis mihi dare et ego deijciam so
litarium illum/ At illi ꝯstituerunt p̃cium
ei/ que egressa venit in cellam vespere q̃si
errans/ et cum ploraret et ꝯq̃reretur ꝙ a
bestijs esset deuoranda et ꝙ illuc venisset
errando/ ipse tandem misertus eius rece-
pit eam in cellam suam/ Cepit aũt dyabo
lus inflammare cor eius ad libidinem/ qd̃
cum senex sentiret dixit. sibi ipsi/ qui talia
agunt ibunt in tormentũ/ vide ergo si pos
sis sustinere eternum ignem/ et mittebat
omnes digitos sigillatim in lucernam qd̃
tamen vix sentiebat ꝓpter ardorem ꝯcupi
scentie/ et ita fecit vsqꝫ ad mane/ et illa vi-
dens quid faciebat effecta est quasi lapis
p̃ timore/ mane facto venerunt iuuenes q̃
bus ille narrauit qd̃ factum essꝫ ostendẽs
digitos/ ⁊ cum senex crederet eam dormi
re inuenerũt eam mortuã p̃ timore/ ⁊ acta
oratione suscitauit eam.

¶ De eodem. Sermo. II.

¶ In ordine. 53.

Obsecro vos tan
q̃m aduenas ⁊ pegrinos ꝛc. ¶ Tria
sunt que caro desiderat/ in quib⁹ carni cõ
sentire non debemus/ Primum est ociosi
tas/ scd̃m rerum varietas/ tercium est reꝝ
suauitas. ¶ In p̃mo carni consentire nõ de
bemus/ qꝛ qui sectatur ocium stultissimus
est. vt legitur Prouer. xij/ ⁊ Ecc̃i. 33. Ser
uo maliuolo tortura ⁊ compedes/ mitte
eum in opatõem ne vacet/ Multã em̃ ma
liciam docuit ociositas/ De hac materia
req̃re in tractatu de accidia in capitulo d̃
ociositate. ¶ Circa scd̃m etiã nõ debem⁹
ꝯsentire carni vt curiose circa rerum vari
etates agamus/ qꝛ potius anima hoc mõ
magis famelica efficitur/ q̃m saciet̃/ Aug⁹
Anima delectatõis auida postq̃m ab vni
tate recessit/ cum rerũ qualitate satiari nõ
possit. rerum varietate satiari desiderat/ sꝫ
laborat in uanum/ qꝛ non satiatur oculus
visu nec auris auditu impletur/ vt legitur
Ecc̃i. j. ¶ In tercio etiam nõ est ꝯsentien
dum ei/ suauitas em̃ ꝓhibita quasi vene-
num est/ Eccs. viij. Inueni amariorẽ mor
te mulierẽ/ Mulier ista intelligitur suaui
tas ꝓhibita/ que est quasi dulce venenum
que aiam occidit. ¶ Item notandum ꝙ
filius dei quasi pegrin⁹ in mnudo isto fuit
⁊ viator/ non hñs ꝓpriam domũ/ Math. 8
Vulpes foueas hñt/ et volucres celi ni-
dos. filius ãt homis nõ habet vbi caput
suũ reclinet/ Hiere. xiiij/ Quare q̃si colo-
nus futur⁹ es in terra et quasi viator de-
clinans ad manendũ/ vñ etiã in via nasci
voluit Luce. ij./ Et in specie pgrini appa-
ruit. Luc̃. xxiiij/ Habuit aũt humanã na
turam ꝓ pera in qua fuit p̃cium nostre re-
demptõis/ ꝓ baculo vero habuit crucem/
Gen̄. xxxiij. In baculo meo transiui iorda
nem istum ꝛc̃/ In baculo crucis transiuit
xp̃c torrentem mortis/ ⁊ sicut ipse se habu
it in mundo isto vt pegrinus/ ita vult vt
sui in mũdo isto reputeut se pegrinos/ ad
Hebreb. xi. Fide demoratus est abraam
in terra ꝓmissiõis tanq̃m in aliena/ in ca-
sulis habitando cũ Isaac et Jacob cohe
redibus repromissiõꝫ eiusdeꝫ/ expectabat
em̃ fundamenta habentẽ ciuitatẽ. et post
in eodem capitulo/ Confitẽtes em̃ om̃es
quia pegrini et hospites sunt sup terram
p̃ma Coꝝ. xv. Qualis celestis tales et ce
lestes/ Deutro. x. Amat pegrinum/ ⁊ dat
ei victum atqꝫ vestitũ/ nam et ipsi pegrini
fuistis/ Justi ergo more pegrinoꝝ ꝓ pera
debent habere fidem veram/ vel viuam
¶ In hac pera habet quidq̃d sibi necessa
rium est/ habet em̃ in ea deum. qꝛ ꝑ fidem
habitat christus in cordibus nostris/
Eph̃. iij/ Aug⁹. Aurum hñs in archa di-
ues est/ deum habens in ꝯscientia sua di-
ues non est/ ꝯiunge aurum ⁊ deũ archam
et ꝯscientiam/ ꝓ baculo vero debent habe
re spem qua se qui hic baculo sustentatur.
non cadat nec fatigetur. In ps̃. Non de
relinquet oẽs qui sperant in eo/ et iterum.

Sperans in domino non infirmabor/et Isa. xl/Qui spant in domio mutabūt fortitudinem/ꝛ subdit/current ꝛ non laborabunt/ambulabūt ꝛ nō deficiēt ¶ Itē viri sancti nō debent se supfluis onerare/peregrino sufficit vt hēat que vie sue necessaria sunt/Ad hoc monemur. j. Thy. vi/habentes alimenta et quibus tegamur hys ꝯtenti sim⁹ ¶ Item cum indigenis non debent litigare. i. cum mundanis/sꝫ irrisiōes et alia mala ab eis illata patienter sustinere. Job. xij. Deridetur iusti simplicitas/ꝛ Sap. v/Dicunt mali qui sunt in inferno de bonis/hy sunt quos aliqñ habuim⁹ in derisum ꝛc. ¶ Item societatē bonā debēt eligere Prouer. xiij/Qui cū sapientib⁹ graditur sapiens erit/amicus stultoꝝ similis illis efficit ¶ Item que mundus tractat vl' tradit eis/reputare nō debēt dona quasi gratis data/Districte em̄ in exitu cū eis ꝯputabit sicut et hospes solet facere Job xix. Scitote esse iudiciū ¶ Item ꝑ gratia hospitis sui scꝫ mundi nō debent multū expendere/qꝛ vel gratiā hospitis nō habebūt vel cito amittent/Cito em̄ obliuioni tradent/vnd Ecci. xxix. dr de hospite/hospitabit et pascet et potabit ingtos/et adhuc amara audiet ¶ Item in mūdanis ꝯfidere nō debent sic de pegrināte dr/Ecci. xxix. vbi hospitat nō fiducialit aget ¶ Itē nō debent ꝑ necessarijs viam padysi deserere/sꝫ recta via incedere/iuxta illd Nūe. xx. Via publica gradiemur/nō declinabimus ad dexterā vel ad sinistram ¶ Item licet in via sint corpore/in patria tamē debent esse mēte. toto desiderio et toto labore ad eam tendere/stultus em̄ viator est/q̄ i itinere amena prata ꝯspiciēs obliuiscit quo tendebat/Ecci. xxix/Transi hospes orna mensā/et q̄ in manu habes ciba ceteros. ꝛc. Greg/Electꝫ suis dñs iter asperū facit ne delectent in via. ꝛ obliuiscant eoꝝ q̄ sunt in patria/libenter debent suscipe. si inueniāt aliquē qui eos portet et iuuet/vt fit qñ eccl'a facit remissiōes/qñqꝫ enim breui tempe facit tunc hō decē dietas vel ampli⁹ pegrinatōꝫ sue ¶ In via vero mala libenter debēt pedib⁹ inniti/qd faciūt ṽe obediētes q̄ alienum sensum ꝛ voluntatē etiā in piculosis volunt sequi/Si vis ampli⁹ de hys q̄ ad amatores ptinent/Reqre in sermōe illo. Videte fratres qūo caute ambuletꝫ ¶ Seqtur (ꝯuersatōem vestrā inter gētes habētes bonam ꝛc) Mat. v. Sic luceat lux vestra coram homibus ꝛc. ¶ Et notandū. q̄ sunt q̄dam q̄ nō credūt q̄ sit aliquis q̄ inter malos possit bñ viuere/hy deberēt attendē q̄ pulcri flores vt rosa et lylium inter spinas crescūt/Cañ. ij/Sicut lylium inter spinas ꝛc./Crescūt et grana cum paleis/et fruct⁹ in arborib⁹ cum folijs ¶ Preterea videmus amicissimos dei inter malos bñ vixisse/vt Abraam/Loth/Job/ꝛ Thobiā/Pret'ea q̄ inter malos hoies bene viuūt magnā ꝯfusionē dyabolo ꝛ exercitui ei⁹ faciūt qñ (cum ipi soli sint) ab eis vinci nō pñt ¶ Isti faciunt in exercitu dyaboli sicut fecerūt tres viri fortes. Dauid i exercitu phylisteoꝝ/de q̄bus legit. ij. Regū. xxiij. Irrupunt g̊ tres fortes castra phylistinoꝝ ꝛc ¶ Sicuti candela pulcrius lucet in tenebris/et stelle in nocte sic tales magis placēt deo qꝛ boni sunt inter malos. vñ Phyl'. ij. Inter quos lucetis sic lumiaria in meridie. ꝛc. ꝛ Apoc. ij. Scio vbi habitas vbi sedes est sathane. ¶ Et notandū q̄ ad hoc q̄ aliq̄s bñ se habeat int' malos. Quinqꝫ sunt necessaria ¶ Primo vt neminē suo malo exemplo corrūpat/in quo multi multū peccant q̄ infirmos scandalizant/non attendentes illud Math. xviij. Qui scandalizauerit vnum ex mimis istis pusillis q̄ in me credunt/ex. ei. vt sus. mo. asi. incol. ei⁹. ꝛ dem. in ꝑ. ma. ꝛ post/Ve illi ꝑ quē scandalum venit ¶ Sunt aliq̄ dyabolici q̄ si viderint aliquē impacientē ꝓuocant eū ad iram qñqꝫ vsqꝫ ad negandū et blasphemandū deum/nō ꝑcentes neqꝫ morti fratris sui neqꝫ di ꝯtumelie/ꝛ qui debuerūt ignē extinguere in domo fratris sui succendūt/Si incendissent vnā domū de palea/se valde peccasse reputarēt/Qui ṽo ꝯbusserūt fratres suos. se innocētes reputant/Si q̄s malū dixerit de aliquo ipsi hoc ei referunt. non attendentes illud ꝓuer. vi. Sex sunt que odit dñs et septimū detestat aīa ei⁹/ꝛ illd septimū est semiare int' fratres discordiā/ ¶ A bono etiā debet hō cauere/ne frēm suū scandalizet. vñ. j. Coꝝ. viij/Si esca scandalizat fratrē meū/nō manducabo carnē in eternū/cū magno horrore deberet hō

comedere piculum ꝛ sanguinē fratris sui. .ij. Reg. xxiij. ait dauid/ Nō sanguinē istorū hominū q̄ pfecti sunt/ ꝛ aiax eoꝝ piculū bibam/ noluit ḡ bibere. ¶ Scō necessariū est vt caueat ne ab illo corrumpat/ qz vtrūq; ꝛ corrumpe ꝛ corrūpi vicīū est/ ¶ In hoc q̄dem multi erant. querentes festucā vñ sibi eruant oculū/ si vidēt aliq̄ malū volunt illud imitari/ inter sana eligentes putridū vt inde se pascant/ qū em̄ deberēt se pascere bono pascūt se malo/ in ps̄/ Noli emulari in malignātib⁹/ neq; zela. faciētes iniq̄tatē. ¶ Terciū est vt nemini malū inferat Tho. iij./ Nō tibi oderis malū fieri/ videtu ne aliq̄n alteri facias/ Seneca. Ridiculū est odio nocētis innocētiā pdere. ¶ Quarto vt malū illatū ab alio patiēter ferat. puer. xxiij./ Qui patiens est m̄lta gubernat sapia. Aug⁹. Vis. ne tibi noceat inimic⁹? disce diligere inimicū/ Quito. necessariū est vt iusticiā esuriat tam i se q̄z in alīs/ q̄ psistit in declinando a malo et faciendo bonū/ vt scz vehemēter desiōret vt homies a pcō caueant ꝛ bona agant. Matth. v./ Beati q̄ esuriunt ꝛ sitiunt iusticiā q̄m ipsi saturabunt. ¶ Sequtur (est voluntas dei/ vt bn̄ faciētes obmutescere facias imprudentiū hominū ignorantiā) Si vis de hoc loqui requre in penultia dominica de illis in q̄bus est volūtas dei et bn̄placitū (Fraternitatē diligite ꝛc) De hoc sermo posset fieri/ cū quis loq̄tur de fraternitate. ¶ Nota inter fideles triplicē esse fraternitatē/ ¶ Prima est natural que fit ex vno p̄mo patre ꝛ p̄ma matre/ voluit dn̄s oēs hoies facere simul sicut fecit omēs angelos simul/ imo voluit oēs br̄e vnū p̄rem ꝛ vnā matrē/ vt tanq̄z fratres se amarent. Malach. v. Nunq̄d nō vn⁹ pater est oīm nr̄m/ et subdit/ q̄re ergo despicit vn⁹ q̄sq; nostrū frēm suū/ Scda fraternitas est fraternitas gr̄ē q̄ est inter eos qui p̄ sacramentū baptūmi ex deo p̄re et eccl̄ia matre nati sunt/ ꝓpter quā fraternitatē multū deberēt se fideles amare/ cū rōne fraternitatꝭ illius p̄tineat ad eos p̄dinidere celestē hereditatem. ¶ Tercia aūt fraternitas est quedā spūalis societas/ q̄ est inter fideles que q̄nq; p̄petua est. vt in religiosis/ q̄nq; ꝓ ad tēp⁹ est vt in secularib⁹ q̄ ꝓfraternitatē aliq̄m faciunt/ puer. xxiij./ ¶ Vir amicabilis magis erit ad societatē q̄m fraterni. ¶ Et nota q̄ fraternitas ad multa valet homi q̄ debito mō est in ea/ ¶ Primo ad hoc vt nō ita defacili cadat in pctm/ puer. xxiij. Qui adiuuatur a frē quasi ciuitas munita. ¶ Scō ad hoc vt si ceciderit resurgat/ Eccs. 4. Ve soli q̄ si ceciderit nō habet subleuantē ¶ Tercio ad hoc vt facilius impetret a deo q̄ sibi necessariū ē/ Difficile em̄ est preces multoꝝ nō exaudiri./ Matth. xviij/ Dico vobis q̄z si duo ex vobis psenserint/ de oi re sup terram quācūq; petierint fiet illis a p̄re meo q̄ in celis ē/ Ubi em̄ duo vel tres ꝓgregati fuerint in nomine meo/ ibi. ego sum in medio eorum. ¶ Quarto ad hoc vt facili⁹ dilect. sunt em̄ bona que ipsi faciūt eis ꝓmunia/ et p modico q̄ ipse facit partem suam habet in omnib⁹ bonis que ibi fiunt/ vt in ps̄/ Ecce q̄m bonum et q̄m iocundum habitare fratres in vnū/ q̄ dicit quādo bonum deferendum est ad vtilitatem. ¶ Quinto vt cum mortuus fuerit in se metipso/ viuat in ꝓfratrib⁹ suis qui m̄lta expenia ei mittent in purgatoriū/ Sed ve illis q̄ fratres suos ardentes in igne purgatoriū defraudant ab eis que eis debeāt ¶ Ecōtrario bti sunt illi qui eis subueniūt. In psalmo. Beatus qui intelligit sup egenum et paupem ꝛc/ sunt tamen quedā peccata que impediūt ne aliquis ꝓfratri suo debito modo subueniat/ ¶ Primum est superbia. Superbus enim nescit esse frater sed vult esse dominus/ vult enim vt melius sibi fiat q̄m alīs/ Scōm est rapina. raptores em̄ frēs sunt demonū nō hoim/ Fraternitas eoꝝ talis est q̄lis cayn q̄ frēm suū occidit Eccī. xxxiij. Qui aufert in sudore panē/ q̄si q̄ occidit primū suum/ Aliud est pctm̄ odiū q̄ hꝫ odiū ad aliū fratē cayn nō hoim/ Eccī. xxiij. Que cōicatio bois sancti ad canē/ Aliud ē detractio. detractor em̄ frat est serpentū nō hoim. Eccī. x/ Quō si mordeat serpēs in silentio nihil min⁹ habet q̄ occulte detrahit. ¶ Circa fraternitatē ꝙo ab incautis iuramentis valde cauendum esset/ meli⁹ em̄ esset in ꝓfraternitate non esse q̄m ibi piuriū incurrere/ vel ꝓfratrib⁹ suis iniuriā facere/ ve illi qui vbi debuit pctā sua dimittere auget ea/ Item. ve illi qui vbi debuit q̄rere vtilitatē anie sue/ querit vtilitatem carnis misere/.

¶ Dominica .IIII. post festum pasche
¶ Sermo .54.

Omne datū optimū ⁊ omne donum pfectum/ desursum est descendēs a patre luminū ⁊c.) Duo sūt necessaria hys q̄ denouo ad deum ꝯuersi sunt/ Primo vt a lapsu in peccatū caueant./ Habent em̄ multas impugnatiōes. Ecc̄i. ij. Fili accedens ad seruitutem dei. sta in iusticia et timore/ ⁊ p̄para animā tuam ad tentationē. Joh. viij Ecce iam sanus factus es/ iam noli amplus peccare. ne deterius tibi aliquid cōtingat/ Secundo vt in adq̄sitōne boni ꝓficiant/ habent em̄ inchoatōem boni/ et ꝓficiendo tendere debēt ad ꝓfectōnē. Prouer. iiij. Semita iustorum quasi lux splendens/ ꝓcedit et crescit vsq; ad pfectum diem. ¶ Circa hec duo instruit ecclesia filios suos in quinq; dominicis/ que sunt a pascha vsq; ad ascensionem domini/ In tribus p̄mis circa p̄mū/ In duab⁹ vltimis circa scd̄m/ Ad cauendum lapsum in peccatum spēaliter valent fides. pacientia. et abstinētia/ ꝑ hoc em̄ triumphat̄ de mūdo isto/ Fides circa quā instruimur ī p̄ma dominica est oculus dexter/ sine quo homo inutilis est ad spūalem pugnam. hic est oculus quē coruus infernalis conatur eruere/ quando venit ad cadauer ad peccatorem. j. Regū. xi. In hoc feriam vobiscum fedus ait naas/ vt eruam omniū vr̄m oculos dextros. ¶ Paciētia circa quā instruimur in secūda dominica. pueros illesos ab igne tribulatiōis custodit/ sicut pueri in fornace babilonica ab igne seruati sūt. Daniel. iij. ¶ Abstinentia ad quā monemur in tercia dominica custodit ꝑuulos in populo dei/ ne a pharaone infernali in aquis diuiciaꝝ vel deliciarum submergātur/ sicut legitur Exod. j. Precepit pharao de filijs israel dicens/ Quidquid masculini sexus natum fuerit. in flumen ꝓijcite. ¶ Ad ꝓficiendū vero in adquisitione boni/ Primo necessarium est agnoscerē: vnde sit omne bonum/ vt querētes bonū vbi est. inueniam⁹ illud/ Math. vij. Querite et inuenietis/ ⁊ circa hoc instruimur ī p̄ncipio hodierne epistole/ cum dicitur. (Omne datum optimū ⁊c.) Bern̄/ In cassum quis laborat in adquisitione virtutū/ si aliunde eas querēdas putat/ q̄m a dño virtutum/ Secūdo necessaria est doctrina. q̄ ostendit qua via est ꝓficiscendū/ circa quod instruimur in epistola hodierna cū dicit̄ (sit omnis homo velox ad audiendum/ Terciū vero est bona operatio circa quod instruimur in sequēti domica in epistola/ cum dicit̄. Estote factores v̄bi ⁊c. ¶ Vltimū est diligēs ꝯseruatio boni adquisiti/ circa quod instruimur in eadem epl̄a cum dicit̄/ Et ꝑmanserunt in ea ⁊c/ ⁊ post (Si quis putat se religiosum esse ⁊c) Custodia em̄ oris est custodia hominis/ sicut custodia porte. est custodia ciuitatis/ Prouer. Qui custodit os suum custodit aiam suam/ De hys tribus vltimis/ dicit Bern̄ Virtus vult cum humilitate doceri/ cum labore queri/ cuꝫ amore haberi/ nec aliter doceri vel queri vel haberi potest/ Cum humilitate addiscit ille/ q̄ intelligit se doctrinā illā intelligere. et sibi eam applicat. vt s̄m eam se regat/ superbe addiscit qui non cogitat nisi quomō alij eam tam cito effundat/ post necessarius est labor inquerendo quia absq; labore graui nō possunt magna parari. Sapiens/ Nihil magnum natura cito effici voluit/ preposuitq; vnicuiq; pulcro operi difficultatem/ cū amore etiam seruanda sunt bona adquisita/ sunt aliqui qui nō amant puritatem ꝯscientie sue donec eā amiserint/ tūc cū mlt̄ꝫ lacrimis et orationib⁹ et verecundia confessionis volunt recuperare eam/ et q̄n reparauerint nō timēt amittere immo se exponunt periculis. ¶ Ad ista septem deberent doctores ecclesie monere populum/ tempore isto et populus ad eadem deberet conari. ¶ Circa p̄mum vero quod in hodierna epistola docemur Notandū est/ q̄ dominus volens nos habere faciē cordis sursum sicut et faciem corporis/ meliora bona corporalia voluit de sursum descendere/ vt calorem. et lucem. pluuiam et rorem a quibus terra habet bonitatem/ et fecunditatē suā/ Sic etiā bonoꝝ spūaliū donationē ad manum suam retinuit/ scilicet donationē gr̄e et glorie/ In ps̄/ Gr̄am et gloriā dabit dn̄s/ ⁊ hoc est quod dicit̄. (Omne datū optimū ⁊ om̄e donū pfe. ⁊c) ¶ Datum optimū est gratia/ ad Heb. xiiij.

Optimū est gratia stabilire cor/ donum p
fectum/ gloria. j. Cor. xiij/ Cum venerit
qd̄ pfectum est/ euacuabitur qd̄ ex pte est.
¶ Et possum⁹ distinguere tria genera bo
nor̄ que a deo dantur in p̄senti/ Quedā
que dn̄r bona simpl'r que ꝯmunia sunt no
bis ⁊ brutis/ vt est fortitudo corpis ⁊ pul
critudo/ et ea que ptinent ad ornatum vel
sustentatōem corpis et ꝓtectōem/ Bona
meliora sunt aīe que tn̄ aīam nō reddunt
ex nccitate bonā/ que sunt ꝯmunia bonis
et malis. vt scientia et similia/ bona v̄o op
tima sunt q̄ soli boni possunt habere/ q̄ nō
solum sunt bona/ sz etiam sunt dona eor̄
a quib⁹ hn̄t vt gr̄a gratum faciens/ Vel
bona simplicit' sunt bona fortune/ melio-
ra bona nature/ optima. bona gratie/ pfe-
cta bona glorie/ Et hec omīa descendunt
a patre luminū. id ē a v̄o sole a quo omne
opus luminosum/ Q: bona fortune a deo
sint nō videntur credere diuites/ qui tāto
minus volūt ei seruire quāto sunt ditiores/
Si em̄ v̄e diuicias crederēt se tenere a d̄o/
ꝯgnoscere possent eos tantomag' obliga
tos esse ad seruiendū deo/ q̄nto maius est
illud qd̄ tenent ab eo/ Bona etiā nature
nō videntur quidā credere se tenere ab eo/
sicut illi qui nō credunt ꝙ debeāt seruire
deo/ vel qr sunt nobiles/ vel qr iuuenes q̄si
iuuenturē ⁊ nobilitatem a dyabolo tene-
rent/ ꝓpter qd̄ de illis deberēt censum d̄o/
gratiā etiā non videntur quidam credere
esse a deo/ qui scz p̄sumūt ꝙ ad voluntatē
suam eam habebūt/ nec optimū donū dei
vident' eam reputare q̄ ꝓ terrenis bonis.
que sunt bona infima eam a se abijciunt/
gloriā etiā nō videntur reputare donum
pfectum/ qui corda sua ab īmundicia expe
dire nolunt/ vt celestis glorie fiant capa-
cia. ¶ Sequitur (apud quē non est trans
mutatio ꝛc.) Ostendit' in hys verbis opti
mus esse ille a quo est omne datum opti-
mū/ Optimi em̄ est optima adducere/ sic̄
dicit beat⁹ Dyonisi⁹/ ⁊ ostendit' triplicit'
eius magna bonitas/ Primo ꝑ hoc ꝙ est
bonitas maliciam non ꝯpatiens/ de quo
ibi (apud quem non est transmutatio) nō
est quo imisceat malignitas vbi totum oc
cupat bonitas/ Secundo ꝑ hoc ꝙ est bo-
nitas sola bona influens. de quo ibi (nec
vicissitudinis obumbratio) Interli. vbi
est vicissitudo. ibi et bona et mala/ sed ipse
sola bona dat. ¶ Et notandū ꝙ mala cul
pe non st' ab eo q̄ obumbrant sed malū pe
ne est ab eo/ illud em̄ nō obumbrat sed po
tius illumiat/ Greg. Oculos quos culpa
claudit pena aperit/ Isa. 38. Tantūmodo
sola vexatio dabit intellectum auditui/
¶ Mala pene probant' non esse mala/ eo ꝙ
sunt a summo bono. scz a deo/ et fuerunt ī
summo bono. i. filio dei homīe facto/ ⁊ du
cunt ad summū bonū scz deum/ mala em̄
que nos hic p̄munt/ ad deum ire cōpellūt
vt dicit Greg. ¶ Tercio ostendit' magna d̄i
bonitas ꝑ hoc ꝙ est ad influendum bona
sua ex se sufficiens/ bonitate alia ad hoc
non indigēs/ Non talis est bonitas ama
torum hui⁹ mundi qui nihil gratis volūt
facere/ Deus vero gratis ex sua bona vo
luntate omīa facit/ ⁊ nō ꝓ aliqua sua vtili
tate. hoc terciū notat' ibi (Voluntarie ge-
nuit nos ꝛc. vt simus initium aliquod
creature eius.) Alius translator dicit vt
simus p̄mitie creaturar̄ eius/ homīes sūt
p̄micie. i. p̄ncipatum obtinent inter crea-
turas inferiores/ Apl'i etiam q̄dam p̄mi-
tie fuerūt in tempe gratie/ qui xp̄i p̄mo ad
heserunt. ¶ Seq̄tur (sit omīs homo ve-
lox ad audiendū. ꝛc.) Hic monent' fideles
ad docilitatem que in tribus cōsistit/ Pri
mo in hoc vt homo verbum dei libenter
audiat/ de quo ibi. Sit omīs homo ꝛc/ ⁊
illud est q̄si initium omniū bonor̄/ Sap.
vij. Initium sapientie verissima discipli-
ne ꝯcupiscentia/ Sunt qui vellent sapiē-
tes fieri sed nesciūt a quo incipiāt/ ꝓpter
quod sapientes nō fiunt/ quia nec fieri in
cipiunt/ Debent aūt incipe ad hoc vt v̄bū
dei libenter audirēt/ Bern. Nullum adeo
signū p̄destinatōis certū est/ vt libent' au-
dire verbū dei. Ecc̄i. vi/ Si dilexeris au
dire sapiens eris/ lingua breuis breuitate
leuis leuitate mouetur/ labil' atq; loquax
garrulitate nocet/ Secundo in māsueta
susceptione verbi dei/ hec mansuetudo in
hoc attēdit'/ vt v̄bū dei in corde carneo et
nō duro ⁊ lapideo recipiat'/ Ecc̄i. iij/ Cor
dur̄ male hēbit ī nouissimo/ d̄ hac māsue-
tudine tangit' ibi. (In māsuetudie suscipi
te.) Tercio in hoc vt verbum cordi ꝑ fir-
mam memoriam infigatur de quo ibi (In
situm verbum) ¶ Et notandū ꝙ triplici

ter ostendit nobis/q homo patior debeat esse ad audiendum qm ad loquendum./

¶ Primo p hoc q auditus in pluribꝰ est qm loquela/ Auditus em ē in habētibus rationē z in non habentibꝰ/loquela vero est in solis habētibꝰ rationē. in quo innuit. q cum discretōne magna loquendum sit.

¶ Scdo in hoc q lingua naturaliter est inclusa/cum aures in aperto z aperte sint/

¶ Tercio p hoc q hēmꝰ duas aures cū vnicū os habeamꝰ/ Si vis loq de peccato oris. Require de hoc in tractatu de lingua.

¶ Item notandū q parati debemꝰ esse ad audiendum tria/scz diuinam legem quia qui declinat aurem suā ne audiat legem oratio eius erit execrabilis/ Prouer. xxviij/

¶ Prelatoꝝ iussionem. Matth. x. Qui vos audit me audit/qui vos spernit me spnit/

¶ Paupm clamorē/vñ puer. xxi. Qui obturat aures suas ad clamorem paupis/clamabit et ipse nō exaudietur (Sequitur (Tardus aūt ad loqndū) Seneca/ Tardiloquū esse te iubeo/et ꝑpe erit tibi dñs. Jaco. Monens fideles ad auditum que est ꝓma porta et quasi exterior porta salutis/monet etiā ad tarditatem in loquēdo et irascendo ne bona que p portam auditus introducunt indiscreta loquela effundat vel ignis ire consumat./ Berñ/ Lenis res sermo sz grauiter vulnerat/aptissimū euacuandis mentibꝰ instrumētū./ Jōo ōr Eccī. xxviij. Ori tuo facito hostia./ Eccī. vij. Ira in sinu stulti requiescit/ vere stultus est qui ignem ire in sinu suo ꝓmittit q escere/quē constat bona que ibi erant cōsumere. (Sequitur (ira em viri iusticiā dei non operatur). ¶ Primo ꝓpter hoc qz iusticia dei cum tranqllitate omia iudicat/sed ira pcedit cum pturbatione. ¶ Scdo qz iusticia dei semp habet secum misericordiā/ sed ira viri victoriā et vindictam./ Finis em ire victoria sicut dicit Sapiēs. xxviij Ira nō habet misericordiā. (Sequitur (ꝓpter quod abiicientes zc.) Sicut spine ab agro abiciunt ante susceptionē semis/ sic a corde vicia anteqz sermo dei possit ibi inseri/vñ Hiere. 4. Nouate vobis nouale/et nolite serere super spinas/ Donemur autem ad abiciendū imundicias quātū ad peccata carnalia/et abūdantiā malicie quantū ad ꝓximi iniuriam/ vtraqz em abiicere debemꝰ sine dilatiōe/sicut sine dilatione abiiceremꝰ ignem si haberemꝰ in sinu nostro/peccatum carnis ignis dicit Job. xxxi. vbi sic legitur/ Ignis ē vsqz ad ꝓsumptionē deuorās et omnia eradicās genimina/ De malicia vero dicit Augusti. ¶ Sic putato maliciam esse quasi ignē/malicia tua. vt alteri non noceat fieri potest/ q autem tibi non noceat fieri non potest. Berñ/ Abscondi ignem in sinu meo. z exusto iam latere nudatis visceribus iam sanie effluente/adhuc ꝓsulendum est an excutiam illum./ Qui aliter non posset abiicere a se peccatū potius deberet illud abiicere a se cum oculo vno vel manu vna qm retineret illud Matth v/ Si oculꝰ tu⁹ scandalizet te/erue eum et ꝓice abs te zc.

(Sequitur (in mansuetudine suscipite insitum verbum. et pōt zc.) ¶ Notandū est q sicut dicit Innocē. sup illō Joh. viij Sermo meꝰ non capit in vobis/Sermo dei est. vt hamus qui capit dum capitur. ideo necesse est coꝝ mansuetum esse. suaue. scz et tenerum. vt verbum dei ibi possit infigi./ Coꝝ enim lapideum non hoc sustineret. In hoc vero q dicit insitum innuit. vtilitas ꝓbi in hoie/sicut em ramuncul⁹ q truncō agresti inseritur totū truncū operi facit ꝑm naturā suā/ et cū ꝓpus nō ferret nisi fructꝰ agrestes solis porcis vtiles/postea fert fructꝰ hoibꝰ delectabiles/sic hō q ante susceptōem ꝓbi dei erat inutilis. faciens opa q̄bus porci infernales pascebant/ post susceptōm ꝓbi dei est arbor fructū ferens gratū deo z hoibus z angelis./ Verbū dei potens est saluare aias et in ꝑsenti z in futuro/ In ꝑsenti a morte culpe/ vñ i pō. In corde meo abscōdi elo. t. vt ñ pec. t./ In futuro a morte gehēne Jo viij/ Amē amē dico voꝭ si qs ꝑmonē meū ꝑuaserit zc/ morte nō videbit in eternū.

(Dominica. V. post festū pasche

Sermo. lv.

Estote factores verbi et nō auditores tm fallentes vos metipsos) In epla hodierna inuitantur fideles ad q̄ttuor/ Primo ad obedientiam cum dicitur. Estote factores zc

¶ Secundo ad lingue custodiā cum dicitur. Si quis putat se religiosum esse. zc.

¶Multum solet placere homini magnū defectum pacienti/quando sibi ostenditur vnde illum defectum possit supplere/ ¶Ideo Mater ecclesia filijs suis multum deficientibus vnde possunt supplere defectus suos ostendit dicens. (Sufficientia nostra ex deo est.) Et notandum ꝙ triplici ter est homo deficiens/ ¶Primo ad subsistendum/ ¶Secundo quia non est sufficiens ad bene viuendum/ ¶Tertio quia non est sufficiēs ad desiderium suum implendū ex hijs bonis transitorijs. ¶Ad subsistendū etiaz tripliciter est insufficiens/ ¶Primo quia sicut ex nihilo est ita ad nihilum redigeret nisi a deo in esse conseruaretur/ Bernhardus in libro de diligendo deo/ Natura ita condita fuit vt habeat iugiter necessariū ꝓtectorez quē habuit ꝛ conditorē vt que (nisi ꝙ ipm) non valuit esse. sine ipso nec valuit subsistere. Augustinus Deus ex nihilo omnia fecit/ ꝛ si se subtraheret in nihilum redigerentur/ Et Gregz. esse omniū que de nihilo sunt in nihilū tenderet nisi ea omniū auctor manu reguminis retineret. ¶Secundo insufficiens est ad subsistendū quia non est sufficiēs ad defendendū se ab hostibus suis/immo a demonibus valde cito perimeret nisi a deo defenderet. Trenor. iij. Misericordie dñi quia non sumus consumpti/quia non defecerunt miserationes eius ꝛc. Bernhardus Si boni spiritus a nob se elongauerit: impetum malorū spirituū quis poterit sustinere. ¶Tertio insufficiēs est homo ad subsistendum quia cibo indiget vt sustentetur aliter cito deficeret/ hanc insufficientiam nō habet angelus. imo nec etiam lapis/ Ex prima insufficientia agnosce fatuitatem eorum qui se contra deum eriguut/ idem enim est ac si securis erigeret se contra eum a quo mouetur. ysaie. x/ Numquid gloriabit securis contra eum qui secat in ea/ aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur/ nō pōt se mouere securis nisi ab homine moueatur/ ꝛ cum mouetur si a mouente dimittatur in terram decidit/ sic homo non potest se mouere absqz deo ꝛ si a deo relinquatur in nihilum redigitur/ Gregz. Omnia creata nec

subsistere nec mouere se preualent/sicut lapis non ascendit nisi virtute aliena/si vero dimissus est. ad terram cadit. Sic virtute diuina creature in esse conseruātur iuxta illud. Hebreor. j. Portans omnia verbo virtutis sue/ille autem dimisse ad nihilum vnde venerant reuertuntur/sicut creatura per seipsam esse non incepit: sic neqz per seipsam in esse conseruatur:/Quia non minor est virtus q̄m querere parta tueri/ꝛ sicut deo indiguit primo die homo adhoc vt esset/ita etiam indiguit vt esset secunda die/ꝛ tertia die ꝛ sic deinceps. Circa secundā insufficientiā agnosce fatuitatem eorū qui guerram volunt habere cum deo/cito eniz dn̄s vindicasset se de eis si vellet/quia demones si ipse permiteret eos inteficerent. Mira insania: non sufficiunt homines defendere se ab hostibus suis/ꝛ tamen deū volunt hostem habere/Saltem bellum qđ habent cum demonibus/causa deberet esse vt pacificarentur cum deo. Job. xl. Memento belli nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum/Et videntibus cunctis precipitabitur. Ex tertia insufficiencia agnosce ingratitudinem eorū qui deum peccando impugnant/a quo miraculose pascuntur/Valde ingratus fuisset helyas si deum peccando impugnasset quando dn̄s pascebat euz miraculose. iij. Regū. xvij. Mittendo ei per coruū panem ꝛ carnes mane ꝛ vespere/Valde etiam ingrati erant iudei q̄ deum offendebant quando esca angeloruz pascebat eos. Sapientie. xvi. Esca angelorum nutriuisti populum tuū/Sic valde ingrati videntur esse illi quos pascit dominus pauca grana in terra multiplicando/sicut ꝛ quinqz panes vel septem multiplicauit/vel ex vna nuce quasi infinitas nuces ꝓducendo/cito perfecisset dn̄s guerram taliū si vellet subtrahendo eis victualia/necesse enim haberent tunc perire/Non est castruz adeo inexpuguabile quin possit capi si possent ei victualia auferri/Canis eniz sibi nō beneficus mordet: tamen pascētes se amat./Valde ergo erubescere deberent qui deuz a quo pascuntur impugnare non cessant/talibus dici potest illud. Apoc. vltimo. Foris canes: immo poterit eis dici foris vos qui deteriores fuistis q̄m canes. Sequitur de secūda insufficiētia hominis ad bene viuendum/Notandum ergo q̄ ad hoc homo est tripliciter insufficiens non enim sufficit homo bonam vitam inchoare nec in ea perseuerare neqz proficere/Q̄ homo insufficiens sit ad inchoandum patet ex hoc q̄ ipse non est sufficiens ad cogitanduz meritorie/cogitare vero meritorie primū opus esse videtur ꝛ minimuz. j. Ad corinth. vi. Non q̄ sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis. Igitur si ad minimū opus non sufficimus nec ad maiora sufficiemus/potest homo se occidere peccādo. Sapientie. xvi/Homo per maliciā occidit animam suam sed non potest homo post suscitare seipsum/Potest homo seipsum perdere/sed perditus non potest seipsum liberare: Osee. xiij. Perditō tua israel ex te. tantūmodo ex me auxiliuz tuum. Item non sufficit homo ad perseuerandum in bono. quia s̄m Gregoriū cito bonum amittitur si a largitore non custodiatur/Augustinus loquens de petri negatione/hic cognoscitur quoniā verum est: sine me nihil potestis facere. Ecce ad vnius ancille impulsum firmissima columna contremuit/Non sufficit etiam proficere multo minus etiam q̄m in bono perseuerare ideo beatus est qui spem suam habet in deo. Hieremie. xvij. Benedictus vir qui confidit in domino cuius ratio innuitur. ysaie. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem/Fortitudo enim dei in auxilium veniet eis ex qua poterunt qđ ex se non poterant. Psalmista. Sperās in domino non infirmabor ꝛ iterum non delinquent omnes qui sperant in eo. Bernhar. super illud Canticor. j. trahe me post te dicit in persona ecclesie/Domine scio me neq̄ quā peruenire ad te nisi gradiendo post te. sed nec hoc quidē nisi adiutum a te: trahas me post te/Beatus siquidem cuius est auxilium/abs te ascensiones in corde suo dis. ꝛc. peruenturus quandoqz ad te in montibus gaudiorū. Ex prima insufficientia agnosce fatuam presumptionē eorum qui credūt q̄ si volent emendabunt vitaz suam hec est repromissio nequissima que multos perdit vt legitur Ecc. xxix. Ex secunda insufficientia agnosce fatuitatem eorū qui cū sint in bono statu vt eis videtur: de casu sibi nō

timēt non attēdentes illud. j. Ad corinth. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Et nota q̄ presumptio indiscreta firmitatis multis occasio est ruine/ ideo petr⁹ vili⁹ ceteris corruit. q̄z p̄ ceteris presumpsit. Judith. vi. Dñe deus celi ⁊ terre/ intuere superbiam eorū ⁊ respice ad nostrā humilitatem/ ⁊ faciem sanctorū tuorū attende/ ⁊ ostende quoniā non derelinquis presumētes de te: ⁊ presumentes de se ⁊ de sua virtute gloriātes humilias. Augustinus. multos impedit a firmitate p̄sumptio firmitatis. Ex tertia insufficientia agnosce fatuitatem eorū qui raro vel nunq̄ in oratione sunt: vt dei vel sanctorū petant auxiliū/ non attendentes quantū necesse sit eis celeste auxiliū ideo dicit scriptura q̄ deus posuit hominē in paradiso. Gen. ij. Et non dicit q̄ homo ibi se posuerit/ ad ostendendū q̄ homo in paradisū ex viribus suis ñ p̄uenit. Sequitur de quarta insufficientia que attendit in replēdo cordis desideriū/ Notandū ergo q̄ desideriū cordis temporalibus bonis repleri nō potest/ Unde Ecc. iiij. Auarus non implebitur peccunia. Cuius rei triplex potest assignari Rō. Prima est capacitas ipsius anime/ quia s̄m sanctos doctores aīam dei capacē. nihil minus deo replere potest/ Unde cum orbis terrarū sit ante deū quasi gutta roris añlucani vt legitur. Sapientie. xi. Non sufficit replere cor vnius hois Secundo ꝓpter bonoꝝ temporaliū vanitatem. Bern. Non plus saciabit cor hominis auro q̄m corpus aura/ ideo dicit beata virgo q̄ de⁹ diuites dimisit inanes/ Luce. j. Ecc. xxxiiij. Quasi qui apprehēdit vmbram ⁊ persequitur ventum/ sic qui attēdit ad visa mēdacia id est ad temporalia/ que ñ soluunt q̄d promittūt ⁊ ideo mendacia dicuntur. Tertio quia tēporalia bona non intrant in cor hominis essencialiter/ ideo nō replent illud sicut vinum in dolio/ ventrem non implet nec corporalē sitim sedat/ sic pecunia in bursa vel in archa nō replet cor hominis nec sedat sitim auaricie. Insanire videtur auarus qui sedare volens sitim cordis sui pecuniam ponit in bursam vbi sitis nō est. Sola gratia dei que cor intrat sitim cordis potest extinguere.

De eodem. Sermo. II. In or. 83.

Sufficiencia nostra ex deo est/ Qui vult saluare animā suam debet habere fixum in corde suo/ q̄ propria eius virtus ad hoc non sufficiat. Augustinus/ Dñe sine te nihil sunt omnes conatus mei. Secundo debet habere fixum q̄ diuinū auxiliū ei nunq̄ deerit nisi per culpam eius steterit/ Dauid. Deus meus adiutor meus ⁊ sperabo in eum/ Tertio non debet fingere se quin faciat posse suum/ ⁊ debet ad hoc laborare vt diuinuz auxiliū assit/ homini enim fugienti se ⁊ non facienti posse suum deus auxilium suū subtrahit/ Sapientie. i. Spiritussanctus discipline effugiet fictum/ Debet etiam orando ⁊ elymosinas dando et alia bona opera faciendo laborare ad dei auxilium habendum/ Ex quo agnosce fatuitatē aliquorum/ qui cum non possint vitam suam emendare sine dei auxilio/ cum deberent gratiā ei⁹ acquirere insistendo operibus que sciunt ei placere/ ipsi pocius offensas eius multiplicant ⁊ sic sperant ad emendationē vite sue peruenire. Item notandū q̄ triplex est sufficientia scz nature: gratie: glorie. De p̄ma legitur. j. Ad thim. v. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur hijs cōtenti simus/ Bone sunt diuicie christianorum. In psalmo. Melius est modicū iusto sup̄ diuicias peccatorum multas/ Beacior est qui habet victum ⁊ vestitū ⁊ sibi sufficiunt/ q̄m qui haberet totum mundū ⁊ sibi non sufficeret/ Prouerbioꝝ. xxx. Duo rogaui te ne deneges mihi anteq̄ moriar/ vanitatē ⁊ verba mendacij longe fac a me/ Mendicitatē ⁊ diuicias ne dederis mihi/ sed tribue victui meo tantūmodo necessaria/ ne forte saciatus illiciar ad negandū ⁊ dicā quis est dñs/ Aut egestate cōpulsus furer ⁊ periurē nomen dei mei/ negando scz furtum timore mortis/ Utrūq̄z āt pōt esse occasio peccati ⁊ paupertas ⁊ diuicie/ sed tamē periculosius est esse diuitē q̄ pauperem. In psalmo. Cadent a latere tuo mille ⁊ decē milia a dextris tuis/ A dextris inq̄ prosperitatis. De sufficientia gratie legitur. ij. Ad corinth. xij. Sufficit tibi gratia mea/ qui dei gratiā habet. habet ipsum deū/ Unde debet ei sufficere quia nimis est auarus cui non sufficit deus/ talis

vero diues est etiaz si pauper videatur esse/ Aug⁹. Aurū habens in archa diues est/ deū habens in consciētia diues nō est/ cōiunge deū ⁊ aurū arcā ⁊ ꝯscientiā/ Sapiens. Omnia habere nō potes ergo omnia cōtemnas vt omnia possideas/ ij. Cor. vi. Dicitur de seruis xp̄i/ Sicut egentes multos autē locupletātes intellige spūalibus diuicijs/ tanquā nihil habentes ⁊ oīa possidentes/ Glo. Ambro. hec fuit gloria apl'orum nihil oīno possidere/ ⁊ sine solicitudine esse/ Et glosa augustini. loquēs de hoc (quasi tristes semp aūt gaudētes) Et de hoc sicut egētes ⁊c. Et de h̄ tāq̄ nihil hn̄tes ⁊c. dic. q̄si vel sic. vel tāquā. talibus addi/ quia talia sicut in somnis transeunt sed ꝯtraria ponūtur sine quasi ⁊c. qz signa incerta sunt/ res vo certe/ Tristicia hēt q̄si/ gaudiū non hēt q̄si/ q̄re h̄ qz gaudiū certa res est/ tristicia vero q̄si i somnis trāsit Si quis īdicat somniū addit. quasi sedebā. q̄si loquebar. quasi eq̄tabam ⁊ huiusmodi. Utiqz dic q̄si quia qd videbat dormiēs/ cū euigilauit non inuenit/ idē intelligendū est de pauptate sanctorū. quantū ad hec tēporalia/ nō enim est vera pauptas sz quasi pauptas ⁊ q̄si somniū pauptatis. Job. xx. Velut somniū auolās nō iueniet/ ⁊ Job. xxvij. Diues cū dormierit nihil secū aufert/ aperiet oculos ⁊ nihil inueniet. Glo. In somno quasi de hijs videbat. ⁊ Ecc. xxxiiij. Somnia extollūt imprudētes/ Quare aūt p̄sens felicitas somniū vocet/ require in tractatu de auaricia vbi assignant tredecim stulticie auaroꝝ/ Q̄ autem sancti vere diuites sint patet ex illo verbo. Ps. Non est inopia timentibus eū. Prouerb. xiij. Est quasi pauper cum in multis diuicijs sit/ Aug⁹. Multum diues est christiana religio que omnia possidet in omniū possessore/ sciunt enī sancti q̄ si eis desunt temporalia fieri ordinatione altissimi patris/ ⁊ illū defectum eis salubrem esse ⁊ preciosum/ vnde inter diuicias suas illū reputant/ Aug⁹. Scit celestis medicus quid nobis daturus sit ad consolationem/ ⁊ quid nob ⁊c. vt s. De hac sufficientia gratie dicit apl's. Ad phil. vltimo Ego didici in quibus possum sufficiens esse. Et thobie. v. Sufficiebat nobis paup. nostra De tertia vero sufficiētia legitur: Joh. xiiij. Ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Hieronymus. Ibi erit perfecta sufficientia quia omne bonuz. Exo. xxxiij. Dicit dn̄s moysi dicenti sibi/ Ostende mihi gloriā tuā/ Ego ostendā tibi omne bonū. Beatitudo omne bonum habet/ est enim status omnium bonorū cōgregatione p̄fectus/ Hic nō est perfecta sufficiētia qz nō saciat oculus visu/ nec auris auditu implet/ Quid est qd fuit. Ip̄m qd futurū est/ Quid est qd factū est. Ipsum qd faciendū est/ Nihil sub sole nouum. Nec valet quisq̄ dicere. ecce hoc recēs est. iam enim precessit in seculis q̄ fuerūt ante nos. Ut legit Eccs. j. sed in futuro p̄fecte saciabit hō cū a deo torrēte voluptatis potabit Ps. Saciabor cū apparuerit gloria tua.

Dn̄ica. XIII. Sermo. I.

In ordine. 84.

Abrahe dicte sūt promissiones ⁊ semini eius. Gal. iij. In ecclesia volo quinqz verba sensu meo loqui vt alios instruā q̄ decē milia verboꝝ in lingua/ j. Cor. xiiij. Hec q̄nqz verba sunt credenda scz articuli fidei/ agenda sunt decē mandata decalogi/ cauēda scz septē capitalia vicia/ appetēda sunt gaudia paradisi siue p̄missiones/ timenda sunt supplicia siue cōminatōes/ de hijs libēter deberent loqui qui habent alios docere/ ⁊ illi libenter deberent talia audire q̄ volūt anias suas saluare/ Promissiones dei omne desideriū humanū exuperāt ⁊ intelligentiā. ysa. xliiij. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit/ q̄ prepauit de⁹ diligētib⁹ se ⁊c. Si vis tn̄ loq̄ d diuersis causis gaudij paradisi reqre in sermone illo/ Nō sūt cōdigne passiones ⁊c. quib⁹ tamē hec p̄missiones debeant/ Ostendit hic apl's dicens. Abrahā dicte sunt p̄missiōes ⁊c. Gen. xxij. Sub figura terre p̄missionis p̄missa est vita eterna. (abrahe) q̄ obedierat deo volendo īmolare filiū suū (⁊ semini eius). i. imitatoribus eius/ in obediētia eui semen abrahe dicunt. Joh. viij. vbi dn̄s dicit iudeis. Si filij abrahe estis/ opera abrahe facite. Gen. xxij. Benedicēt in semine tuo oēs gētes terre/ qz obedisti voci mee/ Ostēdit ergo apl's in verbo isto q̄ implētibus mādata debentur p̄missa/ ideo de mandatis decalogi hic dicemus/ Primo cōmendādo mandato

rũ obseruationẽ / deinde tangẽdo aliq̃d. de vnoquoq; mandatorũ decalogi. ¶ Notan pum. ꝙ decalogus cõmendabilis est a scri bentꝫ dignitate / q; a deo scriptus est. vt ha betur Exo. xxi. ⁊. xxxiij. ¶ Itẽ a breuitate. q; quasi decẽ linee. vel decẽ verba sunt in hoc scripta / ⁊ a virtute ⁊ ab vtilitate / q; qui ea seruat nõ damnat̃ / quis sani capitis nõ libẽ ter reciperet aliq̃d scriptũ. qđ a deo sibi mis sum esset ꝑ certũ nunciũ / ⁊ seruaret si sciret ꝙ cũ illud haberet perire non posset. ¶ Et notandũ ꝙ mandata dei obseruata duode cim virtutes habẽt in suis obseruatoribus / ¶ Primo faciũt eos amicos dei. iuxta illud. Joh. xiiij. Vos amici mei estis ⁊c̃ / nec est h̃ paruũ / cum enim seruire deo regnare sit. et seruiens regi celesti. par sit immo maior re ge terreno sicut vulgariter dicitur de serui ente regi. ꝙ par sit comiti / quantũ hoc erit esse amicũ regis celestis. Ecc̃. vij. Amicus fidelis fortis protectio. qui inuenit illum in uenit thesaurum. amico fideli nulla est com paratio ⁊c̃ ¶ Ideo. Discrete faciunt. qui que runt quõ possunt adquirere amorem dei / ¶ Secũdo faciũt eos socios dei. quãdiu ali quis mandata dei seruat deum habet secũ / immo etiã in seipso. nec potest amittere eũ dum ea seruabit / ideo deberet ea seruare si cut deum. Joh. xiiij. Si quis diligit me ⁊c̃ ⁊ subditur ⁊ mansionez. ¶ Tertio facit eos deo attinentes esse. etiam omni genere at tinentie / Mathei. xij. Quicunq; fecerit vo luntatem patris mei ⁊c̃. frater. vel soror est xp̃i. q; coheres / q̃si mr̃ xp̃i ẽ bõa mul'r. q̃ mã data đi obs̃uat. q; coronabit̃ sic̃ mr̃ xp̃i. q̃ re gina est mũdi coronata est. Et Luce. viij. ¶ Mater mea ⁊ fratres mei hij sunt qui ver bum dei audiũt ⁊ faciunt. ¶ Quarto faciũt vt homo impetret a deo qđ voluerit. j. Jo hannis. iij. Carissimi si cor nostrũ nõ repre hẽderit nos. fiduciã habemus ad deũ / quic quid petierimus ab eo accipiem⁹ / qm̃ man data eius custodimus / ⁊ ea q̃ sunt placita co ram eo facimus / ideo nõ vult dñs hominez audire in oratione. q̃ nõ vult eum audire in mãdatoꝝ obseruatiõe. Prouerb. xvij. Qui declinat aurẽ suã ne audiat legẽ. oratio eius erit execrabilis. ¶ Quinto faciũt vt creatu re hoi obediant / vt legit̃. Josue. x. qui dixit Sol contra gabaon ne mouearis / ⁊ luna cõ tra vallem haylon / Et sequitur / steteruntq; sol ⁊ luna. donec vlcisceret̃ se gens de inimi cis suis. ¶ Sexto seruant hominẽ ne amit tat aliqđ bonuz iuxta illud Prouerb. xxix. Verbum custodiens filius. extra perditio nem erit / talis nec perdit nec perditur / Et Ecc̃. xv. Si volueris mandata conserua re / conseruabunt te / ⁊ Mathei. x. Vestri au tem ⁊ capilli capitis omnes numerati sunt / quomodo autem perit homo. vbi nullus pe rit capillus. ¶ Septimo custodiunt eos ne aliquod malum eis accidat / Ecc̃. viij. Qui custodiunt preceptum non expientur quic q̃ mali / licet accidat viris sanctis aliq̃d. qđ esset alijs malũ / eis tamen est bonum. cuz sit materia corone eterne. / Bernhar. Jocun dum dei iudicium / ꝙ ille superbus mallea tor humilium / nesciens. eis fabricat coro nas perpetuas / Viro sancto super propriũ dorsum fabricant peccatores coronam / ¶ Octauo faciunt eos etiam in presenti bea tos. Prouerbioꝝ. xxix. Qui custodit legem beatus est / ⁊ Luce. xi. Beati qui audiunt verbuz dei. ⁊ custodiunt illud / Ve illis qui pocius eligunt esse maledicti q̃ beati / Ma ledicti sunt qui declinant a mandatis dei / obseruantes mandata beatos dicimus / q; sunt in lumine ⁊ gaudio. ⁊ societate dei / De lumine ⁊ gaudio dicitur in Psalmo / Justi cie domini recte letificantes corda / prece ptum domini lucidum illuminans oculos. Prouerbioꝝ. vi. / Mandatum lucerna est ⁊ lex lux. Psal. In custodiendis illis retribu tio multa. Glo. Que tanta est. ꝙ non potest dici. De societate vero christi prius dictuz est. ¶ Nono a morte mala custodiunt eos. Augustinus. Morte mala non potest mo ri qui ante. bonam duxerit vitam. ¶ Deci mo custodiunt a morte eterna. Johannis. viij. Si quis sermonem meum seruauerit / mortem non gustabit in eternum. ¶ Unde cimo ad celestem vitam hominem introdu cũt iuxta illđ Mathei. xix. Si vis ad vi. in gredi serua mãda. ¶ Duodecimo faciẽ dei eis ostendunt. iuxta iliud Johannis. xiij. Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea / ille est qui diligit me / Et subditur / Et manife stabo ei meipsum / Hec manifestatio intel ligi potest. faciei dei ostensio ¶ Preter ista sunt alia octo / quibus possunt homines

inducí ad obseruationem mandatorũ dei. ¶ Primũ est q̄ homines ad hoc facti sunt/ vnde optimũ qđ possunt facere in mundo isto hoc esse videtur/ finis enim optimũ est in vno quoq3. Eccl. vltimo. Time deum ⁊ mãdata eius obserua hoc est omnis homo. Bernhard⁹. Si hoc est omnis homo. sine hoc nihil est homo. nihil inquam in valore. ꝓpterea dignus est morte/ Bernhardus. ¶ Dignus est plane morte qui dño iesu recusat viuere/ quãdo aliqua res fit in aliqđ op⁹ ⁊ quando est facta/ est ad illud inutilis: destruitur. ¶ Igitur homo qui factus est vt mandata dei seruet/ quãdo mandatũ dei seruare noluit. destrui vel mori dignus fuit. Unde iustissima fuit illa sententia. Gen. ij. Quacũ q3 die comederitis ⁊c. ¶ Secundo q̄ tot benedictiones habent mandatorũ dei obseruatores. Deutro. xxix. Uenient super te omnes benedictiones iste ⁊c. vt supra. ¶ In noua lege quasi ad singula verba dat dominus benedictionẽ obseruatoribus noue legis. Mathei. v. Beati pauperes spiritu ⁊c̄ ¶ Tertio est hoc q̄ obseruatio mandatorũ dei gratissimũ est sacrificiũ deo/ Eccl. xxxv Saluatare sacrificium est attendere mandatis ⁊ discedere ab omni iniquitate/ Saluatare vocatur hoc sacrificium. quia causa est salutis eterne: cum aliis sacrificijs potest homo damnari. cum hoc autez non/ Discedere ab omni iniquitate requiritur ad salutez/ id est non operari omnẽ iniquitatez/ primo Regum. xv./ Numqđ vult dominꝰ olocausta et victimas. ⁊ non pocius vt obediatur voci domini. ¶ Quarto est hoc q̄ homo nõ potest meliorem thesaurum in mundo isto facere. q3 mandata dei seruare/ Unde Eccl. xxix. Pone thesaurũ tuum in preceptis altissimi. ⁊ proderit tibi magis q3 aurũ/ Eccl. ij. Sicut qui thesaurizat. ita qui honorificat matrem suaz/ ¶ Idem intelligendũ est de aliis mandatis qđ dicitur de homine ratione matris/ ⁊ Thobie. xij. Bona est oratio cum ieiunio. ⁊ elemosina magis q3 thesauros auri condere. ¶ Quiutũ est hoc q̄ deus vult ea multũ obseruari/ Unde in psalmo. Tu mandasti mãdata tua custodiri nimis/ Prouerbior. vij. Serua mandata ⁊ viues ⁊ legem meã quasi pupillam oculi tui/ pupilla diligenter seruatur. eo q̄ ledatur de facili et valde periculose/ facilius autẽ leditur lex dei q̄m pupilla/ quia sola voluptate/ leditur etiam periculosius: quia melius esset homini oculum erui q3 precepta dei transgredi. Mathei. xviij. Si oculus tuus scandalizat te erue eum ⁊ proijce abs te/ Q3 dominꝰ mandata sua velit multum custodiri satis patet ex hoc/ Eccl. viij. Ego os regis obserua/ ⁊ precepta iuramenti dei/ Obseruabat salomon os christi quasi expectãs sententiã diffinitiuã/ Sunt aliqui qui pocius os hominum obseruant. iudicia hominũ timẽtes contra quos apostolus. j. Cor. iij. Nihi/ pro minimo est ⁊c̄ ¶ Obseruabat etiam salomon precepta iuramẽti dei. ne in futuro daretur contra eum sententia/ Dicuntur autez precepta iuramenti dei. quia deus iuramit se redditurꝫ vitã eternã obseruatorib⁹ suis: ⁊ penam eternaz transgressoribus. In psalmo. Non prophanabo testamentũ meũ ⁊c̄. vsq3 ibi semel iurau/ Sic et nos debemus firme mandata obseruare quasi iurassemus Dauid. Iurau ⁊ statui custodire iudicia iusticie tue/ Ideo vult dominus mãdata sua seruari q̄ hoc signo debet perpendi. quantum euz diligam⁹ vel non. j. Johannis. v. Hec est caritas dei. vt mandata eius custodiamus/ ⁊ Johannis. xiij. Si diligitis me ⁊c̄/ ⁊ quia iniqui non credunt se habere nisi tristiciam. si mandata dei obseruent. Ideo subdit (Et ego rogabo patrem. ⁊ alium paraclitum dabit vobis.) id est alium consolatorem/ tunc enim admittitur consolatio sed in spiritualem mutatur/ ⁊ ipsa inspectio mãdatorum dei habet dulcedinẽ magnã. Eccl. xxiij. Nihil dulcius q̄m inspicere in mandatis dei. sicut oculis corporalibus bene dispositis est dulce inspicere lumen/ Eccs. xi. Sic lumen mandatorum dei procedẽs a vero sole dulce est oculis cordis bene dispositis/ Sed oculi tenebris assueti molestari solent. cum primo ad lumen veniũt. ¶ Sextum est hoc q̄ magne securitatis est mandata dei seruare. i. Johannis. iij. Qui seruat mandata in ipso manet/ talis sic manet in deo. q̄ manet in manu. vel in sinu eius. Sapientie. iij. Justorum anime in manu dei sunt. ⁊ non tanget illos tormentum malicie. supple eterne/ vñ Augustin⁹. Quid times hominez tu in sinu dei positus. ⁊c̄. vis.

¶ Septimus est hoc q̄ alie creature quas deus non honorauit quantū hominē ⁊ que non expectant tantam remunerationē preceptum a deo sibi datum custodiunt ¶ precepit posuit dominus soli ⁊ non preteribit ⁊ sic de alijs creaturis ¶ Unde exemplum aliarum creaturarū multus deberet homines mouere ad obseruationē mandatorum dei. ¶ Octauū est multiplex malum q̄ ex transgressione mandatorū dei prouenit ¶ Sed hec mala eadem sunt cum illis malis que sequuntur ex peccato de quibus habet in tractatu de vicijs in principio. ideo hic de hijs tacemus ¶ Preterea ad obseruationē eorum potest homines mouere hoc q̄ nō sunt grauia. ſ. Johannis. v. Mandata eius grauia non sunt ⁊ si aliquibus grauia videntur: leuia tamen apparent eis propter aliq̄d lucrū temporale tantū q̄d posset inesse ¶ Item quia sūt seruāti vtilia non ipsi precipienti. y saie lviij. Ego deus tuus docens te vtilia. ¶ Itē hoc q̄ non seruans ea infidelis iudicat ¶ Unde. ſ. Johannis. ij. In hoc scimus q̄ diligimus deū si mandata eius obseruamus qui dicit se nosse deum ⁊ mandata eius non custodit mendax est ¶ Et Eccl. xxxij. Qui credit deo attendit mandatis ergo qui non attendit mandatis deo non credit ¶ Preterea trāsgressio mandatorū hominē diabolo assimilat ⁊ associat ¶ hic in culpa: in futuro in pena ¶ Soli homines ⁊ demones non custodiunt que sibi a deo mādata sunt ¶ Deberet etiam mouere homines ad obseruanciā mādatorum certitudo veritatis et salubritas eorum. In psalmista. ¶ Justicia tua justicia in eternum ⁊ lex tua veritas ¶ Secure incedit homo per viam illam quā docet ille qui non potest fallere nec falli ¶ Alij preceptores fallere possunt ⁊ falli sed deus non ¶ Bernardus. Nullus est ei similis i legislatorib⁹ Job. xxxvi. Et in psalmista. ¶ Novit dominus viaz iustorū. ¶ Ipse ergo vere potest eos docere. Libenter adquiescendum est consilio illius medici qui non solum credit esse salubria que consulit sed etiam scit. ¶ Bernardus. Secure me credo illi qui me salua re velit nouerit ⁊ possit libenter inq̄m operandū est q̄d dicit consiliarius ille q̄ nō solū est consiliarius sed etiam iudex immo multum desiderabat Job vt ipse esset iudex et instructor suus. Job. xxxi. Quis mihi tribuat auditorem vt desiderium meum omnipotens impleat ⁊ librum scribat ipse qui iudicat vt in humero meo portem illum ¶ Filius est ille qui iudicat quia pater nō iudicat quēq̄ sed omne iudicium dedit filio ¶ preterea ille idem qui dat mandata dat potestatem implendi ea. si saltē q̄s humiliter petat Augustinus. Dñe continentiam iubes. da q̄d iubes ⁊ iube q̄d vis ¶ Require de hac materia in tractatu de superbia in ca. de inobedientia ¶ Et notandū q̄ dominus tria tangit vbi ponuntur mandata decalogi que possunt hominē mouere ad obseruationem mandatorū dei. ¶ Primū est consideratio beneficiorum ipsius: est autem beneficium creationis, sustentationis, redemptionis. Unde ante illud verbum ¶ Non habebis deos alienos: dicit dominus ¶ Ego sum deus qui eduxi te de terra egypti ⁊ q̄ reducens ei ad memoriā beneficiū liberationis de egypto in quo figurata est liberatio a diabolo facta per christum ¶ Aliud est ostensio pene infligende transgressoribus ¶ Unde post primū preceptum ⁊ eius explanationez subditur ¶ Ego sum dominus deus tuus fortis ⁊ zelotes visitans iniquitatem patrum in filijs ⁊c̄ vbi innuūtur tria que in deo timere debent transgressores mandatorū eius ¶ primū est summa sapientia ipsius q̄m nihil potest latere que innuitur cum dicitur deus ¶ Deus autem dicitur a theaste q̄d est cōsiderare omnia vt dicit Johannes damasenus ¶ Secundū est omnipotentia quā nullus potest effugere ⁊ ideo subditur ibi fortis ¶ Tertio est zelus quo ipse animas amat cum earum sponsus sit ¶ Sapientie. xi. Qui amat aias nec fornicantibus parcit. ¶ Proverbioz. vi. zelus ⁊ furor viri nō pcet in die vindicte: nec adquiescet cuiusq̄ precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima. ¶ Tertius q̄d potest valere ad hoc q̄ homines mandata dei obseruent est ostensio mercedis que obseruantibus dabitur. ¶ Unde subditur ⁊ faciam misericordiam in milia hijs qui diligunt me ⁊ custodiunt precepta mea ¶ Et notandum q̄ in hijs decem preceptis non traditur perfecta doctrina sed iniciuz doctrine. Est enim velut quoddam alphabetū quod scripsit dominus in

tabulis illi populo tanq̃z rudi ⁊ puerili/accepit aũt populꝰ ille spiritũ fuitutis i timore/Johannis. viij./Unde cum timor sit inicium sapientie inicium doctrine debuit accipere/populus vero christianus doctrine perfectionem accepit./Unde mathei. v./Estote perfecti sicut pater vester celestis perfectus est/⁊ sicut non est magnũ q̃d alphabetũ nõ scire/erubescibile tamen est illi qui diu fuit discipulus illud ignorare/sic valde erubescibile erit alicui qui diu fuit christianus et christi discipulus/alphabetuz legis diuine ignorare scilicet decalogum. ¶Et notandum q̃ tria prima precepta ostendunt/quomodo homo se debet habere ad deum./Et septem quomodo se debet habere ad proximũ./In prima vero tria ostendũtur quomõ scilicet nos debemus habere ad deum corde/corde enim creditur ad iusticiam./Secũdo quomodo ore/Tertio quomodo opere.

¶/Ad deũ bñ corde se habz qui sũme ei credit/sũme in eo sperat ⁊ hoc est eum solum habere deum./Tripliciter autem facit quis contra primũ mandatum q̃ est (non habebis deos alienos coram me.) ¶/Primo ille qui magis alij q̃m deo credit/vt qui vetulis sortilegis magis credit q̃m ministro dei/similis eue que cum dominus asseruisset in qua cunq̃z die comederis ex eo morte morieris Geneſis. ij./Et dyabolo asserente nequaq̃z moriemi/dyabolo magis credidit q̃m deo/

/Sic cum deus asserit per ministrum suum in ecclesia aliquid eẽ peccatũ. Luce. x./Qui vos audit me audit/consulente aũtẽ postea sortilega illud. Responder inuencula. forte esset peccatum/⁊ dicente vetula nequaq̃z adquiescit inuẽcula /credens pocioꝰ dyabolo in vetula loquenti q̃m deo in sacerdote loquenti. ¶/Secundo facit contra hoc preceptũ q̃ plus confidit in creatura q̃z in creatore/Augustinꝰ De deo desperare est spem in creatura posuisse/Hoc modo peccant operarij qui fiduciam quã deberent habere in deo de hijs que sibi sunt necessaria/ponũt in brachio suo. maledicti a deo. Juxta illud Hieremie. xvij. Maledictus homo qui cõfidit in homine ⁊ ponit carnem brachium suũ id est rem fragilem virtutem suam. econtra dicitur ibidez/Beatus vir qui confidit in domino sed tales pocius volunt esse maledicti q̃z benedicti./Mira cecitas talium /q̃ non attendũt q̃ frequenter meliores operarij sunt pauperes. Ecc. ix./Vertime ad aliud vidiq̃z sub sole nec velocium esse cursum nec forcium bellum nec sapientiũ panẽ /nec doctorum diuicias nec artificum gratiam sed tempus casumq̃z in omnibus./Procius studeat homo gratiam dei comparare libenter eundo ad ecclesiaz ⁊ alia bona opera faciendo./Deinde vero laboret prout poterit et certam fiduciaz habeat in eo qui vitam dedit q̃ dabit necessaria vite. Mathei. vi./Primum querite regnum dei ⁊ iusticiaz eius/⁊ omnia adijcientur vobis./Agricola qui plus confidit in fossorio suo q̃m in deo /de fossorio suo facit deum suum./Item contra hoc preceptũ faciunt q̃ plus amãt aliq̃d terenũ diuicias vel delicias q̃z deũ/Ad ephe. v./Quorum deus venter est/ibi dicit glosa q̃ hocab homine colitur. qõ pre ceteris diligit./⁊ Ad ephesios. v./Auaricia est ydolorum seruitus/vbi dicit glosa. Auari deꝰ est nũmus/⁊ super illud Mathei. vi. Non potestis deo seruire ⁊ mammone. Dicit glosa. Diuicijs seruire est deũ negare/qõ secq̃t (nõ facies tibi sculptile ⁊c.) ſm Augustinũ exposplanatio ẽ primi p̃cepti/Sculptile vel ydolum ſm aliam litteram dicitur illud/qõ nullius rei naturalis representatiuũ/est sed ociose confictum/similitudo vero vocatur qõ alicuius rei naturalis representatiuum est. /Glosa vero assignat differentiam inter adorare ⁊ colere/Dici potest aliquis inuitus adorare vel adulando regibus ydolatris adcedendũ tozmẽtis/⁊ hoc inuitus cuz sciat q̃ ydolatria nihil est/colere vero est toto affectu et studio mancipari. ¶/Notanduz q̃ inclinare se regi quasi homini/vbi nullũ scandalum fratris/ vbi nullum periculum fidei imminet non est peccatum./Inclinare vero ei quasi deo ⁊ cum piculo fratris pctm̃ est.

¶Contra secunduz preceptum. qõ est non assumes nomen dei tui inuanum. Facit aliquis tripliciter./Primo qui iurat pro nihilo./Unde non eni habebit dominus insontem eum qui assumpserit nomen dei frustra ¶/Secundo qui iurat mendaciũ/Tertio qui iurat iniustũ/Quarto qui iurat contumeliã dei. vt faciunt blasphemates/cõtra hoc peccatũ require de peccato lingue in capitulo

de blasphemia ⁊ periurio/ ſm aliam intelli-
gentiam illius precepti. contra illud prece-
ptum faciunt qui filium dei credunt puraz
creaturam/ vt fecit arrius. ¶ Contra tertiū
preceptum qđ est/ memento vt diem sabba-
ti sanctifices/ similiter tripliciter facit aliq̄s
¶ Primo ille qui amat plus opus terrenum
propter aliquod lucrum q̄m honorem solē-
nitatis/ Unde sequitur. Non facies omne
opus tu ⁊ filius tuus ⁊c. ¶ Secūdo qui festū
inquinat imundicia alicuius peccati. Un-
de dicitur diem sabbati sanctifices id ē san-
ctuz obserues/ diligenter in eo a peccato ca
uendo. ¶ Tertio qui in peccato prius cōmis-
so perseuerauerit. Unde Hiere. xvij. Noli-
te pondera portare in die sabbati/ nec infe-
ratis per portas hierusalem/ ⁊ nolite eijcere
onera de domibus vestris in die sabbati/ ⁊
omne opus non facietis/ Sanctificate diē
sabbati sicut precepi patrib⁹ vestris ⁊c. ¶ Nō
bene festuz obseruat qui pondus diei in eo
portat/ qui horrore peccati sui illud inqui-
nat/ In vigilia solennitatū peccata deponē
¶ da sunt/ possumus etiam dicere q̄ in primo
precepto docemur nos reuerenter habere
ad ipsum deum. ¶ In secūdo ad nomen eius.
¶ In tertio ad ea que sunt sanctificata ab eo/
vt est templū. vel locus. vel vasa. vel ornamē
ta ecclesiarum vel persone ecclesiastice. ¶ Et
hoc post tertium preceptū innuitur cuz di-
citur Benedixit domin⁹ diei sabbati ⁊ san
ctificauit euz/ De alijs vero septē preceptis
notandū est q̄ hoc q̄ aliquis bene se habeat
ad proximum in duobus consistit. ¶ In hoc
scz q̄ homo faciat hoc alij qđ sibi vult fie-
ri iuxta illud/ quecūqz vultis vt faciant vo-
bis homines. eadē ⁊ vos facite illis. Luce.
vj. ¶ Et in hoc q̄ non faciat alij qđ sibi odit
fieri. Thobie. iiij. ¶ Ad primū pertinet illđ
honora patrem tuum ⁊ matrem tuaz/ vt sis
longeuus super terrā/ ⁊ iniciat̄ ibi illa pars
iusticie que est: hoc facias alij qđ tibi vis fie
ri/ perfectio enim illius pertinet ad nouam
legem. ¶ Et intelligitur hoc preceptū tam de
parentibus spiritualibus q̄m de carnalib⁹/
¶ Recte ḡ ordinatur hoc preceptū post pre-
cepta prime tabule. quibus homo ordinat̄
ad deū. ⁊ ante precepta secūde tabule quib⁹
ordinamur ad proximū/ eo q̄ nō solū intelli
gatur hoc preceptū de parētibus carnalib⁹
imo etiaz de spūalibus/ Et p̄cipue de patre
celesti. qui plus et super omnia ⁊ pre omni-
bus honorandus est. ¶ De hac materia req̄re
in tractatu de superbia in capitulo de irre-
uerentia. ¶ Subditur autez hic repromissio
scz vite diuturnitas: iustum est enim vt qui
gratus est ei. a quo vitam suscepit vita diu-
cius perfruat̄/ Ingratus vero cicius morit̄/
Prouerb. xx/ Qui maledicit patri suo ⁊ ma
tri sue. extinguetur lumen eius in medijs te
nebris/ Honor vero de quo hic agitur/ nō
solum in reuerentia attenditur. sed etiam in
administratione eorum que sunt necessaria/
¶ Ad secundā partem iusticie que est. qđ tibi
oderis fieri ab alio/ vide ne aliquando altri
feceris ꝑtinent sex vltima precepta. ¶ Tri-
pliciter autem potest quis iniuriari proxi-
mo scz facto: verbo: voluntate/ Facto vero
tripliciter/ vel quantū ad ipsam personā qđ
ꝓhibetur ibi non occides/ vel quantum ad
suos qđ prohibetur ibi Non mechaberis
vel quantū ad sua qđ prohibitum est ibi. nō
furtum facies. ¶ Iniuria vero verbi prohibe
tur ibi non falsum testimoniū dices contra
proximum tuum/ ⁊ hec iniuria verbi occa-
sio potest esse triplicis iniurie facti premisse/
¶ Aliquis enim propter falsum testimonium
potest occidi/ vel vxorem suaz amittere/ vel
rebus suis spoliari. ¶ In duobus autē sequē-
tibus prohibetur voluntas/ que est cupidi-
tas que radix est omnium malorum. vt legi
tur primo ad Thi. vi. ¶ Et pri⁹ cupiditas rei
aliene immobilis. cum dicitur. Non cōcu-
pisces domum proximi tui. ⁊ quia aliquis
posset credere concupiscentiaz rei mobilis
licitam esse/ quia facilius mobilia in alios
transferuntur/ Ideo consequenter subdi-
tur aliud preceptū de re aliena mobili/ cuz
dicitur. non desiderabis vxorem eius. non
seruum. non ancillam non bouem. nec asinū
nec omnia que illius sunt. ¶ Notandum q̄
ſm ysidorum in hijs sex vltimis preceptis
a parte intelligitur totum. Unde illud non
occides sic dz itelligi/ nō occides manu vel
mente. vel consensu/ nec manuz violentam
inferes innocenti nec auxiliuz vite subtra-
hes illi: cū potes ⁊ debes dare/ Unde An-
gustinus Pasce fame morientem: si non pa
uisti occidisti. ¶ Et notandum q̄ iudex nō
occidit sed lex/ illud vero non machaberis

sic intelligitur idest non miscearis alicui ex
cepto federe matrimonij. Illud vero. non
furtum facies prohibet quālibet rei vsurpa
tionem aliene. Notandum q illud. non
occides pertinet ad superbiam vite/ cuius
effectus est ira ⁊ odium ⁊ alia opera malicie
Illud vero non mechaberis pertinet ad cō
cupiscentiā carnis. Illud vero non furtum
facies pertinet ad concupiscentiam oculo-
rum.

De eodem Sermo. II
In ordine. 85.

Abrahe dicte sūt
promissiones ⁊ semini ei⁹ ⁊c. Pro
missa est abrahe vita eterna/ ⁊ eius
imitatoribus sub figura terre. Ideo cantat
ecclesia. In lucem sanctam quā abrahe pro
misisti/ ⁊ semini eius. Luc. xvi. vocatur qui-
es animarum sinus abrahe. Cum dicitur
factum est vt moreretur mendicus/ ⁊ por-
taretur in sinū abrahe ab angelis. Et Gen
xv. dicitur/ Suspice celum ⁊ numera stel-
las si potes. Sic erit semen tuum in multi-
tudine ⁊ in claritate/ erit enim innumerabi
le ⁊ clarum ad modum stellarum. Non so-
lum promisit deus vitam eternam abrahe
⁊ eius imitatoribus: Immo etiam iurauit
se daturum eam eis. Unde Gen. xxij. Per
memetipsum iuraui dicit dominus/ quia fe
cisti hanc rem ⁊ non pepercisti filio tuo vni
genito propter me benedicam tibi: benedi-
ctione inquā illa. Venite benedicti. De-
inde sequitur (Benedicentur in semini tuo
omnes gentes terre) Intelligas eadem be
nedictione/ ⁊ subditur causa (quia obedisti
voci mee/ valde leti possunt esse qui sequū-
tur obedientiam: etiam in arduis/ certi eniz
debent esse de vita eterna/ ac si deus iuras-
set se daturꝫ eā eis/ postq̄ enī abrahā voluit
deo obedire in filij immolatione/ dicit ei do
minus se iurasse q ei benediceret. Et no-
tandum q valde magni meriti fuit abrahā
apud deum/ vt patet ex illo verbo dñi ad eū/
Genesis. xviij. Num celare potero abrahā
qd gesturus sum/ Etiā ex hoc q dominus
de toto mundo elegit eum/ vt ex semine ei⁹
assumeret sibi populum/ immo qd plus est
de semine eius vellet nasci. Heb. ij. Nusq̄
angelos apprehendit sed semen abrahe/ in
semine eius voluit mundū saluare ⁊ orbez
replere. De semine eius fuit beata virgo. et
Anna ⁊ apostoli/ Unde bonum esset vitam
eius diligenter inspicere ⁊ studiose. Unde
septem inueniuntur de eo in quibus bene
se habuit ad deum. Et sex in quibus be-
ne se habuit ad proximū. Unde tredeciz
sunt in quibus debemus eū imitari. Pri-
mo. Ad deuz bene se habuit in hoc q in pra
ua societate ab eo nō recessit/ immo post pra
uam societatem fugit relinquendo scz ciui-
tatem chaldeoruz/ Chaldei enim ignem a-
dorantes multas molestias inferebant pa-
tri suo/ vt ipse ignem adoraret sed ipse non
consensit. Exodi. xxiij. Non sequeris tur-
bam ad faciendum malū/ nec in iudicio plu
rimoruz adquiesces sententie: vt a vero de
uies/ sicut in multis ciuitatibus multi co-
guntur exēplo aliorum igni cupiditatis ser-
uire/ sed melius esset eis ciuitates deserere
q̄m malo consentire. Et notandū q quā
do aliquis pegrinaturus esset iam magnaz
partem peregrinationis sue videtur fecis-
se quando a villa sua recessit/ sic magnam
partem peregrinationis spiritualis iam fe
cit qui remouit se a loco in quo nat⁹ est. In
multis fecibus est vinum in vase vbi primo
ponitur/ quas reliquit cum de vase in vas
transfunditur. Hierem. xlviij. Fertilis fuit
moab ab adolescentia sua/ ⁊ requieuit in fe-
cibus suis ⁊ non est transfusus de vase i vas
⁊ in transmigrationem non abijt/ idcirco p-
mansit gustus eius in eo: ⁊ odor eius nō est
immutat⁹. Multas malas radices terrena
rū ⁊ malarū affectionū habet homo in tali
loco quas vix aut nunq̄ ibi dimittit/ ideo
dicit Hiero. q monachus in patria sua p-
fectus esse non potest. Notandū etiaz q
desertio praue societatis iniciū est salutis/
fatuū est ei qui vult ire in paradisum/ imisce
re se societati que vadit in infernū. Secū
do in hoc q ad preceptū dei terrā suā ⁊ co-
gnationē ⁊ domū patris reliquit/ etiā men
te vt non haberet voluntatē redeūdi ad ea
corpe. Iam morabat in aram quādo dictū
fuit ei illō. Gen. xv. Egredere de terra tua.
⁊c. Tertio in hoc q ea q̄ adquisiuit in bel
lo decimauit/ Gen. xiiij. Dedit ei melchise-
dech decimas ex omibus que adquisiuerat
Unde veri sil'e ē q de alijs bonis suis decias
dedit. Quarto i hoc q deo cōtra naturā
credidit i sobole sibi ꝓmissa. Unde. Gen. xv.

Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam. Idem ad Rom. iiij. legitur / ⁊ subditur qui contra spem in spem credidit. Glo. prior spes ꝑm naturā fuit dū iuuenis ex iuuencula ꝑm naturam sperauit sobolem nec tamen habuit. In hoc modo cōtrarium illi spei sperauit scz vt vetulus de vetula / ⁊ sterilis de sterili generaret. Et est argumentū / ꝙ multū placet deo quando aliquis plus deo credit q̄m sensui suo / vel ēt rationi sue / vt in sacramento altaris et in trinitate personarū ⁊ in vnitate substantie. Quinto in hoc ꝙ ad preceptum dei carnem suam circūcidit. Gen. xvij. ⁊ omne masculinum in generationibus suis / Spiritualiter carnez suam circūcidit qui carnis sue amputat voluptatem / ⁊ concedit ei necessitatem. Sexto in hoc ꝙ quanto deo familiarior fuit / tanto humilior deo se habuit. Unde Genesis. xviij. Loquar ad dominum meū / cum sim puluis ⁊ cinis. Gregi. Sancti viri quantomagis diuinitatis interna inspiciunt / tātomagis se nihil esse cōspiciunt / Nusq̄z legitur abraham se cinerem et puluerē professum esse / nisi cum meruit dei locutiones habere. Septimo in hoc ꝙ ad preceptum dei filium suū voluit immolare. Gen. xxij. Mira obedientia ꝙ filiū suum miraculose genitū de quo tot et tanta sibi ꝓmissa fuerūt īmolare voluit / nō erat īgratꝰ ei q̄ illū ꝺderat / datorē eni dono ꝑferebat. Non sic amatores huius mūdi / q̄ datorem omniū bonorū donis suis impugnāt / Qui filios vel alia dona sua a deo data plusquā dn̄m diligunt / qui quanto plura eis dederit tanto minus eum diligunt. Primū vero in quo ad proximū bene se habuit fuit pacis sectatio / cum enim tota terra in qua ipse ⁊ Loth erant sibi promissa esset a deo / cessit tamen iuri suo dans optionem fratri suo loth: eligendi terraz quā vellet / Unde Gen. xiij. Ne queso sit iurgium inter me ⁊ te: fratres enim sumus / ecce vniuersa terra coram te est ⁊c. Non solum debet fidelis accipere pacem sibi oblatam immo debet eā sequi emendo eam. Rom. xiiij Que pacis sunt sectemur / ⁊ in Ps. Inquire pacem ⁊ persequere eā Et Heb. xij. Pacem sequimini in oībus. Ecc. xv. In tribꝰ beneplacitum est spiritui meo que sunt ⁊c. Secundū fuit fidelitas quā seruauit fratri suo loth in aduersis / exponēs se periculo vt eum ā periculo liberaret / scz ab hostibꝰ qui eum captuz ducebant / Gen. xiiij. Ecc. vi. Amicus fidelis fortis protectio / ⁊ Prouerb. xvi. Omni tēpore diligit qui amicus est / ⁊ frater in angustijs cōprobat. Tertiū fuit liberalitas absqz venalitate. Unde regi sodomorum dicēti sibi / Da mihi aīas cetera tolle tibi / Respōdit ꝙ de hijs q̄ reduxerat nō acciperet a filo subtegminis vsqz ad corrigiam calige / nolens vendere beneficium qd̄ eis impēderat / Gen. xiiij. Non sic faciūt illi qui quando inuenerunt aliquid qd̄ proximus eorum amisit / volunt inde medietatem habere. Quartum fuit vera benignitas qua pro hoste orauit / vt dicamus benignitatem habundantē bonitatē quasi quidā fluuius exiens ripas suas / quo aliquis beneficus est / non solum amicis sed etiam inimicis sic fecit abraham orando pro abymelech. Gen. xx. Redde vxorem viro suo / quia propheta est ⁊ orabit pro te ⁊ orante Abraham sanauit deus Abymelech / ⁊ vxores eius ⁊ ancillas eius. Quintum fuit magna eius compassio / que patet in hoc ꝙ pro sodomitis qui pereundi erant ita allegauit apud dn̄m. Gen. xviij. Nunquid perdes iustum cum impio ⁊c. Sextum fuit deuota ⁊ curialis hospitalitas. Gen. xviij. In susceptioue trium virorum qui ei apparuerunt ꝑm Josephum fuerunt tres angeli in forma humana / quorum duo missi sunt ad subueruersionez sodome / Tertius ad nūciandum ꝙ Sara paritura esset abrahe filium / Eusebius vero dicit verbum dei ibi apparuisse cum duobus preconibus / Curialitas attenditur in hoc ꝙ non expectauit ꝙ ipsi hospicium peterent / sed humiliter rogauit vt cum eo comederent / dicens / Domini mei si inueni gratiaz in oculis vestris / non transeatis seruum vestruz. Item ꝙ modicum promisit dicens / ponam bucellam panis ⁊ multum preparauit quia vitulum de armento optimum. Deuotio vero ostenditur in quatuor scilicet in adoratione. In occursu eorum. In pedum ablutione / ⁊ in preparationis acceleratione / Dicitur eniz ibi festinauit abraham ⁊ dixit. Sare accelera tria sata farine. Ipse vero ad armenta cucurrit ⁊ dedit puero qui festinauit et decoxit illum. Collige. Senex currit /

Sara accelerat/puer festinat/nullus piger in domo sapiētis inuenit. Ieb. xiij. Hospitalitatē nolite obliuisci/per hanc enī placuerunt quidam angelis in hospicio receptis./

¶Quarto ostēdit deuotio in hoc/q ipse eis in ppria psona mīstrauit/Ūñ Hier. loq̄ns de abrahā dicit./Qui tres viros susceperat/nō suis p̄cepit vt hospitib⁹ ministrarēt nec bonū quod exercebat: p alīū inuit/sed quasi preda repta cū sara humilitati solus incubuit/ipe pedes lauit/ipe in humeris suis vitulū de armēto portauit/ipse vt seruus stetit pegrinis p̄sidentib⁹ seruiēs/t manibus coctos cibos ieiunātibus ap posuit.

¶Dñica. XIIII. Sermo. I.

In ordine. 86.

EFructus autē spūs est caritas: gaudiū: pax ⁊c. Gal. v. Nota inter creaturas hominē esse maxime mirabilē cū cōstet ex duplici substantia. scz corpe ⁊ aīa. Altera terrestri ⁊ quasi iumētina/reliqua celesti et quasi angelica. Altera visibili ⁊ corporea/reliqua inuisibili ⁊ incorporea. Mirabili or est hō q̄ esset animal qđ cōstaret ex boue ⁊ asino/vtraq; enī pars illius esset materialis/qui aūt vtrāq; partem hominis fecit./A principio scōm vtrāq; partē hoī bene puidit/terrestri subē p̄pādo paradisum terrestrē/Ale vero que angelis similis est celū empireū/sic et angelis p̄parauit./Et quia vtraq; pars vitā habebat/in vtroq; loco lignū vite voluit esse/De primo legit Heñ. ij. Plantauerat deus paradisum voluptatz a principio/Et paulo post. pduxit deus oē lignū pulcrum visu et ad vescendū suaue. Lignū vite etiā in medio paradisi./De secūdo legit Apoc. ij. Uincenti dabo edere de ligno vite qđ est in paradiso dei mei./Sed homo vtrūq; paradisum per pctm amisit/t in hac valle miserie positus est ibi/tñ deus nō obliuiscit miserie eor q̄ diligūt eū/immo facit eis ibi paradisum spūalē/Sicut enim ipse est in paradiso/sic vult eos habere paradisum: iuxta illud Joh. xij. Ubi sum ego illic ⁊ minister me⁹ erit: paradisus iste est cor hois habēs gratiā dei. iuxta illud Ecc. xv. Gratia dei sicut paradisus in bñdictionib⁹ Esa. li./Ponā desertū eius delicias. ⁊ solitudinē eius quasi ortuz dei./Cor hois anteq̄ domin⁹ per gratiam sit ibi desertum est/sed deo p̄sente paradisus est/iuxta illud Joel. ij. Quasi ortus voluptatis terra coram eo/t p⁹ eū solitudo deserti./Cor tale paradisus dicit/qr dei habitatio est. sicut enī dicit Interli. sup illud Luc. xxiij. Amen dico tibi ho. me. eris in pa/vita est esse cū xpo qr vbi xps ibi regnū./Item pter eius latitudinē. cor enī tale maius est mūdo cum deus sit ibi quem constat maiorē esse mūdo/preterea locus est luminis amoris ⁊ gaudij/sicut ⁊ celestis paradisus. deo sunt delicie/Item Prouer. viij Delicie mee esse cum filijs hoim./Etiā celū dicit cor tale de quo Bern. nec mirū si dñs iesus libēter hoc celū inhabitat qđ nō quō ceteris dixit tm vt fieret sz pugnauit vt acquireret occubuit vt redimeret./Econtrario cor pctōris infernus est eo q̄ sit habitatio demonū/vt patz Matth. xij. Ubi dicit cū inmūdus spūs ex. ab. ⁊c/t Luc. viij. vbi dicit de maria magdalena q̄ ab ea septem demonia exierunt./Item propter tenebras ignorantie que ibi sunt/t ignem praue concupiscentie. t vermē remordētis cōscientie

¶Ūñ peccatoribus hic incipit infernus cor/iustis vero paradisus cor./Ue illis q̄ multis laborib⁹ t expensis faciūt hic sibi infernum./Ue etiā illis qui pocius eligūt in presenti habitare i inferno q̄ in paradiso./Mira insania ē taliū qui infernū poccupāt/videt q̄ ipsi credāt nimis tarde se puēturos in infernū./In paradiso aūt isto spūali ē etiā lignū vite. scz spūsanctus cuius fructus hic enumerat apls dicens/fructus spūs est caritas

¶De hoc ligno vite legitur/Apoc. xxij. Ostēdit mihi flumen aque vite splenditū tanq̄ cristallū/pcedēs de sede dei ⁊ agni in medio platee eius. t ex vtraq; parte fluminis lignū vite. afferens fructus duodeci p singulos menses/reddens fructus suos ⁊ folia ligni vite ad sanitatē gentiū/Aqua dicit gratia spūsancti qr abluit./Ulua vero qr non deficit/Aliquis potest p̄hibere gratiaz a se/vel quia cor suum est in alto superbie vel obiectu alicuius peccati/sed gr̄a dei q̄tū in se est parata est irrigare corda./Flumē vero dicitur quia singulas regiones vnaz post aliā rigat/circa flumen illud sumus nos q̄ sumus in hac vita qui nondū iustificati perfecte/adhuc iustificari indigemus./Alveus flumen vero sunt illi qui perfecte iustificati

quis supatus est. hui⁹ ⁊ seruus est. Postq̃ vero dyabolus intrauit in aliquē ipse facit ad modū latronis qui ingrediens domum. lumen extinguit et eius quem vult spoliare os obstruit. ne clamans succursū habere possit / Sic dyabol⁹ illum in quo habet potestatem. cecum ⁊ mutum facit / Job. iij. Qui male agit odit lucem. fures timēt diē. Job. 24. Si subito apparuerit aurora arbitrant̄ vmbrā mortis. ideo fur infernalis cecitatē ꝓcurat Isa. xlij. Quis cecus nisi qui venundat⁹ est. s. dyabolo ꝑ peccatū / ardor praui desiderij peccatorē excecat. sic̄ vrsus d̄r excecari ad peluim ardentem. ⁊ Tob. ij. excecatus est calidis stercorib⁹. ps̄. Supcecidit ignis ⁊ nō viderunt solem. Aug⁹. in libro ꝯfessionum. Spargis penales cecitates sup illicitas cupiditates. Dyabolus etꝫ ꝓcurat vt peccator sit mutus. ne orando vel cōfitendo impetret auxiliū vel ꝯsilium quo a ptāte ipsi⁹ eripiatur / Et notandū. ꝙ sicut animalia irrationalia dicunt̄ muta. licet aliquā vocem emittant / qꝛ vox illa nō est formata. Sic pctōr dicit̄ mutus qꝛ nō habꝫ verba debita. Nemo dicit canē loqui licꝫ assidue latret vel ranā licet coaxet. Aug⁹ in lib. ꝯfessionū. Dñe ve tacentib⁹ te. quia loquaces muti sunt. ¶ Circa ꝑmā miseriā notandū est. ꝙ pctōr ad modū demoniaci habet magnā vexationē Isa. lvij. Impius q̄si mare feruens quiescere non potest. ieodē: Non est pax impijs dicit dñs / Vel ad modū demoniaci gaudet de hoc. de q̄ flendū esset. ꝓuer. j. Qui letant̄ cum male fecerit. ⁊ exultāt in rebus pessimis / Sibi et alij ad modū demoniaci nocet. sepe cadit in ignem ire. et sepe in aquā voluptatꝫ ꝓhibite. vbi submergit̄. Mat. xvij. laque os occultos vsure exquirit vt se strangulet. ꝓuer. xxvij. Cor iniqui exquirit mala. Sibi manus inijcit Sap̄. xvj. homo per maliciā occidit animā suā In alios insilit dentib⁹ mordet Math. 8. Occurrerūt ei duo hñtes demonia seui nimis ita vt nemo posset transire ꝑ viam illam Gal. vj. Si inuicem mordetis ⁊ comedetꝫ videte ne abinuicē ꝯsumamini. De cecitate peccatoris require dñica. l. Circa terciam miseriā notādū. ꝙ ad tria reddit dyabol⁹ hominē mutū scꝫ ad sui accusationem / ad dei laudem / ad ꝓximi edificationem / De ꝑmo ꝓuer. 28. Qui abscondit scelera sua non diriget̄. Qui autē ꝯfessus fuerit ea et reliq̄rit ea misericordiā cōsequet̄. Ecc̄i. j7 A mortuo q̄si nihil perit ꝯfessio / peccator mortuus est. vñ non est mirū si mutus est q̄ mortuus est. Septē sunt que hominem reddunt mutū ad ꝯfessionē. Primū est pudor. Ecc̄i. 4. Nō ꝯfundaris ꝓ aīa tua dicere verū. Bern̄. O insania ablui pudet. ⁊ inq̄nari non pudet. Scd̄m est dilatio spe recupandi. Sopho. ij. Vox cantantis in fenestra. et coruus in supliminari. ꝯtra qd̄ dicit Ecc̄i. 5. Ne tardes ꝯuerti ad dñm. ⁊ ne differas de die in diē. subito em̄ veni et ira eius. Terciū est diffidentia ꝑseuerādi in pnīa. ꝓueniens ex multiplici recidiuatione / hanc diffidentiā hñt qui in deo spem suā non posuerūt Isa. xl. Qui spant in dño mutabunt fortitudinē. Quartū est ypochrisis vel vana gloria / dicit em̄ ypochrita. Ego credor bonus. quomō ergo hoc peccatū ꝯfiterer Osee. xiij. Colligata est iniq̄tas effraym absconditū est pctm̄ eius. Quintū est timor pnīe non assuete. j. Mach. 5. Si timuerit iudas transire et posuerit castra circa flumen. trānsfretem⁹ ad eos et poterim⁹ aduersus illum. qui timet pnīam non assuetam. similis est habēti apostema qui nō sustinet ꝙ sanies effundatur donec cancer euꝫ inuaserit. Ecc̄i: xviij. Ante languorē adhibe medicinā. sꝫ sunt quidā q̄ folijs ficuū sic̄ adam operiūt se. Gen̄. iij. Qui discretius facerēt si massā ficuum tollerent. ⁊ inde vulneri suo cathaplasma facerent vt ezechias fecit Isa. 38. Ficus dulcedinē hñs. peccatū ꝓcat. vnde de massa ficuum cathaplasma facit qui d̄ ipsis peccatꝫ medicinas facit erubescēdo de ipsis in ꝯfessione. Sextū est fictio Qd̄ impedimētū multū ꝯmune est. Bern̄. Ignosce dñe ignosce / excusamus tergiuersamur vix est aliq̄s q̄ in hys que ad te sunt experiri velit. quid possit. etiā qd̄ ꝓmptissime p̄t ꝓm carnem / vel seculū. siue timor impulerit / siue cupiditas traxerit / qui ꝑ infirmitate corꝑali sananda. abstinet cōtinue a vino. dicit se nō semel posse in septimana a vino abstinere / ꝑ spūali sanāda. q̄ fortis fuit. ad malū. impotentē se dicit ad bonum. Ro. 7. Sicut exhibuistis mēbra

vestra seruire immundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē/ita nunc exhibete membra vra seruire iusticie. Isay.v. Ue qui potentes estis ad bibendum vinum ⁊c. Sapie. j. Spūssanct⁹ discipline effugiet fictum ⁊c. ¶ Septimum. est incuria siue negligentia male consuetudinis/ Prouer. xviij. Impius cum in pfundum peccatorū venerit cō ¶ temnit/ Ad edificatōnē primi. matum hominem reddit culpa ppria/qua aliquis se reum sentit. ps. Iniquitas oppilabit os suum. Prouerb. xx. Suauis est homini panis mendacij/ sed os eius implebitur calculo. Item auaricia Math. xxv. Qui ār vnum talētū acceperat abiens fodit in terram. Laude dei vero mutum facit superbia/ superbus enim se laudat cū deberet deum laudare. Prouer. xxvij. Laudet te alienus. ⁊ non os tuum. pma Cor. ij. Non enim qui se ipm pmendat ille probatus est ⁊c. Laus dei deberet esse in ore hominis. ℞m illud. semp laus eius in ore meo. Isa. xlviij. Laude mea infrenabo te. ne intereas/ sed loco huius freni posuit dyabolus. frenum suum in hominib⁹ scz frenum erroris quod erat in maxillis populorū scz verba superba/ Apoc. xiij. Datum est bestie os loquens grandia/os iactantie assuetum. os bestie siue dyaboli videtur esse ¶ Et notandū q valde est vtile homini vt agnoscat magnam miseriam quā habet qui est in peccato/ ⁊ magnā misericordiam dei que est in liberatione ab ipso/ Qui enim hoc agnoscit si est in peccato miseret sui/et desiderat exire de peccato. Ecci. xxx. Miserere anime tue placens deo. Aug⁹ in libro pfessionū. Quid miserius misero nō miserante se ipm/ Si cecidit canis in aquā conat venire ad ripam/vel si auis cecidit in laqueum conatur ad sui liberationē/ quanta est ergo insipientia hominis qui in peccatū cecidit. nec tamen suam liberationē querit/et qui miseriam peccati agnoscit. si nō est in peccato timeat cadere. in illud/ pma Cor. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. magis esset timendus casus a statu innocentie in peccatū/ q̄s casus a maxima turre que in mundo sit. ¶ Item pgnoscens miseriam peccati/ si quandoq; fuit in illa et deus eum liberauit/ scit esse gratus liberatori suo/et libenter in seruitiū dei expendit tpalem vitā qui ei remisit mortē eternā. Bern. Uiuo ego dicit dns. nolo mortem pctōris/ sz magis vt puertat ⁊ viuat. ¶ Nō vult dns mortē meā. ⁊ nō libenter offero ei vitam meā ¶ Item si in miseria pctī nec est nec fuit. ipse scit esse gratus suo cō seruatori/ Aug⁹ in libro de pginitate/ multo ardenti⁹ debes diligere illū q̄ flagitiosis ad se puersis q̄cūq; dimisit/in ea te cadere nō pmisit/ Talis etiā q̄ miseriā pctī agnoscit ppatīr primo existēti in pctō/ et p posse eum iuuat vt ab eo exeat/qō speciāliter ptinet ad mīstros ecclesie. eoz est demoniacū. cecū. et mutū. offerre saluatori. Ille em̄ nec p sua liberatōe rogat. nec supplicat/ sz freq̄nter eōrio illi aīas deo auferunt. q̄ eas offerre debuerūt. ¶ Et notandum. q̄ septē valde piculosa videtur esse mīnistrj ecclesie ¶ Primū est q̄ paupes defraudant a sua portōe tpalium bonoz/qō est q̄si homicidiū. Ecci. xxxiv. Panis egentiū vita pauper est. Qui defraudat eū hō sanguis est ¶ Scōm est q̄ eos q̄ sunt in piculo decipiūt/tenent naufragātib⁹ subuenire ⁊ nō faciūt/in cura hnt grauiter infirmantes nec de hoc curant/ filios suos vident duci ad mortē nec resistūt. puer. xxiv. Erue eos q̄ ducūr ad mortē/et eos q̄ trahunt ad interitū liberare non cesses ¶ Si dixeris vires nō suppetūt/q̄ inspector est cordis ipe intelligit ¶ Tercīū est q̄ illos q̄ ardent in purgatorio debent oronib⁹ liberare. ⁊ hoc negligūt Aug⁹. Piro mō grauis est ignis. licet nō sit eternus. extupat em̄ omnē penā quā aliq̄s in h̄ mūdo ppessus est ¶ Quartū est q̄ spūsanctū vendūt per pctīm symonie Damas⁹. papa. Cetera crimina ppatōe symoniace hereseos p nihilo reputant ¶ Quintū est q̄ filium dei in sacramento altaris pculcant. Heb. x. Irritam q̄s faciēs legem moysi sine miseratōe duob⁹ vel trib⁹ testib⁹ morit/ Quāto dete rioza putatis mereri supplicia/ q̄ filiū dei pculcauerit/et spūi gr̄e pstumeliā fecerit. ¶ Sextum est q̄ filios suos fame verbi dei pire pmittunt. Grego. Qui nō studuit solicitus esse in predicatione/ pticeps factus est in damnatione ¶ Septimū est q̄ venenatis exemplis pascendo filios suos occidunt Zach. xi. pasce pecora occisionis

que qui pascebant occidebant.j. Thy.4. Exemplũ esto fidelium in ꝟbo ⁊ ꝯuersatione.ad Tytũ.ij. In oĩbus te ip̃m prebe exemplũ bonorum operum/

De eodem. Sermo tercius

Erat iesus eyciens demoniũ.⁊c. Notandũ ꝙ opus saluatoris est demonium eijcere/ Primo eiecit illud de celo Ezech. 28. Tu cherub peccasti ⁊ eieci te/ Eijciebat etiã eum de corpib⁹ obsessis/ vt hic habet/ Eiecit eum ⁊ de mũdo in passiõe sua Joh.xij. Nunc p̃nceps hui⁹ mundi eijciet foras. quottidie etiã ip̃m eijcit ab aĩabus Ve illis qui assumpserũt officiũ ꝯtrariũ officio saluatoris/ introducẽtes dyabolũ in homies/ poti⁹ vident esse tales antixp̃i q̃m xp̃iani/ tales sunt suasores vel ꝯsultores vel ꝯciliatores turpitudinis/ Item ve illis q̃ bonis sibi datis vtunt ad retinẽdũ dyabolũ ne ab eis exeat/ Ut qui ꝑ iuuentutem vel pulcritudinẽ. vel nobilitatẽ se excusant vel defendũt in pctis suis/ ⁊ eisdem bonis vtunt ad repellendũ deũ a se/ Item ve illis q̃ velut muro claudunt dyabolũ secum. assuetudine peccandi. duriciam et obstinationem faciendo in se ipsis/ Item ve illis q̃ ad modũ canis obꝟuãt/ ne aliqd̃ foramen sit in homib⁹ ꝑ quod deus intret/ bona q̃ vident fieri ab hoĩbus deridendo vt auditum verbi diuini vel aliq̃d simile/ Item ve illis q̃ ꝟpentẽ infernalẽ ad modũ cyconie rostro ⁊ vnguibus in se defendũt/ corripientib⁹ se ꝯuicijs ⁊ maledictis resistendo. Et notandũ ꝙ multis modis sp̃ualiter dyabol⁹ ab hoĩe eijcitur. Uno mõ auditu ꝟbi diuini. qd̃ figuratũ est.j. Reg.xvi. vbi legit ꝙ dauid tollebat cytharã et leui⁹ se habebat saul. q̃ cythara figurã tenet sacre doctrine/ Scd̃o eijcit dyabolus aqua cũ ille in quo erat mergit aqua/ fugit dyabol⁹ nolens submergi/ qd̃ verũ est. et de aquis lacrimaꝝ et de aqua sapie salutarꝫ. ps.37. Cõtribulasti capita draconũ in aq̃s/ In aqua sapie ille se mergit qui totũ se ponit in studio/ et tũc dyabolus solet eũ relinq̃re/ vt accidit scolaribus qui in patria sua male viuunt/ parisi⁹ vero in studio bene se habẽt/ Tercio eijcit dyabolus ꝑ oronẽ. Tob.6 Dixit angelus thobie ꝑticulam cordis si super carbones ponas/ fumus extricat omne gen⁹ demonioꝝ/ fumus ꝑticule cordis sup̃ carbones posite significat deuotionẽ oronis/ particula cordis sup̃ carbones ponit/ cum affectus igne diuine amoris accendit. Quarto eijcitur per ieiuniũ sicut fames facit lupum exire de nemore/ Mar.9. hoc genus demonij nõ eijcitur nisi orone et ieiunio. Mat.xij. Cum ĩmundus sp̃us exierit ab homie ambulat ꝑ loca arida q̃rens requiem ⁊ nõ inueniens/ Quinto eijcitur virga discipline ꝓuer.xxij. Stulticia colligata est in corde pueri/ virga disciplĩe fugabit illam/ Legitur de beato benedicto ꝙ percussione effugauit dyaboluz a quodã monacho/ qui solit⁹ erat exire de monasterio fratrib⁹ ponentib⁹ se in oratõe/ Sexto eijcitur dyabolus. clamorib⁹ ⁊ increpatõib⁹ ad modũ lupi/ Hodie tñ potius acclamatur ꝯtra oues vel agnos/ q̃m ꝯtra lupos. Isa.lviij. Clama ne cesses/ Septimo eijcitur serpens infernalis ab homie velut ꝑ frusta/ velut cauda eius eijcitur. cũ actus pcti exterior deserit/ velut medium ꝟo qñ deseritur voluntas peccãdi vel cogitatio de pctõ/ velut caput eijcit qñ intẽtio mala deseritur Ecc̃i.25. Non est caput neq̃us sup̃ caput colubri. In eodẽ.2j. q̃si a facie colubri fuge peccatum.

De eodem. Sermo quartus

Erat iesus eyciens demo.⁊c. Notandũ ꝙ cum demoniũ dicat esse in hoĩe ꝑ pctm̃. q̃si.vij. demonia hz/ q̃ septem hz capitalia vicia/ ido dz instare erga saluatorẽ vt ea expellat a se/ q̃ a magdalena vij. expulit demonia. Lu.7/ facit aũt scriptura mentõz de septẽ demonijs q̃ ad hec septẽ vicia p̃nt referri/ Primũ demoniũ ẽ beelzebub p̃nceps demonioꝝ. de q̃ tangitur in euãgelio hodierno/ Ad h̃ demoniũ ꝑtinet sup̃bia q̃ est regina pctõꝝ/ cui bñ cõuenit int̃ptatio nomis/ Interp̃tat em̃ beelzebub p̃nceps muscaꝝ/ Sup̃bia ẽ p̃nceps sup̃boꝝ/ dñat em̃ eis q̃ assimilãt muscis in instabilitate murmuratõe ⁊ ĩmũdicia/ Ip̃i sunt instabiles. qꝛ sunt sine põdere timorꝫ q̃ est anchora mẽtis/ vt d̃t Greg. Ido sunt vt puluis quẽ ꝓijcit vent⁹ a facie t̃re/ Job

27. Tollet eos vent⁹ vrēs ⁊ velut turbo capiet de loco suo/ipi sē palee igni ꝺburēde. Hath.iij. paleas ꝺburet igne inextinguibili/Superbi muſce ſunt q̄ntū ad murmurationē/qz inter ſuꝑbos ſemp iurgia ſunt. puer.xiij. Itē q̄ntū ad imundiciā/qz ſicut muſca carnib⁹ q̄bus inſidet corruptionē relinq̄t/ſic ſuꝑbia in carnalib⁹ mētib⁹ vermem relinq̄t inuidie/puer. xiiij. putredo oſſium inuidia. Hcōm eſt demonium qō inuaſit ſaul.q ꝓtinet ad inuidiā.j. Re.j8. poſtq̄ audiuit ſaul choros cantātes pcuſſit ſaul mille.⁊ dauid.x. milia/ait. mihi dederūt mille.⁊ filio Iſai.x. milia/et ſeq̄tur Et ſpūs malus inuaſit ſaul/ꝛp⁹ nō rectis oculis aſpiciebat ſaul dauid. Inuidie eſt nō recte aſpicere cui iuidet/vñ noiaī inuidia eo q nō recte ſinat videre. Terciū eſt demoniū facies mutū de q̄ hr̄ in euāgelio hodierno Mat.xij.hr̄ q hūs demoniū illud erat cecū/ſm Hiero.tria ſunt ibi fctā miracla.cec⁹ videt/mut⁹ loq̄tur/poſſeſſus a demone liberaī/⁊ ꝓtinet hꝫ demoniū ad viciū ire.que hz tres effect⁹ in hoie./Ira em excecat animū ne poſſit cernere verū. Eph.4. Sol nō occidat ſup iracundiam veſtrā./Item ligat linguā/qz ad lr̄am nō ꝓmittit debito mō loq̄ſz ꝓba obiurgatōis ⁊ blaſphemie./Itē hoiem in ptātem ꝺyaboli ponit.qō ptz ꝓ inordinatos mot⁹ ⁊ gest⁹ iracundi/q̄ ad modū furioſi ſe hz/vnde qō ſuggerit ei ꝺyabol⁹. ſtatim cū ipetu vult facere Eph.4. Nolite locū ꝺare ꝺyabolo glo.in ira pſeuerādo./Quartū ē demoniū de q̄ Mat.xv. Filia mea male a demonio vexaī/ꝫ ꝓtinet ad pctm̄ accidie. rō eſt vt mater volūtatⁱ.qz hz eam regere/Voluntas ꝺyo accidioſi in bonis nō inuenit ſaporem vel delectatōz/ cū q̄ſi acetoſa ei facta ſunt. vñ magnā hz afflictōz Seneca. Tractatōe bonaꝝ artiū occupādi ſum⁹ q̄tiens male hz inercia impatiēs ſui/Quintū ē demoniū q̄ vexabaī lunatic⁹ ille/ de quo ꝺr. Mat.j7.⁊ Mar.9.qz frequent̄ miſit eum ꝺyabol⁹ in ignē ⁊ aquā vt eū ꝑderet/hoc ꝓtinet ad auariciā. Auar⁹ ē vt lunatic⁹. ſm curſum lune patiēs/i. ſm mutatiōz tpaliū q̄ per lunā ſignifcanī/q̄ creſcit ⁊ decreſcit. ſic tpalia variabilia ſunt. ⁊ ſm ea auarus mutatur. Eccī. xxvij. Stultus vt luna mutaī.ſ.ꝓſpera ⁊ aduerſa. Q̄nq̄ mittit in ignē.i.ardorē luxurie ſuccedentib⁹ ꝓſperis/qñq̄ in aquā triſticie.accurr̄entib⁹ aduerſis. Hextū eſt illō de q̄ legī Mar.j. Occurrit ieſu hō in ſpū imūdo.q domiciliū hēbat in monumentⁱ rē/Cui nomen erat legio.⁊ porcos in mare ꝑcipitauit. hꝫ demoniū ꝓtinet ad viciū gule qō imundū eſt. Haculat em mēbrū in q̄ magis indecens eſt imūdicia ſcz os. Jude.q. hy ſunt in epl'is ſuis macule rē.maculat etiā qz ad luxuriā trahit.qz ſic ꝺr. Hiero. vēter ⁊ genitalia ſibi ꝓfinia ſunt/⁊ ꝺū vn⁹ edacitate reficī alter ad ꝓtumelias excitaī/Homumenta ſē loca mortuoꝝ fetida/domicilīū g hz hꝫ demoniū in monumētⁱ qz in corꝓrib⁹ guloſoꝝ fetidis/in q̄bus velut in ſepulcris iacent aie eoꝝ pſtrate.a q̄bus virtus gr̄e receſſit. Nūeri.xi. Filij iſrael pſtrati ſūt in ſepulcris ꝓcupie. pſ⁹./Adhuc eſce eoꝝ erāt in ore ipoꝝ rē/hoc demoniū recte vocaī legio.qz pctā multa ꝓcomitanī hꝫ viciū,puer.xz. Cui ve.cui⁹ pr̄i ve/cui rixe. cui fouee.cui ſine cā vulnera.cui ſuffoſſio oculoꝝ.niſi hijs q̄ ſtudēt calicib⁹ epotandis/Vuloſis debeī duplex ve.eternū ⁊ tēporale.de ꝓmo Iſa.v. ve q̄ potentes eſtis ad bibēdū vinū/de ſcō ꝓuer.xx. Oparia⁹ ebrioſus nō locupletabiī/ pr̄i etiā ebrioſi debeī ve.qz tr̄es ad lr̄az ꝺepaupant ꝓntes ſuos. Iſtis etⁱ ſunt rixe ⁊ diſcordie ꝓuer. xx. Luxurioſa res eſt vinū.⁊ tumultuoſa ebrietas/ipſis etiā ſunt fouee. i. ꝑcipitatio de pctō in pctm̄.ꝓuer.xxiij.ꝓfunda fouea eſt meretrix. Iſtis ſūt ſine cauſa vulnera. Amittūt em effectus mēbroꝝ ſine ferro et gladio/hijs accidit ſuffoſſio oculoꝝ nō ſolum exterioꝝ ſz etiā interioꝝ/Subtrahit em ei⁹ lux gr̄e Eaī.v. Lux iuſticie non illuxit nob⁹/hoc demoniū porcos in mare ꝑcipitat.i. hoies in luto voluptatⁱ mortales in amaritudinē eterne dānatōis/Septimū eſt demoniū de q̄ legī Thob.iij.qō ꝺmoniū noie aſmode⁹ occidit ſeptē viros ſare.hꝫ ꝓtinet ad pctm̄ luxurie/ Eiuſdē.6. Oſtendā tibi q̄bus ꝑualere ꝑt demonium. hijs q̄ ꝓiugiū ita ſuſcipiunt/vt deū a ſe ⁊ a ſua mente excludāt rē. pſ⁹./Fiat via illoꝝ tenebre ⁊ lubricū/⁊ au.do.p e. Illos q̄ fugiunt lumē ſapie.⁊ delicate viuunt. pſequitur ſpūs luxurie. et ꝓhendit. (Et illud erat mutū) Notandū q in hac dñica nō le-

gitur euãgeliũ ꝑm matheũ qđ oñdit hũc demoniacũ fuisse mutum et cecum, sz euãgeliũ ꝑm lucã qđ solũ ostendit ipm fuisse mutũ, qz ꝓtra illos q̃ tali tpe muti sunt a ꝓfessione pctõz suoz recitat Et sciẽdũ q̃ lupꝰ non capit agnũ p̃ pedem. sz p̃ collũ ne clamet, sic dyabolꝰ nõ capit pctõrem p̃ pedem. imo ꝑmittit eũ ire ad sanctũ iacobum, nec p̃ manũ. imo ꝑmittit vt faciat elemosinã. sz capit eũ p̃ collũ, ne ꝟbũ ꝓfessiõz pctõz p̃ illud exire possit, vñ multũ conãdum esset tpe ísto ad remouendũ vinculũ colli ab hoibꝰ Isa.lij Solue vincula colli tui ꝛc. Septẽ sunt p̃ que pñt iduci peccatores ad pniam ꝛ ꝓfessionẽ pctõz suoz

¶ Primũ est magnitudo piculi in quo sunt, scõm est facilitas remedij, tercium est tenuitas impedimẽti, q̃rtũ est bonũ qđ ex ꝓfessione seq̃tur in p̃senti, q̃ntuz bonũ qđ ex ea seq̃tur in futuro. sextũ est malũ qđ ex taciturnitate seq̃tur in p̃senti, septimũ est malum qđ ex ea seq̃tur in futuro. / Duo ꝑma ostendenda sunt ꝓiũctim, non pñt tñ ostendi nisi oculis cordis, Spũalia eñ sunt et oculo corꝑis nõ videnť. / Sciendũ ergo q̃ ille qui in pctõ mortali est indubitanter in ore dyaboli est Job.xl. Saluabit te ex ore angusto latissime, os dyaboli angustũ est volẽti exire. sz latissimũ est intrãti, visa magnitudine piculi. attende facilitatẽ remedij, qđ ipsa natura bruta aialia docuit vt scz clament si capiank, te ꝟo non oportet clamare. sz sufficit submisse loquẽdo pctã tua sacerdoti reuelare. ¶ Itẽ qui est in pctõ mortali laborat lepra piculosissima ꝓpter quã sepabitur a ꝓsortio dei. ꝛ angelorꝫ a q̃ facili ablutõe mũdari p̃t. 4. Regũ. v. Vade lauare in iordane septies, ꝛ recipiet sanitatem caro tua, Septies lauari in iordane est septẽ criminalia peccata hũiliter ꝓfiteri, nec multũ ꝓstat ista ablutõ cũ solo ꝟbo fiat. ¶ Si rem grandẽ dixisz tibi ꝓpha dicũt ẽ tui naaman. facere debueras, quãto magis, qz dixit tibi lauare ꝛ mũdaberꝫ ¶ Itẽ magnis debitis obligatꝰ est. q̃ in mortali est pctõ. eterno carceri tradendꝰ, nisi se ꝫ absoluerit. Sola aũt ꝓputatõne p̃t se absoluere, p̃ magna ꝓte. ¶ Merito ergo tradetur carceri si se nõ absoluerit Math.xviij et iratus dñs eius tradidit euz tortorib⁹ quo adusqꝫ redderet vniuersuz debitum.

Circa terciũ notandũ. q̃ pudor mꝫtos impedit a ꝓfessiõe pctõz suoz, qđ impedimentũ valde tenue est, timere eñ verecũdiam de pctis de q̃bus hõ ꝓtritus est, q̃si timere egyptios mortuos vel exercitum pharaonis infernalis iam submersi in mari rubro. i. amaritudie ꝓtritõis, mira timiditas illoz q̃ de mortuis nõ audent loqui Magna etiã fatuitas taliũ q̃ timẽt ne sacerdos pctã eoz abhorreat, nõ attendentes q̃ sacerdos assuetꝰ talibꝰ ea q̃si nõ reputet, ex quo vidit ꝛ ꝓgnoscit bonã volũtatem ꝓfitentis, sic balaam mõstris assuetus ad vocẽ asine nõ expauit, tales timẽt ne sacerdos eos valde malos reputet si horribilia pctã ei cõfiteanť / cũ sacerdos ecõtrario ex hoc eos bonos possit reputare Scit eñ q̃ in ꝟa ꝓfessiõe pctã remittũť, ꝛ p̃sumere p̃t de illo qui pctm̃ horribile cõfitetur, q̃ ꝓfiterek alia si hꝫet, vnde potest credere ꝓfitentẽ bonũ ꝛ q̃si sanctũ esse, a q̃ peccata p̃ ꝓfessionẽ exierũt. Non est credẽdus aliq̃s imũdus q̃ bñ se lauit, nec infirmus cuiꝰ infirmitas bñ purgata est. nec inimicus ꝑncipis. q̃ inimicos magnos ꝑncipis ei tradidit, Preterea qđ damnũ est cõfitentis si sacerdos de eo malã opinionẽ habeat, Nunq̃d ꝓpter ẽ pctõz minꝰ valebit. nunq̃d pctõz se vult vendere sacerdoti, vt tm̃ desideret a sacerdote multũ appciari. Videtur in opinione sacerdotz ẽbitudinẽ suam posuisse. q̃ eũ eterne felicitati p̃poit.

Pudor ꝓfitendi q̃si qđam frenũ est qđ dyabolꝰ pctõri imposuit, vt ad voluntatẽ suã eum ducat Jaco.iij. Eq̃s frena in ora mittim⁹ ꝛc. vñ viriliter esset excutiendũ ẽ frenũ, Erubescẽtia de pctis. est remediũ a deo datum, sz fatuo ꝓuertit dyaboli suggestione in venenũ, dum ꝓpter eã dimittit ꝓfiteri. Circa q̃rtũ notandũ q̃ ex ꝓfessione in p̃senti seq̃tur multiplex bonum, vt pctõris exoneratio. Videť eñ pctõri cũ ꝓfessus est pctm̃ qđ multũ timebat ꝓfiteri, q̃ a magno onere sit exoneratus, Item curie celestis letificatio Luc.xv. Gaudiũ est in celo sup̃ vno pctõre pniam agente. Item demonũ ꝓtristatio ꝛ a morte spũali suscitatio. Non min⁹ est qđ ex ꝓfessione seq̃tur cẽ creare celũ ꝛ terrã sz impij iustificatio. Circa q̃ntũ notandũ q̃ bonũ qđ seq̃tur ex ꝓfessione in futuro, est gl'a etna.

Eccī. 4. Non ꝯfundarꝫ ꝓ anima tua dicere verū. Est em̄ ꝯfusio adducēs gloriam.

Circa sextū notandū ꝙ in p̄senti multiplex malū seq̄tur ex taciturnitate pctōꝝ. vt demonū irrisio. Irridere em̄ demones possunt eum qui nō audet ꝯfiteri peccata sua. dicentes videte de fatuo isto q̄ ꝑmittit se furari ⁊ nescit clamare. qđ brutū aīal sciret facere. Nescit aperire ostium oris sui qđ est sine claue ⁊ sine sera. vt a ꝑiculoso carcere liberetur qđ faceret puer septē ānoꝝ. Sacerdos qui eū liberare debuit nobis eū custodit. Unde habenti oculos cordis apertos maiorē erubescendi materiā habet taciturnitas q̄m ꝯfessio. spectaculū factus est deo ⁊ angelis qui eū mutū admirant̄. Item taciturnitatē istā ꝯcomitatur oneris grauitas. Iniq̄tates em̄ q̄s nō ꝯfitetur. sicut onus graue grauantur sup̄ pctōrē. Item ꝯcomitat̄ eam detentio in carcere dyaboli. Circa septimū notandū ꝙ malū sequens ex hac taciturnitate in futuro ꝯfusio est eterna. Eccī. iiij. Est ꝯfusio adducens ignominiā. Naū. iij Reuelabo pudenda in facie tua. ⁊ ostendā gentib⁹ nuditatē tuā. Hiere. xx. Confundent̄ ꝯfusione vehemēti qꝛ nō intellexer̄t obprobriū qđ nulla obliuione delebitur. (Et illud erat mutū) Notandū ꝙ cum demon sciens interp̄tat̄ demoniū mutuꝫ esse videtur litterat⁹ qui alios edificare negligit. ꝓuerb. xj. Qui abscondit frumenta maledicet̄ in populis Eccī. 30. Bona abscondita in ore clauso q̄si appōnes epl'aꝝ circūposite sepulcro. Item demoniū mutum esse videntur qui sic volunt loqui vt non intelligant̄. j. Coꝝ. xiiij. Si venero ad vos linguis loquēs quid ꝓdest.

De eodem Sermo quintus

Cum īmundus spūs exierit ab hoīe ꝛc̄. Et notandū ꝙ in euangelio hodierno q̄ttuor mala nobis dissuadent̄. Primo negligentia ꝯfessionē pctōꝝ differēs Scđo inuidia bonis alienis detrahens. Tercio imprudētia. nō resistēs hosti. Quarto fastidiū diuini verbi. Primū in hoc ꝙ demoniū mutū đr. In hoc em̄ innuit̄ ꝙ dyaboli machinatōne efficit̄ vt a ꝯfessione pctōꝝ suoꝝ aliq̄s obmutescat Inuidia ꝟo dissuadet̄. vbi ꝯtra blasphemiā phariseoꝝ inuidoꝝ disputat̄. Imprudētia ꝟo nō resistēs hosti dissuadet̄ vbi đ reditu īmđi spūs ad domū a qua exierat agit̄. Fastidium verbi diuini dissuadet̄. vbi audit⁹ verbi diuini ꝯmendat̄. Duo p̄ma ꝑtinēt ad eos qui in peccatꝫ suis remanēt. Duo vltima ad eos qui pnīam inchoant. sꝫ in ea nō ꝑseuerāt. Inter eos ꝟo qui in pctis remanēt q̄sdaꝫ detinet timor mali penalis vt est pudor ꝯfessiōis vel satisfactōis labor. Quosdam ꝟo odium boni vt eos q̄ bonum in ꝓximo impugnāt. Inter illos ꝟo qui nō ꝑseuerāt in pnīa inchoata q̄busdā est occasio recidiuandi ꝙ delicate viuunt. qđ ꝑ oppositū datur intelligi ibi. Ambulat ꝑ loca inaq̄sa q̄rens requiē ⁊ non inueniens ꝛc̄. Alijs ꝟo ꝙ ociosi sunt. vñ Mat. xij. đr. Inuenit eam vacantē. alijs defectus cibi spūalis. ps̄. Esuriētes ⁊ sitientes aīa eoꝝ in ipsis defecit. De illis q̄ ad ꝯfessionem. dyaboli machinatōne sunt muti iam dictū est. De inuidia ꝟo q̄ diuina opa videns cū deberet laudare non timet blasphemare. dicit Chris̄. Inuidia nō q̄rit quid dicat. sꝫ solum vt dicat. Itē Chris̄. Emulatōe non est malicia alia deterior. Adulter em̄ complet in breui pctm̄ suū. Emulatio ꝟo nūq̄ quiescit. Itē Chris̄. sicut porcus gurgite et demones iactura nostra ita hy. ꝓximi malis letant̄. Inuidia aliena bona nō loq̄tur. ibi muta est. circa mala loquax. ꝓpter hanc inuidiā. de q̄ habet̄ in euāgelio hodierno. cantat̄ etiā hodie de ioseph vēdito ex inuidia fratꝝ. Inuidia imitat̄ hō dyabolū. cui⁹ inuidia mors intrauit in orbem terraꝝ Sap̄. ij. Iđo in epl'a legitur. Imitatores mei estote. Eph̄. 5. q. d. Nolite esse imitatores dyaboli inuidi sꝫ mei. (Cum īmūdus spūs ꝛc̄. Notandum ꝙ dyabol⁹ spūs īmund⁹ dici p̄t cū ꝑ pctm̄ est in hoīe. Spūs ꝟo neq̄ cū est in hoīe ꝑ corporalē vexationē j. Reg̃. xvi. Spūs neq̄ exagitabat saul. Itē notandū triplicē spm̄ īmundū esse in hoīe. ꝑ ꝯcupiaꝫ carnis ꝯcupiam oculoꝝ. ⁊ sup̄biā vite. Apoc̄. xvi Vidi de ore bestie ⁊ de ore dracouis ⁊ de ore pseudo ꝓphaꝝ. exire tres īmūdos spc̄ in modū ranaꝝ (Ambulat) diuersis vicijs tentando (ꝑ loca inaquosa) Mat. xij. đr. Per loca arida ip̄e explorat corda fideliū

ab omni humore malo siccata. si quo mō intrare valeat.j. Pet.v. Aduersari⁹ vr̄. rc̄. Querēs requiē et nō inueniēs ōt Reuertar rc̄. dyabol⁹ reḡem in loco arido nō inuenit. vñ significat⁹ est. p piscem illū q̄ voluit deuorare tobiā quē extraxit in siccū r palpitans occisus est. Si dyabol⁹ vult te devorare extrahe illū in siccū carnales deliras subtrahēdo. Item dormit in locis humentib⁹ Job.xl. Ezech.29. Draco magne qui cubas in medio fluminū. Item querit hospitem qui mollem lectū ei faciat r splēdide eum reficiat. talis hospes fuit dives qui induebatur purpura r bisso Lu. xvi. Et cum venerit. inuenit scopis mundatamet ornatā. Math.xij. ponit terciū scz vacantē. Et notandū q⁹ sic fit cum dñs recipitur in domū aliq̄m sicut solet fieri in receptōe magnor. Solet em̄ dom⁹ scopis mūdari p ancillas. De inde ornari Ancille scopantes vel scopentes sunt penitētiarij r p̄dicatores puer.9. Visit ancillas ad arcem Job.xl. Ligabis eum ancillis tuis. Dauid. Exercitabar et scopebam spiritū meū. Et notandū q⁹ īmundicia cū de domo scopēdo ejcitur. nō debet p⁹jci ante ingressum domus. de qua ejecta est. nec ante domū vicini. scz longe. sic peccata p cul relegānda sunt Deñ. xix. Non stes in omni circa regione. hec elongatio multū displicet dyabolo. vñ Dar. v. dicit de legione demonū q⁹ deprecabantur eum multū ne se expelleret de regione Conscientia vero expulsione viciorum data ornanda est decore virtutū quē ornatum sequi debet exercitatio bonor. Vacatio em̄ multis est occasio ruine. Dauid in ocio p̄misit homicidiū et adulteriū .ij. Reḡ.xi. Eccī.33. Multa mala docuit ociositas. Ezech.xvi. Hec fuit iniquitas sodome. superbia. saturitas. et panis abundantia. r ocium. (Et assumit alios septē spiritus nequiores se. quod dicit de hys septem spiritib⁹. referri potest ad septē mala que solent sequi ex frequēti recidiuatōe scz. diffidentia standi. dilatio p̄fessionis. dimissio penitētie assumpte. additio peccati ad peccatū. elongatio a deo. dimittit em̄ talis facere ea q̄ solēt habilitare ad gr̄e susceptionē. vt est audit⁹ verbi diuini bonor familiaritas r similia. vl̄ blasphemia Deo em̄ imputat peccatū suū. talem sequi tur p̄tempt⁹. Impius cū in p̄fundum venerit vicior p̄temnit. Prouer. xviij. (Et ingressi habitant ibi. Isay. xiij. Replebit domus eius draconib⁹ et habitabūt ibi. struciones. Draco volat. vnde significat spiritū superbie. Flatu adurit. vnde significat sp̄m ire. Veneno necat. r p̄m hoc significat sp̄m inuidie. Struthio hñs pennas similes pēnis herodij. pondere tamē carnis volare nō valens. ypocrisim significat. que habet virtutum similitudinē. vñ pennas videt habere sed nō volat. quia ad ima terrenis desideriis inclinatur. (Et fiunt nouissima hominis illius peiora p⁹rioribus) Joh.v. Ecce sanus factus es iam amplī⁹ noli peccare. ne deterius aliquid tibi p⁹tingat Bernñ. Recidere q̄m incidere deterius est.ij. Petri.ij. Melius est viam veritatz ñ agnoscere rc̄. Eccī.v. Depricia tu peccator. Noli esse sine metu. r ne adijcias peccatū sup peccatū. Recidiuans facit sicut ille q̄ postēz omnia bona sua in domo sua p̄gregasz ignē apponeret. vel sil'is est illi qui postquā de naufragio evasisset r in naue secura se posuisset rursum in mare se p̄cipitaret. vel similis illi qui postq̄m pulcrz vestib⁹ se induisset in luto se voluta ret.ij. Pet.ij. Canis reversus ad vomitū et sus lota in volutabro luti. Prouer.26. Quasi canis q̄ reuertit ad vomitū suū. sic imprudens hō qui iterat stulticiam suam Eccs.j. p̄m litterā vnā. puersus nō poterit adornari. Adornat⁹ em̄ se inq̄nat Ecē. r. Quis honorabit exhonorātē aīam suā. Recidiuāti accidit sicut uxori loth. que aspiciens retro versa est in statuā salis. Deñ. xix. Lu.xvi. Memores estote uxorz loth Et p̄ñt octo cause assignari. q̄ faciunt q⁹ nouissima recidiuantis peiora sunt p⁹ribus. Primū est magna debilitas ad resurgendū q̄ in eo est. Sic ad litterā recidiuātes ex aliq̄ infirmitate ōbiliores solēt esse et ideo in maiori piculo. Accidit in eis q̄ frequēter recidiuant. sic in sotularib⁹ q̄ si multotiēs fuerint repati ad vltimū nō tenēt sutura r in lutū p̄jciūt. sic t'es p⁹ multiplicē recidiuationē nō hñt p̄positū cauē di a malo. vnde pnia eor nō est vera. nec veniā impetrāt ruine. licet sit cū lacrimis ad Heb. penultio. ōr de esau. q⁹ nō invenit

locum penitentie. quãq̃ cũ lacrimis inq̃
sisset eam. Scdm est ruptio federis cum
dño initi in sacramẽto penitẽtie. qd̃ qñq3
osculo ꝯfirmatur. vt cum in die ꝑasceues
osculatur quis crucem. qñq3 etiã suscepti
one corꝑis dominici. vnde non parũ pec
catum aggrauatur. Terciũ est ꝙ dñm ini
micis suis reddit inquantũ in se est. qñ in
castrum in quo dñs receptus est. ex alia
ꝑte inimicos dñi intrare ꝑmittit Quartũ
est irrisio vl' subsannatio diuine misericor
die que pctõri pacem fecerat. cum iusticia
dei vellet eũ morte eterna occidere. vnde
quomõ audebit iam ad dei misericordiã
oculos leuare. Quintũ est crudelitas in
animã ꝓpriam cui⁹ non timet vulnera iam
sanata renouare. et quasi vulnere suꝑ vul
nus ꝯcidere. Si q̃s vulnera fratr3 sui iam
renouaret. magna esset crudelitas. maior
vero si vulnera ꝑris. q̃nta ergo est qñ hoc
facit aĩe sue. quã plus q̃ fratrẽ vel patrez
debet diligere. Sextum est ꝯtristatio spi
ritussancti ⁊ curie celest3 quantũ est i ipso
recidiuãte cũ letificatõe demonũ Eph. 4
Nolite ꝯtristare spm̃sanctũ in quo sig̃fica
ti estis. Berñ. Putas placatos habebis
in iudicio quos tanto et tam sꝑato vis ꝑ
uare gaudio. Osee. 7. In malicia sua leti
ficauer̃t regẽ. Si posset domin⁹ dolere.
multũ doleret de recidiuo. qd̃ figuratũ ẽ.
Joh. xix. vbi d̃r de xp̃o ꝙ cum accepit ace
tum dixit. Consummatum est. Acetum
qd̃ qñq3 fuit bonum vinũ significat illos
qui qñq3 fuerunt boni et postea facti sunt
mali. deq̃bus domin⁹ doleret quasi extre
mo dolore si dolere posset. Septimũ est
ingratitudo venie et gr̃e iã date. et gl'e ꝓ
misse. que ingratitudo multum aggrauat
peccatũ. Cum em̃ ꝑ quolibet pctõ morta
li sit debitor homo mortis. ꝑ dimissione
vnius peccati mortalis deberet ipse deo
seruire mille annis si tantũ viueret. quod
manifestum potest fieri ex hoc ꝙ ꝑ dimissi
one mortis temꝑalis que est momẽtanea
seruiret libenter alicui ꝑ totam vitã suam
Attende etiã statum in quo dñs assumit
peccatorẽ. qꝛ non est dignus pane quo ve
scitur. et dñs vngit eũ oleo gr̃e ad regnũ
glorie. Octauũ est ꝙ quãtũ in se est iterat
passionẽ xp̃i. Heb. 6. Rursum crucifigen
tes sibi metipsis filium dei. et ostẽtui ha
bentes (Extollens ꝛc.) Beatus venter q̃
te portauit. Vere beat⁹ venter eius ebur
neus Cañ. 5. vallatus liliis. Eiusdẽ. iij.
Puritate sc3 interiori et exteriori. Vere
beat⁹ vẽter ille sterilitat3 obprobrio carẽs
⁊ sine cruciatu pariẽs. fecũditatẽ hñs pro
lis et integritatẽ hñs virginis. Ipsa em̃
sicut dicit Berñ. Fuit sine corruptõne fe
cunda. sine grauamine grauida. sine dolo
re puerꝑa. Venter ille fuit apoteca spiri
tussancti Math. j. Inuẽta est in vtero ha
bens de spũsancto. Venter ei⁹ fuit dom⁹
aromatũ. habuit venter ei⁹ preciũ redẽp
tionis pignus celestis hereditatis. et tale
pignus ꝑ qd̃ humana hesitatio posset cer
tificari. Non em̃ minoris valoris erat q̃
celestis hereditas. Vẽter iste habuit fon
tem diuine misericordie cui⁹ fontis signum
fuit fons olei. qui in natiuitate xp̃i erupit
et in tyberim fluxit. Venter ille fuit taber
naculũ in quo requieuit quẽ nec celũ nec
terra capit Ecc̃i. 24. Qui creauit me req̃
euit in tabernaculo meo. Habuit venter
ille thesaur̃ celestis regis. sed absconditũ
in agro Math. xiij. Thesaur⁹ iste est fili⁹
dei in carne assumpta abscondit⁹ Isa. xlv
vere tu es de⁹ abscõdit⁹. Thesaur̃ celestẽ
posuit de⁹ in terra. vt haberẽt homies ac
cessum ad deũ. Impleuit illd̃ dñs Deut.
28. Aperiet tibi dñs thesaur̃ suũ celum.
Nũeri. xx. Aperi eis thesaurũ tuum. Im
pletũ fuit illud ꝓuer. xxj. Thesaur⁹ deside
rabilis ⁊ oleũ in habitaculo iusti. Justus
anthonomatice d̃r xp̃s Isay. xlv. Nubes
pluant iustũ. Habitaculũ eius fuit beata
virgo in qua fuit celestis thesaur⁹. ⁊ oleũ
pietatis. dulcissima associatio est ista pau
peribus cum inueniunt̃ simul ab eis mise
rendi facultas ⁊ volũtas. habenti thesau
rum nõ deest facultas. habenti oleũ pie
tatis nõ deest voluntas. Maria est facta
dei thesauraria et elemosinaria. ꝯmissus ẽ
ei thesaurus nõ vt auare abscondat. s3 vt
in pauꝑes expendat. Reuera beata terra
illa ex cui⁹ vno g̃no humani gener3 debitũ
soluit̃ celestia horrea implent̃. ⁊ cet⁹ electo
rum in et̃nũ pascit̃. de h̃ grano d̃r Joh. xij
Nisi granũ frumẽti ꝛc.. Dd̃. Benedixisti
dñe ter. tu. auer. Vere benedicta t̃ra que
sola benedictõe absq3 alia excolitione hoc
granũ ꝓtulit. hoc est frumentũ electorum

Zach.ix. Quid est bonũ eius et q̃d pulcrũ nisi frumẽtũ electoꝝ. Venter ei⁹ fuit ager plenus a deo benedictus Geñ. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dñs (Et vbera que suxisti) Ex toto regem celorum beata virgo in expẽsis suis habuit. quia ⁊ vestem ei q̃si de panno ꝓprie carnis ꝓuidit. ⁊ victũ ei de lacte suo ministrauit (Quinimo beati q̃ audiũt ⁊c. q̃si diceret. Non solũ beata que verbũ dei habuit in ventre. sed etiã beat⁹ est qui ꝟbũ dei habet in mente. et si em̃ ꝯmuni⁹ sit in mente habere q̃m in vẽtre. tamẽ hr̃e in ventre ⁊ in mente fini beatoꝝ scz gl'ie dei est ꝓpinqui⁹. glo. Non solũ laudanda est maria qꝛ verbũ dei portauit in vtero. sz maxime beata est qꝛ p̃cepta dei ꝟuauit in ope. Ipsa habebat dei p̃cepta in corde et ope. Luc.ij. Maria ꝯꝟuabat oĩa verba hec ⁊c. Aug⁹ in libro de ꝟginitate. Beatior fuit maria ꝯcipiẽdo fidem xp̃i. q̃m suscipiẽdo carnem xp̃i. Materna ꝓpinq̃tas nihil marie ꝓfuisset nisi felicius xp̃m corde q̃ꝫ carne gestasset. Multi sancti sunt in celo q̃ꝫ matres sunt in inferno. Q̃ btã virgo ꝟbũ dei audiuit ⁊ custodiuit. prepauit eam vt dei mater fieret ⁊ nõ ecõtrario ꝓpterea d̃t dñs Mat. xij. Quicũq3 fecerit voluntatem p̃ris mei q̃ in celis est. ipse me⁹ frater soror et mater est. simile hr̃ Math. xiij. ⁊ Luc.8. d̃r. Mater mea et frẽs mei sunt q̃ verbũ dei audiũt ⁊ faciũt. plus aũt est esse fratrẽ ⁊ matrẽ ⁊ sororẽ. q̃m esse matrẽ tm̃. Beati g̃ qui verbũ dei audiunt ⁊ faciunt. Prouer.8. Beatus hõ qui audit me. sz qꝛ nõ auditores legis iusti sunt apud deũ. sz factores legis iustificabunt̃. Ro. ij. Ideo bene h̃ d̃r. Et custodiũt illud Jac.j. Esto te factores ꝟbi ⁊ non auditores tm̃. Joh. xvi. Qui audit mandata mea ⁊ seruat ea ille est qui diligit me. Apoc.j. beat⁹ qui audit et legit ꝟba ꝓphecie hui⁹. ⁊ seruat ea q̃ in ea scripta sunt. glo. Illi soli beati q̃ audiunt vt mente recondãt. ⁊ mente recondunt vt ope impleãt. ⁊ ope implent vt vitam eternã possideãt. Et nota ꝙ illud Et custodiũt illud. Rñdet ei qd̃ dictũ est Et vbera q̃ suxisti. sicut illud. Bti q̃ audiunt. Rñdet illi. Beatus venter q̃ te portauit. Sicut beata ꝟgo ad verbum angeli xp̃m ꝟm carnẽ ꝯcepit. ita aĩa ad verbũ predicationis xp̃m spũaliter ꝯcipit. ⁊ sic beata virgo quẽ ꝯcepat et peperat lacte suo nutriuit. ita aĩa que spũaliter ꝯcepit et peperit spũali lacte debet nutrire. Parũ em̃ prodest ꝯcipere et parere si defectu nutrimenti proles pereat.

Dominica. IIII in Quadragesima Sermo I

Abyt iesus trãs mare galylee Joh.6. In euangelio hodierno. Primo quedam ponuntur antecedentia miraculum/ Secundo ipsum miraculum/ Tercio vero quod ꝯsecutum est miraculum. In p̃ma parte p̃mo ostenditur locus vbi factum est miraculum. Secundo tempus. Tercio quod dedit occasionem miraculo. Quarto numerus personarum coram quibus factum est miraculũ. Abijt iesus trãs mare. i. vltra mare galilee qd̃ est tyberiadis. stagnũ qd̃dam ẽnã q̃libet collectio aquaꝝ stagnũ vocat̃ a iudeis/ qꝛ dictũ est Geñ.j. Cõgregatiões aquaꝝ appellauit maria/ et erat quedam magna et lata iordanis refluxio. que dicebat̃ mare galylee. a regione adiacente Tyberiadis ꝟo a ciuitate q̃ tyberias d̃r. sita iuxta illd̃ mare. Alibi etiã d̃r genezareth a natura lac⁹. qꝛ ex se crispãtib⁹ vndis generat auras. Et sequebat̃ multitudo ⁊c. Abijt g̃ vt scz separet se a multitudine. In montẽ q̃ erat in littore opposito tyberiadi Mat.j4. d̃r ꝙ dimissa turba p⁹ miraculũ ascendit in montẽ. Johes ꝟo h̃ d̃t. ꝙ añ miraculũ/ sz nõ est ꝯrietas. qꝛ ⁊ ante ⁊ post ascendit. Chris. montẽ ascendit vt erudiat nos a tumultib⁹ ⁊ turbatõe quiescere. apta est em̃ ad ꝓphetiã solitudo. et eũ q̃ ad deũ vadit erui oportet ab omni turbatõe Cum subleuasset ergo.) Beda. ꝙ subleuasse oculos. et vidisse perhibet̃ ad se venientem turbam. diuine pietatis indiciũ est/ quia cunctis ad se venire querentib⁹ gr̃a misericordie celestis occurrere cõsueuit. (Dixit ad philippũ Vñ emem⁹ panes ⁊c. d̃r Mat. xiiij. ꝙ dixerũt dño. deꝟtus est locus ⁊ hora iam p̃terijt. Dimitte turbas vt euntes in castella emant sibi escas ad hoc respõdet Aug⁹ in libro de ꝯcord̃. euãgelistaꝝ. Intelligit̃ inq̃t p⁹ hec ꝟba q̃

dixerũt discipuli dñm inspexisse multitudinẽ. ⁊ tunc dixisse philippo qđ iohannes ꝓmemorat. alĳ ãt ꝓtermiserũt. Tentãs eũ .i. ꝓbans an verã fidem hr̃et. ⁊ ne ꝓpter infirmitatem dubitatõis aliquod inconueniens suspiceris. subdit. Ipse em̃ sciebat qđ esset factur⁹. sic ꝓtinuat Chriſ. Rñdit philipp⁹. ducentor denarior⁹ ⁊c̃. Mar. 6. sic ór. Dicunt discipuli. Euntes emam⁹ ducentis denarĳs panes/ rñdit Aug⁹ in libro de ꝓcor̃. euangelista⁊. qđ marc⁹ ór volẽs intelligi hoc ex ore ceteror⁹ philippũ dixisse/ vel pluralẽ numer⁹ posuit ꝓ singulari. qđ vsitatissime fit in scriptura. Victor ꝓ qui iohannẽ exposuit ór. q⁹ philippus ꝓ omibus rñdit. et ꝑmo locut⁹ est physicus. sic iohãnes ór. et alĳ post vt marc⁹ narrat (Ducentor denarior⁹ ⁊c̃.) tot denarios habebant/ vt ór Victor. qđ ꝓbat ꝙ ꝟ qđ dicit Marc⁹. 6. Euntes emam⁹ ducẽtis denarĳs panes. vult philipp⁹ ostendere denarios q̃s habebãt non sufficere ad necessaria turbe. (Erat aũt fenũ ⁊c̃. Ostẽdit q⁹ locus erat aptus refectõi. Colligite ⁊c̃. Chriſ. Non ostentatio fuit superflua. ſꝫ ne fantasiã estimarẽt condi q̃dam faciebant fragmẽta. qđ factum est. Cophinos framentor⁊. ſm Victor̃. cophini sunt vasa in q̃bus portar̃ fim⁹. vel similia/ Hic est vere ꝓpha q̃ ventur⁹ est in mundũ. i. qui ꝑ dictus est ventur⁹ Deut. xviij. ꝓpheta suscitabit ⁊c̃. Chriſ. O de castrimargie sup abundantia. infinita opatus est mirabilior̃a ⁊ nunq̃s hoc ꝓfessi sunt. nisi qñ impleti sunt. Sed videt̃ q⁹ nõ fuit ꝓpheta. cũ ꝓphe viderent ꝓ rerũ similitudines ⁊ figuras/ Ipe ꝓ ab instanti ꝓceptõis sue in plena visione fuit. q̃ est ꝓ speciẽ ꝓphiã/ Rñsio q̃ntũ ad modũ videndi. ꝓpha nõ fuit. ſꝫ q̃ntũ ad certam enunciationẽ futuror⁊ ꝓpheta dict⁹ ẽ. Aug⁹. xviij. ome⁹/ Hic dñs iesus. dñs ꝓ pheta⁊. ꝓpheta dict⁹ est. sic̃ angel⁹ dict⁹ est .i. dñs angelor⁊ Isa. ix. vocabit̃ nomen ei⁹ magni consilĳ angel⁹/ etem̃ angeli latine nũcĳ sunt. aliquid xp̃s p̃sens annũciauit. ⁊ ex hoc angel⁹ erat/ aliquid futur⁊ p̃dixit et ex hoc ꝓpheta erat. (Abĳt iesus trans mare galylee. Miraculũ de refectõne turbe ex q̃nq̃ panib⁹ ⁊ duob⁹ piscib⁹ bis legit in anno/ſcz vltima dñica ante aduentũ/ ⁊ in media. xl. Ia dñica añ aduentũ incho-

atur ibi. Cum sublevasset oculos iesus ⁊ In dñica in. xl. inchoat altius ibi. Abĳt iesus trans ma. gal. cui⁹ rõ est qr rõne illi⁹ verbi. Erat aũt ꝓximũ pascha. tunc legit vt miracl'm qđ tpe ꝓxio paschę factũ est simili tpe reciretur/ In alia dñica videt̃ legi occasiõe illi⁹ verbi. Dicebant q⁹ hic ẽ vere ꝓpheta q̃ ventur⁹ est in mundũ. Tunc em̃ ecclesia incipit cantare de eo qui ventur⁹ erat/ vnđ tunc legit Hiere. xxj. Ecce dies veniũt ⁊c̃. dicit dñs. Quantũ ꝓ ad morale instructionẽ euãgeliũ de refectõe. legitur. ⁊ in vltima dñica ſ in media q̃dragesi ma. qr necessaria est refectio. ⁊ in medio o perꝫ ⁊ in fine Mar. 7. Et si dimisero eos ieiunos defi. in vi. Et notandum q⁹ cõ uiuium istud domini q̃nq̃ milia hominũ exceptꝫ mulierib⁹ ⁊ puulis refecit/ sed ei⁹ recordatio m'to plures reficit/ Cõuiuiũ refecit corpora. recordatio reficit animas Aug⁹. Non est magnum pascere ventres morientes. sed magnũ est pascere animas in eternũ victuras. Item recordatio ei⁹ facit vt in ꝓximis nostris etiam corpalibus animas pascam⁹. Prouer. xiij. Just⁹ comedit ⁊ replet animã suam/ venter aũt impior⁊ insatiabilis est ⁊/ Iniustus replendo corpus animã suam euacuat. Justus vero replet eam. Venter interior anim⁹ scz impĳ insatiabilis est. licet exterior possit repleri. Recordatio hui⁹ cõuiuĳ facit vt deus in cõuiuĳs nostris pascatur. tripliciter autẽ ibi pascitur. scilicz puritate. Cant. ij. Qui pascitur inter lilia. Item gratia⁊actõe que est velut adeps. Leui. iij. Omnis adeps domini erit iure perpetuo. Item pietate Math. xv. Esuriui et dedistis mihi manducare. ⁊/ Recordatio huius ꝓximi cõuiuia nostra ordinat. et respectu dei. et respectu nostri/ et respectu ꝓximi. Ad ordinatõz que est respectu dei q̃tuor ptinẽt. scz q⁹ dñs ad celũ respexit. Mat. xiiij/ q⁹ bñdixit vt ibidẽ legit/ q⁹ gr̃as egit Joh. 6. Accepit iesus panes ⁊ cũ gratias egisset distribuit discũbentib⁹/ q⁹ turba pascentem laudauit. ibidem. Illi homines cũ vidissent q⁹ fecerat signũ dicebãt. qr hic est ꝙ ꝓpheta/ Exẽplo g̃ dñi qui refi ciunt. oculos cordis debẽt leuare ad deũ cui⁹ bona st̃ q̃ comedũt/ q̃ apponẽtẽ nob si ꝺbito mõ ꝟ faciat remũerabit. q̃ miro mõ

puidet illud vñ sustentamur/qui etiã pui det alijs pitur. Jac.j. Omne dat.op.t o. do.p.de.est. Sunt q̃ ad modũ pozci tãtũ ad id qõ comedũt intendũt/Sũt aliq̃ qui vltr̃ ad apponentẽ attendũt.sz hoc non sufficit. Canis eñ ꝟ videt facere q̃ pascẽ tem se diligit. Seneca. Bñficia etiã fere sentiũt. Just⁹ ad deũ a quo oĩa bona oc'o fidei respicit Abacuc.ij. Just⁹ ex fide viuit .i. vitam suã regit. Benedictõ etiã in pui uijs nr̃is nõ est negligenda q̃ ozatur q̃ cre auit cibũ vt det salubrẽ ei⁹ vsum Seneca Stulto nulla re opus est.nulla re scit vti Item docet nõ esse positum bonũ vite in spacio ei⁹. sz in vsu.j. Thy. iiij. 0z de cibo q̃ sanctificat̃ p verbũ dei t ozonẽ / ne scz sit noxi⁹ corpi. vel aie/Intrauit dyabol⁹ i sanctimonialẽ q̃ lactucã sine bñdictõe co medit. vt legit̃ in dyalogo Greg. Bñas de bem⁹ agere etiã deo in puiuijs nr̃is.cum gr̃as agam⁹ boi t p modicis bñfitijs. pma Ty.iiij. Nihil est reticiendũ qõ cum gr̃a actione pcipit̃. Itẽ post refectõnẽ laudan dus est q̃ cibũ creauit. t diuidit potius q̃z ipse cibet. Ad ordinatõz respectu primi gttuoz siñ ptinent.scz q̃ illis refectõz de dit q̃ aliter eã hr̃e nõ poterãt. Hath.xiij. Desertus est locus/vñ etiã si pecuniã ha buissent nõ inuenissent cibũ venalẽ/Itẽ re ficit famelicos. vñ ibidẽ 0z. hoza iã pterijt Item mlte fuerũt reliquie. eõ 0z Job.xx. de impio/Nõ remansit de cibo ei⁹. t pte rea nihil remanebit de bonis ei⁹/Itẽ dili gẽter fuerũt pseruate reliq̃e. vñ h' 0z. Col ligite q̃ superauerũt fragmẽta zc. Quidã re liq̃as imũde tractãt./Itẽ que danda erãt paupib⁹. psonis inhonestis dant/Exo. 8. Ascendent in reliquias ciboz tuoz rane. Ad ordinationẽ ꝟo respectu nr̃i q̃ttuoz si militer ptinẽt. s. honestas in comedendo./ Vñ dixit dñs facite homies discumbere .Bern. grata res est deo honestas t amica angelo⁹/Ferculoz paucitas. solus eñ pa nis ordeace⁹ legit̃ ibi fuisse cũ vno pulmẽ to. cũ eñ legat̃ Mat. xiij. vñ nob panes in deserto tanti vt saturem⁹ turbã istam. verisile est nõ fuisse vinũ i deserto qõ turbe tante sufficeret Ecci.37. In multz escerit infirmitas/Itẽ fuit ibi vasoz bũilitas scz cophinoz. nõ splendoz vasoz aureoz. vel argenteoz sic̃ in puiuijs aliq̃z q̃ inde pa scũt oculos diuitũ vñ paupes pascere de buerũt/Bern. loquens diuitib⁹ in psona paupez/videte inq̃t q̃le sit de fratna poz tõne. pascere oculos vr̃os/vita vr̃a cedit vobis insupfluas copias. nr̃is necessitati bus detrahit̃/quidq̃d accedit vanitatib⁹ vr̃is. Idem loq̃ns de eccl'ia. de sumptib⁹ egenoz seruit̃ ocul' diuitũ/Inueniũt curi osi quo delectent̃. et nõ inueniũt miseri q̃ sustẽtent̃/Itẽ satietas 0z ibi esse. vt satis reputet̃ qõ apponit̃ Mat. xiiij. Hãduca uerũt oẽs t saturati sunt./hanc saturitatẽ poti⁹ facit gr̃a q̃s cibo⁹ multitudo Heb. vlt̃. Optimũ est gr̃a stabilire coz. nõ escis q̃ nõ pfuerũt ambulãtib⁹ in eis (Cũ sublevasset zc. In multz locis loq̃t euãgeliũ de sublevatõe oculoz saluatoris.in q̃ mone mur vt oc'os nr̃os freq̃nter subleuemus. Frequenter nobis respiciendũ est celũ.pa tria eñ nr̃a est ad quã tendim⁹. Heb. vlt̃. Non habem⁹ hic manentẽ ciuitatem.sed futuram inquirimus/Item locus est vbi patrem carissimum habem⁹/quod domi nus voluit ponere in ozatione dominica. Dauid. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte dum 0z mi. quot/vbi ẽ de.t. ibi est thesau⁹ noster Mat.6. vbi est the saurus tu⁹ ibi est t coz tuũ./Ibi est t mer ces opez nr̃oz. Aug⁹. Labor te terzet vi de mercedẽ. Ibi etiã est dñs cui⁹ defensio ne ptinue egem⁹. Dauid. Oculi mei semp ad dominũ. qui oculos cordis habet ad deũ.oculi diuine misericordie sunt sup eũ ps. Firmabo sup te oc'os meos.glo./Nõ auferam oculos meos a te. q̃ tu semp leuas oculos tuos ad me/Subleuat ocu los iesus turbam refecturus. Exemplo g eius et tu leua oculos cordis.beneficium paupi datur⁹/attende imaginẽ dei in pau pere.cogita eũ esse filiũ dei t frẽm xpi/Itẽ mẽbrũ xpi.t q̃ sibi xps reputat fieri quod paupi fit Hath.25. Qõ vni ex minimis meis feciste mi.fe Hiero. Quoties manũ paupi porrexerz xpm cogita./Itẽ eleuat ie sus oculos patrẽ rogatur⁹ Joh.j7. Sub leuatz ocul' in celũ dixit. pr̃ clarifica filiũ tuũ. Exẽplo g eius eleua oc'os cordis in oroe ad dei potentiã/sapiam t bonitatẽ. vt de eo ꝟfidas t id q̃ indiges facili⁹ impe tres. Attẽde potẽtie 0z nihil esse difficile et eius saple miseriam tuam notam esse.

Bonitati vero ei⁹ ꝓprium esse miserereri sp̄ ꝛ pcere. Item eleuat oculos ihesus pito in lege. rñsum datur⁹ Luc. x. Suspiciēs ie/ sus dixit. Hō q̄dam descendebat ꝛc̄/ discipulos doctur⁹ Luc. 6. Eleuatꝫ oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes ꝛc̄/ Ex emplo ḡeius tu pp̄lm doctur⁹ oculos cor dis eleua ad deū. agnoscēs q̄ omis sapia a dño deo est. Ecc̄i. j/ et ab ipso est peteda Jaco. j. Si quis indiget sapia. postulet a deo ꝛc̄. De ipla est deo gl̄ia danda. Ecc̄i. vlt̄. Danti mihi sapientiā dabo gloriam.

¶ Item eleuat oc̄los dñs sanatur⁹ surdum et mutū. Suspitiēs em̄ in celū ingemuit. vt hr̄ Mar. 7/ Insinuās difficultatē q̄ est in ꝙuersione eius q̄ surdus est ad auditū verbi diuini. ꝛ mut⁹ ad ꝓfessionē ꝛ ozonē.

¶ Itē eleuat oculos in suscitatōe lazari. insi nuans difficultatē q̄ est in ꝙuersione ei⁹ q̄ est in pctō ꝙsuetudis/ hūs supza se lapidē obstinatōis/ Exemplo ḡ ipsi⁹ cū aliq̄d fac turus es qō multū hz difficultatꝫ vt ē cor rectio pctōris. eleua oculos cordis. ij. Pa rali. xx/ Cū ignoram⁹ q̄d facere debeam⁹ hoc solū habem⁹ resídui vt oculos diriga mus ad te. correctio pctōris est vnū de o perib⁹ ad que hō ex se nō p̄t Ecc̄s. 7. ꝙside ra opa dei ꝙ nemo possit corrigere quem ille despexit: (Est puer vnus hā hz q̄nq̄ panes ordeaceos) ¶ Notandū ꝙ bis sal uator refecit turbā. Primo ex q̄nq̄ pani/ bus ordeaceis ꝛ duob⁹ piscib⁹/ Scō ex septē panib⁹ ꝛ paucꝫ pisciculis/ Prima re fectio designat doctrinā veterꝫ testamēti. habentē q̄nq̄ libros moysi. velut q̄nq̄ pa nes ordeaceos/ ordeū cibus est iumētoꝝ exterius hūs aspiratē. interi⁹ ꝙo medullā suauē. sic doctrina illa fuit cib⁹ pp̄li rudis. ꝛ q̄si aialis intus hūs suauē medullā spūa lis sensus. j. Cor. ij/ Aialis hō non pcipit ea. q̄ sunt spūs dei/ Habuit etiā doctrina illa. velut duos pisces. pphetiā ꝛ psalmos/ Aug⁹. in duob⁹ piscib⁹ intelligunt psalmi et pphete tpantes austerū saporē legis. de hūs trib⁹ hēt. Luc. vlt̄. Que scripta sūt in lege ꝛ pphetis ꝛ psalmis de me. ¶ Scōa refectio. significat doctrinā noui testamē ti que hz septē panes. qz in ea septiformis gr̄a spūssancti reuelat ꝛ datur/ et hz pisci/ culos scz sanctos quoꝝ exemplo fideles reficiunt/ ꝛm. Berñ. q̄nq̄ panes sunt. ꝓtri tio cordis. ꝓfessio oris. ieiuniū. elemosina oratio. et qz duricies est in hūs. ido dicūt

¶ ordeacei. Et notandū panes saluatorꝭ et panes dyaboli dissimiles esse. Panes saluatoris exteri⁹ hūt aspiratē interi⁹ sua/ uitatē ad modū ordei. ij. Cor. j/ Sic ab/ undant passiones xp̄i in nob. sic ꝛ p ieſum xp̄m abundat ꝓsolatio nostra. ps̄. Scōm multitudinē doloꝝ meoꝝ in cor. m. ꝓso. t. le. a. m. Panis dyaboli exteri⁹ hz suauita/ tem interi⁹ aspiratem/ puer. xx. Suauis est hoi panis mēdacij. ꝛ postea os eius im

¶ plebitur calculo. Duo pisces sunt exēpla sanctoꝝ/ exempla confessoꝝ sunt vt piscis elixus/ Exēpla mr̄m vt piscis assus. Hy pisces dant saporē panibus. qz ꝛm Greg. Si exempla antiquoꝝ patrū recolim⁹ ni

¶ hil gue ē qō sustinē⁹/ vlt̄. v. panes ꝓgnitō sui pudor ꝓmissi: dolor admissi. tior iudicij. horror inferni/ Duo pisces sunt spes et fi/ des. que ꝓdictos panes ꝓmestibiles faci/ unt ꝙ saporē quē apponūt/ Quis em̄ illos panes comederet nisi de venia ꝛ gl̄ia spe raret. et qō sparet nisi dñm benignū cre/

EGo sum pastor bonus. pastor bonus ꝛc. Hys verbis duo nobis ostendũtur/ scilicet honor pastoralis officij/ et onus. honor ibi. Ego sum pastor bonus/ onus ibi. Bonus pastor ꝛc/ In hoc apparet honor pastoralis officij/ ꝙ altissimus hoc officium voluit habere in mundo isto/ sicut ꝓdictum erat ꝑ Jsa. xl. Sicut pastor gregem suum pascit. et in brachio suo cõgregabit agnos/ in sinu suo leuabit. fetas ipe portabit/ Loquitur de ipso ad modum pij pastoris/ ipse pauit nos doctrina ꝛ exemplo/ et altaris sacramento/ ipse in brachio cruce extento congregauit agnos/ qui sunt sine lana et lacte/ specialiter pauperes qui in hys intelliguntur. Joh. xi. Jesus erat moriturus ꝑ gente/ ꝛ non tantum ꝑ gente. sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum/ ipse ostensio ne misericordie sue. in altitudinẽ spei eos leuauit/ ipse animas grauidas ꝛceptione boni ꝓpositi cõfortando. passionis sue memoria portauit. Osee. xi. Ego quasi nutritiꝰ effraym/ portabam eos in brachijs meis. Detestantur egiptij omẽs pastores ouium/ Gen. xlvi/ Sic seculares. officium pastorale despiciunt/ dedignantes pascere gregẽ dñi./ vel ꝓpter suã nobilitatẽ. vel ꝓpter secularem potestatem/ Non attendentes ꝙ dauid dicit. loquens in persona christi/ Ego constitutus sum rex ab eo. tamẽ predicans preceptum eius/ Ad hoc venit ipse altissimus in mundum. Marc. j. Eamus in ciuitates et vicos primos vt ibi predicem. Ad hoc eñ veni Magnum reputant pascere ventres/ et dedignãtur pascere mentes. Cum tamen dicat Augꝰ/ Non est magnũ pascere ventres morientes/ sed magnum est pascere animas in eternum victuras/ Gloriãtur pascere porcos. ꝛ dedecus sibi putant pascere dei filios. Math. 8. Si eijcis nos hinc/ mitte nos in gregem porcoꝝ. Seneca. Quosdam ventri obedientes/ loco animalium numeremus. non hominum.

¶ Onus pastoralis officij ostenditur/ cũ dicitur. Bonus pastor ꝛc. si honor te delectat. onus terreat/ si pastor non est bonus in magno periculo est/ Ad hoc vero ꝙ sit bonus multum requiritur. vt scilicet sit opus fuerit ꝑ grege se exponat morti/ Periculum magnum in quo est pastor malus patet ex diuersis cõminationibꝰ. quas ei facit scriptura sacra/ et de multis pauca ponere sufficiat Hieremie. xxiij. Ve pastoribus qui dispgunt et dilacerant oues

pascue mee. Eiusdem. xxvi. Ululate pastores et clamate aspergite vos cinere optimates gregis/ quia completi sunt dies vestri vt interficiami. Ezech. xxxiij. Ue pastoribus israel qui pascebant semetipsos/ A pascendo se ipsos non phibentur pastores/ nec negotijs nec aliquib⁹ debitis/ a grege vero pascendo de facili phibentur. Zach. x. Super pastores irat⁹ est furor meus/ Cū omne aial diligit simile sibi. Eccl. xiij. bene apparebit furor cum sumn⁹ pastor ita deseuiet in pastores/ sz lupi fuerunt. ideo merito dentes bestiaꝝ mittet in eos. Greg. Cōsiderate quid de grege agatur. quando lupi pastores fiūt.

¶ Circa scōm notandū q recipiens officium pastorale animā suam in pignore p ouibus ponit. Si bonus est animā suam id est aialitatem p ouibus deponit solicitudinē et amorem quē habitur⁹ erat circa se ⁊ suos et sua. in gregis solicitudinē et amorem ꝓmutando. ¶ Item animā suā id est vitam suam disponit honeste ꝙuersando/ vt pabulo boni exempli gregē pascat. ¶ Item si opus fuerit animā suam. id est vitam suam corporalē pro grege morti exponit. ¶ Propter ꝑmum multum debet esse solicitus ⁊ strennu⁹ circa ea que pertinent ad salutem gregis. ¶ Prouerb. vi. Fili mi si spoponderis pro amico tuo. defixisti apud extraneum manum tuā ideo discurre festina. rē. Ezech. xxxiij. Sanguinem eius de manu speculatoris requram. ¶ Propter scōm. domin⁹ dicturus petro pasce. ter inquisiuit eum de amore suo/ innuens q pastor debet amare gregem plus q̄s sua/ plus q̄s suos amicos carnales/ plus q̄s suam vitam corpalem. ¶ Propter terciū dicitur in euāgelio hodierno. scōo. Ego sum pastor bonus nō solum pascens verbo/ sz etiam exemplo. ¶ Sed sunt qui interficiūt quos reficere debuerūt/ Zach. xi. Pasce pecora occisionis/ que qui pascebant occidebant. ¶ Tripliciter occidit pastor gregē ¶ Primo sustentatiōnē corpalem ei auferēdo. Eccl. xxxiij. Panis egentium vita pauperum. qui defraudat eum homo sanguinis est. Ibidem. Qui aufert in sudore panem. quasi q occidit primum suū. iij. Reg xxi. dictum est regi achab/ occidisti insup et possedisti. ¶ Scōo. negligendo q̄ ptinēt ad officium pastorale. Ezech. xxxiij. Si dicente me ad impium rē. Sanguinē ei⁹ de manu tua requiram. Greg. Tot occidimus quot ad mortem quottidie tepidi et tacentes ire videm⁹. Tunc subiect⁹ moritur sine te. quādo in causa mortis ꝓtra dictorem ptulerit te. Tercio pabulum venenati exempli gregi ministrādo. j. Cor. .4. Noli cibo tuo illū pdere/ p quo xps mortuus est. Osee. vi. Sacerdotū in via interficientiū. ¶ Circa quartū notandū q pastor pro grege liberando morti se exposuit/ sic ceteri pastores pro grege conseruando morti se debent exponere cum opus fuerit. Greg. in omel. ¶ Primū nobis est necessariū exteriora nostra misericorditer ouibus christi impendere. ¶ Postremū vero si necesse sit. etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. Sed cū incompabiliter longe sit melior aia qua viuimus a terrena substantia quam exterius possidemus/ qui non dat pro ouibus suis substantiā suam. quando p hys daturus est animam suam.

¶ De eodem Sermo. IIII.
In ordine. 82.

Ego sum pastor bo. ¶ Notandū q̄ sex ptinēt ad bonitatem pastoris. ¶ Primū est vt debito modo intret per hostium/ et in hoc distinguitur a fure qui ascendit aliunde. Secundū est vt oues cognoscat. Joh. x. Cognosco oues meas. ¶ Terciū est vt amet dominū ouium et gratia illi⁹ oues in tantum/ vt pro eis si opus fuerit morti se exponat Joh. vltio. Petre amas me. Eiusdem. x. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis/ in q̄ distinguitur. a mercenario qui fugit lupo veniente ¶ Quartum est vt antecedendo oues viam eis demonstret. Johā. x. Cum ꝓrias oues emiserit ante oues vadit/ et oues eū sequuntur. ¶ Quintum est vt eas pascat. Joh. vltio. pasce oues meas. ¶ Sextum est vt earum conseruationi et multiplicatōi intendat. Unde hic dicitur. Alias oues habeo que non sunt de hoc ouili/ et illas oportet adducere/ et fiet vnū ouile ⁊ vn⁹ pastor/ et congregatio ad confuationem facit. ¶ Circa primū notādum q hostiū

christus est/ per hostium intrat qui intrat
ꝓpter christum et per xp̄m/ non intrant ꝓ
pter christum qui nō querunt christi glo-
riam et ouium vtilitatem/ Phyl. ij. Om
nes que sua sunt querunt/ isti non sunt pa
stores sed potius ouium tonsores/ Jacob
pastor erat/ Laban vero tonsor erat/ fu-
git iacob cum laban iuisset ad tondēdas
oues. Gen. xxxj. Sic christus fugit eos
qui non curant pascere/ sed solum tonde-
re/ Ter dictum est petro pasce/ sed nec se-
mel dictū ē tonde. vel mulge. vt dt̄ Bern.
¶ Et notandum ꝙ non intrat ꝑ christū/
qui intrat ꝑ donum. vel ꝑ carnē et sangui
nem/ vel per terrenā potestatem/ Per do-
num intrans symoniacus est/ siue sit mu-
nus a manu vel lingua. vel a corde. mun⁹
vero a manu potest esse vel pecunie/ vel
sordidi obsequij./ Damasus papa. Omia
crimina in comparatione symoniace here-
seos ꝓ nihilo reputant/ Contra hoc pec-
catum magnū zelum habuerūt sancti/ vt
patet ex testimonijs scripture que sequūt̄
iiij. Re. v. dixit helyseus ad yezi/ lepra na
aman adherebit tibi et semini tuo ī sempi
ternum/ Contra hoc peccatum videtur
exarsisse in aduentu/ p̄mo christus bis eij
ciens ementes et vendentes de templo/.
De prima eiectione habetur Joh. ij/ De
secunda Math. xxj. et Actuū. viij/ Dixit
petrus symoni mago/ pecunia tua tecum
sit. in perditionē/ Hoc peccatum facit la-
trones in ecclesia locum dei obtinere.
Joh. x. Qui non intrat ꝑ ostium in ouile
ille fur est et latro/ non solum latro sed eti
am sacrilegus/ absurdum em̄ est sacrilegū
dicere illum qui furatur calicem de eccle
sia. ⁊ non illū q̄ furatur ecclesiam cum ca-
lice. ⁊ ceteris ꝑtinentibus ad ecclesiam.
¶ Peccatū illud est valde ꝑiculosum/ quia
oportet symoniacum resignare beneficiū
symoniace adquisitum/ Unde quasi in
massa dyaboli est piscis q̄ in massam gur-
gustinam/ teutonice ain rinꝭ ingressus est/
non de facili regreditur per locum ꝑ quē
intrauit et ꝑ alium non exit nisi captus/.
sic non de facili resignatur beneficium sy-
moniace adquisitum/ et aliter non est sal⁹
¶ Qui per carnem intrat vt frequenter p⁹.
carnaliter agit. Joh. 4. Quod natum est
ex carne caro est/ petrus introductus per
ancillam hostiariam in atrium pontificis/
christum negauit. Joh. xviij./ Sic quem
caro introducit. que ancilla est anime. de
facili negat christum/ hoc peccatum ho-
minem maledictum reddit/ Michee. iiij.
Ue qui edificatis syon in sanguinibus/
¶ hoc peccatum multum impedit ne eccl'ia
regatur a spritusancto Job. penl'/ Corp⁹
eius quasi scuta fusilia/ ⁊ compactum q̄si
squamis se se p̄mentibus. vna vni coniun
gitur. et nec spiraculum incedit per eas/
¶ hoc peccatum in multis locis deum exhe
redat/ Bona enim que domin⁹ vellet da
re filijs suis/ Prelati dant consanguineis
suis/ Contra illos qui intrare volunt per
terrenam potētiam/ ¶ Notandum ꝙ mul
tiplex pena talium legitur in sacra scrip-
tura/ Numeri. xvi. legitur de chore. ꝙ cū
.ccl. de maioribus leuitarum igne diuino
succēsus est/ quia sacerdotium capere vo-
luerūt/ Ibidē legitur d̄ dathan. ⁊ abyron/
qui ducatui moysi inuidebant/ quibus iu
re p̄mogeniture videbatur deberi/ cum es-
sent de tribu ruben p̄mogeniti/ ꝙ dirup-
ta est terra sub pedibus eorum. et aperiēs
os suū deuorauit eos cum tabernaculis
eorum/ et vniuersa substantia. et descen-
derunt viui in infernum/ Item legitur.
4. Regū. xv. ⁊ scd̄o Paral. xxvi. De ozia
rege qui in festo ꝓpitiatōis indutus stola
pontificali intrauit in templum vt incen-
sum poneret/ ꝙ factus est terre motus/ et
ꝑcussus est in facie lepra/ et fuit leprosus
omni tempore vite sue. ¶ Et notandum
ꝙ ille quem dyabolus introducit/ volun
tatem introducētis se postea facit Bern.
Qui infideliter intrat. ⁊ non per christum/
quid nō infideliter agit/ et ꝯtra christum.
¶ Circa scd̄m notandū ꝙ oportet vt pa
stor oues suas agnoscat. Prouerb. xxvij.
Diligenter agnosce vultum pecoris tui.
⁊c̄. Eiusdem. xij. nouit iustus animas iu-
mentoꝝ suorum/ viscera impioꝝ crudelia
¶ Oportet vt interiora subditi agnoscat p̄-
latus/ vt agnoscat quis indigeat increpa
tione quis ꝯsolatione. j. Thessa. 4/ Corri
pite inquietos ⁊ ꝯsolamini pusillanimes
sed multi sunt sicut stult⁹ auriga pheton/
de quo dicit̄/ ꝙ nec retinere valet nec no-
mina nouit equorum. ¶ Item amor xp̄i
⁊ ouiū necessari⁹ est. pastori/ vn̄ Mat. xxij

Quomodo huc intrasti nō habens vestē nuptialem/ Vestis nuptialis/ est caritas. sine qua nullus debet recipere curam animarum/ qua caritate deum habet carum super omnia. et primum suum citra deū/ et super omnem terrenam substantiam. Bern. super cant/ Non ociose totiens repetitum est petre amas me. in omissione ouium/ et ego quidem id adsignificatum puto ac si dixisset illi iesus. nisi me valde perfecteq; ames. hoc est. plusq; tua/ plusq; tuos/ plus q; etiam te/ nequaq; suscipias curam banc. nec te intromittas de ouib⁹ meis/ pro quibus sanguis meus vtiq; effusus est/ Pastores ecclesie ad multa admittuntur que solum amicoruz sunt/ Primo ad custodiā corporis dominici/ illud idē corpus quod in vtero virginali formatū est ad verba sacerdotis/ incipit esse sub specie panis/ Sicut deus pater filium suum commisit beate virgini/ sic et commisit sacerdoti/ Item symeoni p̄cessum est tenere filium dei/ sic concessum est et sacerdoti. Caueat tamen quid inde faciat/ sicut eñ symeon infelix fuisset si in lutum p̄iecisset filium dei/ cum in manibus suis eum tenebat/ Sic infelix est sacerdos qui corpus dominicū indigne tractat/ Hiere. xxvi. Ego autem ecce in manibus vestris sum/ facite mihi quod bonum et quod rectum est in oculis vestris/ Verūtamē videte et ꝓgnoscite/ q; si occideritis me sanguinem innocentem tradetis ꝓtra vos metipsos/ et contra ciuitatem istam et habitatores eius/ Velut occisio est indigna sumptio dominici corporis/ Ambrosi⁹/ Qui indigne christum sumit/ idem est ac si interficiat/ et supra illud p̄ma Corinth. xi/ Qui autē manducauerit panem hunc et biberit calicem domini indigne/ reus erit corporis et sanguinis domini. Glosa. i. ita re⁹ erit/ ac si christum occiderit/ Secundo ad custodiam sponse christi admittitur/ Tercō admittitur ad eius mensam/ Quarto ad osculum/ Quinto ad consilia et secreta: Joh. xv. Jam non dicam vos seruos sed amicos/ quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis/ Sexto ad officium reconciliationis/ ad quod non est admittendus filius ire/ quia ꝑm Gregoriū. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur/ irati animus ad deteriora prouocatur. Bernard⁹/ Ne filius ire qui nondum reconciliati reconciliationis aliene negocium/ quasi gens que iusticiam fecerit apprehendunt. Circa quartum notandum. q; pastorem oportet antecedere oues exemplum bonum eis ministrando/ et honestate vite excellendo/ sicut legitur. .j. Regum. x. de saul/ q; steterit in medio populi et altior fuit vniuerso populo ab humero et sursum/ Item in eodem. Ecce videtis quem elegerit dominus/ q; non sit ei similis in omi populo/ Gregori⁹ in moralibus. Non debet hominum ducatum suscipere/ qui nescit homines bene viuendo preire/ Item Gregori⁹. tantum debet actionem populi actio transcendere presulis/ quantum differre solet a grege vita pastoris/ Idem quisq; speculator ponitur. in alto stare debet per vitam/ vt possit prodesse per prudentiam/ et ꝑm Hieronimū. Nihil intantum destruit ecclesiam dei/ q̄m clericos laycis esse deteriores/ Isay. xxxiiij. Erit sic populus sicut sacerdos/ et dicit Bernard⁹. et vt vtinam sic/ et non peior populo sacerdos. Circa quintū notandum/ q; pastoris est pascere pabulo scilicet verbi. exempli. et temporalis subsidij/ vel ꝑm Bernardū. pabulo predicationis/ operis. et orationis/ Unde dictus est petro ter pasce. exemplo scilicz puersationis/ verbo p̄dicationis/ fructu orationis. Circa sextum notandū/ q; pastor debet intendere bys que faciunt ad ꝓseruationem gregis vt est congregatio siue pacificatio eius. Osee. j. Congregabuntur filij israel. et filij iuda pariter/ et ponent sibi caput vnum. Et sciendum q; qui deberent esse pastores sunt lupi. Ezechiel. xxij/ Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes predam/ Sophonie. iij. Judices eius lupi vespere/ non relinquebant in mane. Prouer. xxviij. Leo fugiens et vrsus esuriens princeps sup populum pauperem/ Vulpes etiam facti sunt multi dolose rapientes/ Vox quidē eorum vox iacob est/ manus autem man⁹ esau sunt. Genes. xxvij. Ezech xiij. quasi vulpes in deserto ꝓphete tui israel erant/ Trenoz. vltimo dicit. de monte syon/ vulpes ambulauerūt in eo. Notandū q; su

ꝓa illud Joh. vltimo. Pasce oues meas. Glosa enumerat quinq; pertinentia ad pastorem scilicet credentes ne deficiant confortare/terzeno subsidio si necesse est. subditis prouidere/exempla virtutum ꝑbere/aduersarijs obsistere/peccantes corrigere.

¶ De eodem Sermo Quintus In ordine. 83.

EGo sum pastor bonꝰ. Bonus pastor animam suam pōit pro ouibus suis ꝛc. loco ꝛ capitulis vtš ¶ Notandū ꝙ euāgeliū hodiernū ministrat nobis materiā cōsolationis/et materiam timoris. et nostre simplicitatis ¶ Materiam consolationis in hoc ꝙ ostēditur nobis pastoris nostri bonitas. ¶ Materiā timoris in hoc ꝙ ostēditur nobis lupi crudelitas/ et nostra indefensa simplicitas Lupi crudelitas ibi. (Et lupus rapit. ꝛc. Simplicitas nostra in hoc ꝙ oues nos vocat veritas. ¶ Circa primū attendenda est dei benignitas/ qui noluit nos esse contentos fragilitate nostrorꝫ pastorum/ immo filium prefecit nobis pastorem. et pastorum principem. ꝑma Petri vltimo. Cum apparuerit princeps pastorum. ꝓcipietis ūmarcescibilem eterne glorie coronam/ ꝛ ipse vere fuit pastor bonus. qui carnem suam dedit nobis in cibum. sanguinem in potum. animam in precium ¶ Vere est ipse pastor bonus/ cui non deest conseruandi voluntas/ nec facultas. Chrisostomꝰ. ¶ Daneamus sub pastore tali ꝛ securi a lupo erimus. ¶ Pastorem enim habemus ita amantem nos/ vt et animam pro nobis det. ¶ Cum igitur et potens sit. et intantum diligat/ quid prohibet nos saluari. nihil. nisi quidem nos destiterimꝰ. ¶ Roma. viij. Si deus pro nobis quis contra nos. Deus qui iustificat quis est qui ꝯdemnet. Bernardꝰ sup cant. ¶ Huic securus me credo/ qui saluare me velit. nouerit et possit. Voluntas eius indicatur. ibi. Animā meam pono p ouibꝰ meis. Noticia ibi. ꝛ ꝓgnosco oues meas ¶ Potestas in eodem capitulo Joh. vbi dicitur/ et non rapiet eas quisquā de manu mea/ et paulo post. Nemo potest rapere ō manū patrꝫ mei ¶ Vere bonus pastor qui ouem perditam quesiuit. inuēta in reduxit/ lassam in humeris reportauit. Luc. xv. ¶ Ps. Erraui sicut ouis que perijt. Isa. liij. Omnes nos quasi oues errauimus. ¶ Vere bonus pastor est qui ad pascua optima oues suas reducit/ scilicet ad refectionem eterne beatitudinis. Gregoriꝰ. ¶ Loquens de illo verbo Johānis. x. Ingredietur et egredietur. et pascua inuenient/ oues eius pascua inuenient/ quia quisquis illū corde simplici sequitur/ eterne viriditatis pabulo nutritur/ et subdit. pascua electorum. sunt vultꝰ presens dei/ qui dum sine defectu conspicitur sine fine mēs cibo vite saciatur. Ezechiel. xxxiiij. In pascuis vberrimis pascam eos/ et in montibus excelsis israel erunt pascue earū. Ibi requiescent in herbis virentibus et in pascuis pinguibus pascētur super montes israel. Ego pascam oues meas/ et eas accubare faciam. ¶ In hys verbis insinuatur refectio anime beate ꝛm tres vires. Refectio quantum ad rationabilem. ibi. In pascuis vberrimis pascam eas/ et in montibus excelsis. Pascua vberrima erunt. in cognitione trinitatis et vnitatis/ que erit visio pascēs. ꝛm Augustinū. Joh. xvij. Hec est vita eterna vt agnoscāt te. ꝛc. ¶ Per mōtes excelsos intelliguntur rationes eterne que sunt in mente diuina/ que dicunt montes ꝓpter eminentem modum cognoscendi/ que etiam ptinent ad refectionem rationabilis. ad refectionem ꝓcupiscibilis. pertinet illud. Requiescent ꝛc. Ad cōlis. cupiscibilem eī pertinet desiderium boni adquirendi/ et dilectio boni adquisiti. ¶ Quies ergo quantum ad desiderium boni adquirendi pertinet ad refectionē concupiscibilis/ de quo ibi/ Requiescent quātumꝫo ad dilectionē boni adquisiti dicit. ¶ In pascuis pinguibus pascentur/ vt in pinguedine dilectionis. emientia intelligatur. In psalmo. Sicut adipe ꝛ pingue dine repleatur anima mea. ¶ Quantū ad irascibilem erit refectio securitas boni adquisiti/ ad qō pertinet illud. Et ego accubare eas faciam. simile/ Luce. xij. Faciet

illos discumbere/ et transiens ministrabit illis ¶ Circa lupi crudelitatem notandum q̄ lupus rapit hominem a deo separando/ Dispergit vero discordiam ad primum seminando/ vel dispergit in diuersa peccata precipitando/ Barbei. xij/ Qui non colligit mecum. dispergit/ Gregorius in omel. Lupus dispergit oues/ cum alium ad luxuriam trahit/ alium in auaritiam accendit/ alium ad superbiam erigit/ alium per iracundiam diuidit. ¶ Et notandum q̄ cum alijs lupi solis clamoribus exterreātur/ Lupus tamen infernalis inter oues habitat/ et de illo verum est illō. Job. xlj/ Non fugabit eum vir sagittarius. in stipulam versi sunt ei lapides funde/ Vix est dies in quo oues spirituales non teneat/ vel per aures dum detractores libenter audiunt/ vel per aliquod de alijs membris quo peccatum committūt/ Vnde necessarium est valde vt pastor eis subueniat/ Amos. iij/ quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura/ aut extremum auricule sic eruentur filij israel/ Legitur in libro de animalib⁹/ q̄ lupus quādo senescit circuit ciuitates/ et nocet hominibus quoniā predari non potest/ sic lupus infernalis magna parte potestatis sue amissa in passione christi/ amplius circuit in fine temporum querens cui nocere possit. ¶ Circa tercium notandum/ q̄ in hoc q̄ fideles. oues dicuntur/ simplicitas eorum et indefensio insinuatur/ Inter animalia enim quadrupedia maioris simplicitatis dicitur esse ouis et minoris defensionis/ cetera animalia vel fuga vel astutia. vel fortitudine/ vel quia vnguibus vel dentibus sunt armata/ secura sunt ab hostibus suis. sed ouis nihil tale habet/ De lana et lacte dat pastori eam regenti et defendenti/ Sed non habet discretionem qua. si erauerit sciat redire/ Similiter est de oue spirituali. Dauid. Erraui sicut ouis que perierat. iij. Regum. xxij. Vidi cunctum israel dispersum in montibus errātes quasi oues/ simpliciores esse videntur homines brutis animalibus/ Hieronimus. ¶ Cetera animalia in eas herbetia pedicasq̄ non incidunt/ quod hominibus accidit. qui in easdem pedicas dyaboli a quibus liberati sunt incidunt/ Brutum animal in ore lupi clamat/ Peccator vero peccatum suum non vult submisse dicere sacerdoti/ vt de potestate lupi infernalis liberetur/ Pisces non capiuntur hamo. esca non cooperto. homines vero capiuntur hamo pene eterne/ quem esca momentanee voluptatis operire non sufficit. ¶ Multi etiam sine defensione sunt. cum sibilo vnius verbi quando q̄z deijciantur/ et funibus peccatorum suorum quisq̄z constringitur. (Alias oues habeo &c.) et vocem meam audient/ Circa verbum propositum considerandum nobis est/ quare ille qui non solum sapiens est. sed etiam ipsa sapientia patris/ fideles oues vocet/ Ad quod dicendum q̄ in hoc q̄ eos oues vocat/ septem gratias eisdem commendat. in septem proprietatibus ouis designatas/ Prima est fidei simplicitas/ que in hoc nobis commendatur. q̄ ouis animal simplex est/ in hys scilicz que fidei sunt/ Qui ambulat simpliciter. ambulat confidenter. Prouerbi. x. Ambrosius. Auferantur argumenta/ vbi fides queritur/ secunda Corinth. xi/ Timeo ne sicut serpens euam seduxit astucia sua/ ita corumpantur sensus vestri/ et excidant a simplicitate que est in christo/ sine disceptatione credendum est de deo/ quod ipse de se in sacra scriptura docet. Hylarius. Soli deo de se credendum est qui se solus nouit/ Exodi. xx. Si altare lapideum feceris mihi/ non edificabis illud de sectis lapidibus/ Si enī leuaueris cultrum tuum super eo polluetur/ Altare lapideum est fidei soliditas/ super quam non est leuandum acumen ingenij/ quod p cultrū intelligitur/ vt ingeniū nr̄m in hys que fidei sunt auctoritati scripture non p̄ponamus. ¶ Et notandum q̄ ouis animal simplex est. ruminat et fingit vngulam/ Sic qui habet simplicitatem fidei/ scripturam sacram debet ruminare/ et p̄m illam in cauendis et agendis discretionem habere/ Ecclesiastici. iij. Que precepit tibi deus cogita illa semper/ et in pluribus eius operibus ne fueris curiosus/ ¶ Secunda est timor. vel fuga mali/ que cōmendat in hoc/ q̄ ouis naturaliter timet

lupum. sic fidelis timere debet lupum infernalem. vl' peccatum. Eccl. xxi. quasi a facie colubri fuge peccatum. nullus hostis potest nocere nisi per istum. quia non nocebit aduersitas si non dominetur iniquitas. Prouer. xxviii. Beat' homo qui semper est pauidus. ꝛc. Tercio. stabilitas vel pax. in hoc ꝙ ouis animal quietum est. cõmendabile est esse quietum. et quantũ ad corpus. Seneca in epl'is. primũ argumẽtum compositę mentis existimo. posse cõsistere. ꝛ secum morari. Cõmendabile est etiam esse quietum mente. Joh. xiiii. Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis. Hebr. 4. Relinquitur sabbatismus populo dei. Gregor'. Quid quieti' ꝙm nihil in hoc mundo appetere? quid laboriosius ꝙm terrenis desideriis estuare?

Hinc est ꝙ israel sabbatuz accepit in munere. egyptus percutitur multa muscaꝝ multitudine. sed de quibusdã potest dici illud. contricio et infelicitas in vijs eorũ. et viam pacis non ꝙgnouerunt. Quarto ꝑmendatur eis caritas qua ꝓximi vtilitati debent intendere. in hoc ꝙ ouis est animal vtile. ipsa est vtilis ad victum et vestitum. ouis ꝯm Augustinũ. mandatuz euangelicũ implens. de duabus tunicis dat vnam non habenti scilicet homini. ipsa pascit et vestit dominum suum. Sic ouis spũalis ꝓm pascit et vestit. vt ipse dicturus est in iudicio. Matth. xxv. Esurijui. ꝛc. Nudus fui. ꝛc. Quinto obedientia in hoc ꝙ ouis est animal tractabile. siue obediens. ad quod pertinet verbum ꝓpositum vocem meam audient. Sicut dicitur in libro de animalib' pastores docent oues festine ambulare ad auditum alicuius vocis. Sexto sobrietas. in hoc ꝙ aridis vescitur. modicis expensis sustentatur. Isa. xlix. Super vias pascentur. et in palmis erunt pascua eorũ. Seneca. Victus sit tibi ex re facili. nec aduoluptatẽ sz ad cibum accede. palatum tuũ fames excitet non sapores. desideria tua paruo redime. quia hoc tantum curare debes vt desinant. Septimo. mansuetudo. in hoc ꝙ ouis malum non nouit inferre. sed potius ferre. Isa. liii. Quasi ouis ad occisionem ducetur. Roma. xii. Nulli malum pro malo reddentes. Prouer. xx. Ne dicas reddam malum pro malo.

¶ Dominica. III. Sermo primus In ordine. 84.

MOdicum et nõ videbitis me. ꝛc. Joh. xvi. Hoc euangeliũ tria cõtinet. Primo quedam verba que a saluatore discipulis dicuntur. Secundo intellectus illorum verborũ. a discipulis queritur. ibi. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et nõ. Tercio verba illa a saluatore declarãtur. ibi. Plorabitis et flebitis vos (Modicum). id ẽ paruum tempus restat vsqz ad hoc ꝙ patiar. et claudar sepulcro (et) tũc (non videbitis me). id est incipietis me nõ videre. (Et iterꝝ modicũ et videbitis me). id est paruũ tẽpus erit scilicet triduũ postꝫ resuscitatuz me videbitis. vel sic. (modicum ꝛ non videbitis me). id est modico tpe abscõdar ab oculis vris s. ꝓ triduũ (Et iterꝝ modicũ et videbitz me). id ẽ rursum modico tempe apparebo vobis. scilicet ꝙdraginta diebus ante ascensionem. et subdit. quare modicum dicens. (Quia vado ad patrem.) In ascensione scilicet ad potiora bona patris. vel ad patrem. id est patris immortalitatẽ. Notandum ꝙ hec verba tristia scilicet de separatione sua. ab eis multotiens reuoluebat ipsis. Joh. xiij. Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Eiusdem. xiiij. Adhuc modicum et mundus iam me non videt. In eodem. Jam non multa loquar vobiscum. Ratio vero huius est. vt auditione tristium assuefaciat eos ferre eius separationẽ. preterea ꝓiuncta erat consolatio. non em solum dicebat. Modicum et non videbitis me. immo et subijciebat. Et iterũ modicũ et videbitis me. ꝓterea dicendo. ꝙ vado ad patrem. ostendebat non esse mortem. sed potiꝰ translationẽ. vnde hoc etiã faciebat ad ꝓsolationem. Dixerunt ergo ꝛc. Quid est hoc quod dicit nobis modicũ ꝛc. Duplex causa potuit esse quare non intelligebãt que dicebant. scilicet tristicia discipulorꝝ. et contrarietas que videbat esse in verbis dñi dicentis (videbitis ꝛ nõ videbitz) dicebant ꝙ eedẽ ꝑsone. vel alic. (Quid est hoc quod dicit nobis modicũ

(Cognouit aũt iesus quia hoc volebant eum interrogare). Interl. In hoc ostẽdit se deum cum sine verbis eorum intellexit dubitationẽ eorũ. Hiere. xvij. Scrutãs corda et renes deus. j. Regũ. xvi. Deus intuetur cor. (Amen amẽ dico vobis) Exponit quod dixerat scz (modicũ et nõ videbitis me). Secundo inducit similitudinem ad declarationem expositionis ibi. (Mulier cum parit). Tercio adaptat similitudinẽ ibi. (Et vos quidem nunc tristiciam habetis ꝛc. (Amen amen) Geminatio nota est ꝯfirmationis (plorabitis) interius (et flebitis) exterius scz in triduo mortis (Mundus autẽ) ꝑm Augusti. hoc nomine significati sunt inimici a quibus christꝰ occisus est, qui letati sunt christo occiso. (Vos autẽ ꝯtristabimini) non solum de mea morte, sed etiã de eorum exultatione. Luce. vlt. dicit discipulis euntibus in emaus. Et estis tristes (Sed tristicia vestra vertetur in gaudiũ) cognita mea resurrectione, vel ascensione. Hiere. xxxj. Conuertam luctum eoꝝ in gaudiũ. Tobie. iij. post lacrimationẽ et fletum exultatõꝫ infundis (Venit hora eius) hora inquã ꝑiendi l' patiẽdi. Luce. j. Elizabeth impletũ est tempꝰ pariendi (Venit) ꝑteriti tempis est (Non meminit pressure) id ẽ doloris partus. vnd sara nato sibi ysaac dixit. Risum fecit mihi dominꝰ Geñ. xxj. (Nunc quidem tristiciam habetis) de audita morte mea. Joh. xvi. quia hec locutꝰ sum vobis, tristicia impleuit cor vestrũ, vl' habetis. id est in breui habetis. Beda. cõtristabunt cum illum comp̃hendi ab hostibus ligari, ad conciliũ duci. damnari. flagellari, ad vltimũ crucifigi videbũt (. Iterum autem videbo vos) post resurrectionem. Joh. xiiij. Non relinquam vos orphanos (veniam ad vos, ꝛ gaudebit cor vestrum). Joh. xx. Gauisi sunt discipuli viso domino (et gaudium vestrum) quod erit de resurectiõe (nemo tollet a vobis.) quia christus resurgẽs a mortuis iam nõ moritur, ad Roma. vi. vel gaudium vr̃m quod erit postquã confirmati fueritis virtute ex alto. Luce vltio. nemo tollet a vobis). Beda. Gaudium eorum nemo tulit ab eis, quia et si postmodum persecutiones passi sunt. spe tamen resurrectionis ꝛ visionis illius accensi, omne gaudium existimabant, cum in tentatões varias incidebant. Jacobi. j. Actuũ. v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumelias pati. Aliter legitur illd ꝑm Augustinũ. (Modicum ꝛc.) vt modicũ intelligatur totum spacium presentis vite, in quo priuandi erant visione, nõ quia non viderunt eum. sed quia non viderũt eum sicut prius, mortalem et secum conuersantem (Modicum et iam non videbitis me). Interli. id est Nunq̃ videbitis me mortalem vel non videbitis me. ꝑm deitatem. Et dicitur presens vita modicum compatione eternitatis. (Et iterum modicũ. ꝛ videbitis me.) quia electi post presentem vitam veniũt ad dei visionem. ꝑma. Corinth. xiij. Tunc ꝯgnoscam sicut et cognitus sum (quia vado ad patrem). hoc respicit illud. et non videbitis me (Mulier cum parit tristiciã habet ꝛc) Augꝰ. totius laboris sui fructũ. ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo, parturit gemendo. paritura letando, parturit orando. paritura laudando. (Iterum videbo vos ꝛc.) Augꝰ. Puto q̃ hoc non ad tempus illud referendum est quo surrexit, eisq̃ carnem suam cernendam tangendamq̃ mõstrauit, sed potius ad illud de quo iohannes ait. Cum apparuerit, similes ei erimus. quoniam videbimus eum. sicuti est. ꝑma Joh iij. Isa. xxxv. Ipsi videbũt gloriã dñi ꝛ decorẽ dei nostri. (Et gaudebit cor vr̃m et gaudiũ ꝛc.) Isa. xxxv. Leticia sempit'na erit super caput eorum ꝛc. Augustinꝰ. ibi ergo finis qui sufficit nobis, eternus erit. Nec enim nobis sufficit finis, nisi cuius finis nullus finis (Modicum et iam non videbitis me.) Moraliter potest verbũ ꝓpositum intelligi duobꝰ modis. Primo vt modicum intelligatur totum tempus vsq̃ ad finem seculi, ꝑm Glosã. Secũdo vt modicum quo saluator nõ videtur intelligatur tentationis vel tribulationis. Modicum quo videtur intelligatur cõsolatiõis, ꝑm ꝑmũ intellectũ. valet verbũ ꝓpositum. ad ꝯtemptũ p̃sentis ꝓsperitatꝫ, ꝛ ad tolerantiam presentis aduersitatis. contemnenda est presens ꝓsperitas, quasi

punctalis Job. xx. Gaudium ypocrite ad instar puncti. Item patienter toleranda est presens aduersitas quasi momentanea cui succedit iocunditas diuine visionis Eccl. j. Usq; in tempus sustinebit patiens et postea redditio iocunditatis, multi tamen non intelligunt hanc iocunditatem, dicentes sicut dicebant discipuli. Quid est quod dicit nobis modicum ⁊c. Nescimus quid loquitur. Aug⁹. hoc modicum longum nobis videtur. quoniã adhuc agitur. Sed cum finitum fuerit, sentietur q̃ modicum fuerit. Possumus aũt tripliciter ostẽdere hanc modicitatẽ. Primo per sacre scripture auctoritatem. Secundo compando tempus vite p̃sentis ad glorie eternitatem. Tercio compando illud ad pene infernalis diuturnitatem. Testimõia sacre scripture quibus hec modicitas ostẽditur, hec sunt. p̃ma Pet. j. Modicum nunc si oportet contristari in variis tribulationib⁹. scõa Cor. 4. Id momentaneum et leue tribulatõis nostre ⁊c. p̃ma Joh. ij. Filioli mei nouissima hora est. Isa. 54. Ad punctum in modico dereliqui te. In eodem. In momento indignationis mee, abscondi faciem meam parumper a te. Jacobi. 4. que est vita nostra. Vapor est ad modicum parens. ⁊c. Specialiter temporibus nostris vita hominis modica est. Pauci enim sunt qui viuant vsq; ad. lxx. annos. Vixit adam. dcccc. ⁊. xxx. annis. tunc nõ erat mirum si amabant p̃sentem p̃speritatem, vel timebant presentem aduersitatem, sed hodie nec est amanda p̃speritas nec timenda aduersitas, cũ quasi momentanee sint. Item patet hec modicitas si habeatur respectus ad eternitatem, minus est enim totum temp⁹ presentis vite in compatiõe ad gloriam eternam q̃m vna gutta aque respectu maris totius. Roma. viij. Non sunt condigne passiones huius temp̃is ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Item patet hec modicitas si habeatur respectus ad pene infernalis diuturnitatem. Unde dicunt damnati in inferno. Sap̃. v. Trãsieruut omnia illa tanq̃ vmbra. ⁊c. et paulo post nos nati continuo desiniimus esse. Juxta secundũ intellectum sciendum. q̃ amici dei in hac vita nunc habent tentationem vel tribulatiõem. vel consolatiõnem, sicut ostendit Berñ. loquens de illo verbo Canti. j. Trahe me post te curremus in odore vngentorum tuorum. Trahimur inquit cum tribulatõibus et tentationibus exercemur, currimus cum interius p̃solationibus et inspirationibus visitati, tanquã in suaue olentibus vnguentis respiramus. Sic nox spiritualis et dies in eis succedunt sibi, sic modicum est et non videtur saluator. et iterum modicum est et videtur. Sic letitia dei saluatoris subtrahit. et postea redditur. Berñ. super cant. O modicum non modicum, o modicum longum. pie domine modicum dicis. q̃ non videmus te. saluum fit verbũ domini mei. longum est multum valde nimis. Ueruntamen vtrumq; verum et modicum meritis. ⁊ non modicum votis. Idem loquens de illo verbo Abacuc. ij. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet. et non tardabit, quomodo nõ tardabit. si moram fecerit: nisi quia quo ad meritum. plusquã satis est. Non est tamen satis quantum ad desiderium. Et notandum q̃ multis de causis iocunda p̃sentia saluatoris, alicui subtrahitur. Primo vt humilitas seruetur, ne illam leticiam credat se habere a se. Ideo paulus ab angelo sathane colaphizatur. ne extollatur. scõa Corinth. xij. Ne magnitudo reuelationum extollat me ⁊c. Secundo vt incauta securitas vitetur. que mater est negligentie, et periculo ꝓpinqua. Greg̃ in moral̃. Dum mens secura redditur, in torporem laxatur. Idem mater negligentie solet esse securitas. Idem in moralib⁹. Multis sepe graue periculum incauta securitas fuit. Berñ. super cant. Ne dixerꝫ in abundantia tua. non mouebor in eternum, ne cum gemitu cogarꝫ dicere. Auertisti faciem tuam a me. et factus sum conturbatus, curabis si sapis. in die malorũ non immemor esse bonorum. et in die bonorum non immemor esse malorum. In die virtutis clama. cum defecerit virtus mea ne dereliquas me, in tempore tentationis consolare, et dic trahe me post te. sic nõ deseret te spes in tempe malo, ⁊ in bono p̃uidẽtia nõ deerit. Tercio vt ardẽtius querat. Can̄. iij. In lectulo meo per

noctes quesiui quē diligit anima mea ⁊c. Surgam et circuibo ciuitatem p vicos et plateas querā quē diligit anima mea. Quarto. vt inuentus fortius teneatur. In eodem. Tenui eum nec dimittam. De hys duobus simul dicit Bern. sup cant. Jōo subtraxit se quo auidius reuocaret. teneretur fortius. preteriens teneri vult. abiens reuocari. Quinto. vt pateat ex ei⁹ absentia quid conferebat sua p̄sentia. ostē dit infirmitas. quantum bonum erat sanitas. ostendit guerra. quantum bonum erat pax. ostendit tentatio quantum bonum erat mentis tranquillitas. Sexto. vt ex hac tristicia perpēdatur. q̄ male sit homini si a deo separetur omnino. quod fiet in damnatione Piere. ij. Scito ⁊ vide quia malum et amarum est reliquisse te dominū deum tuum. Aug⁹. Tale bonum est deus. vt nemini eum deserenti bene sit

(Plorabitis ⁊ flebitis vos. mundus aūt gaudebit. vos autē ꝓtristabimini. sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Intendit domin⁹ hys verbis consolari discipulos suos. a quibus in breui recessur⁹ erat. quos preuidebat magnas tribulationes passuros. in quibus ꝓsolatur etiam alios fideles. qui multas tribulationes patiuntur. In psalmo. Multe tribulationes iustorū. scda Thy. iij. Omnes qui pie volūt viuere in christo p̄secutionē patient. Premittitur in verbis predictis desolatio cū dicit. Plorabitis et flebitis vos. mund⁹ aūt gaudebit. vos aūt ꝓtristabimini. subditur. ꝓsolatio ibi. Sed tristicia vestra vertetur in gaudiū (plorabitis ⁊ flebitis vos) electi hec est vita xp̄iano⁹. Pisces nutritur in aq̄s. ⁊ vita xp̄iani in lacrimis. Isa. Jo. Computrescent pisces sine aqua. sup illud Jacobi. j. Omne gaudium existima te fratres mei cum in tentationes varias incideritis. dicit Glosa. Ne indignemini si mali in mūdo florent ⁊ vos patimini. q⁹ non est christiane dignitatis in temporalibus exaltari. sed potius deprimi. mali nihil habent in celo. et vos nihil in mundo. s̄z spe illi⁹ boni ad quod tenditis. quidq̄d in via ꝓtingat gaudere debetis. Dauid. Letat⁹ sum in hys que dicta mihi in domum domini ⁊c. Item letetur cor queren tium do. Geminatō fletus referri potest ad duas species luctus. quas distinguit glosa sup Math. v. Hys verbis prior est luctus. pro peccatis vel suis. vel alienis. In psalmo. exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custo ⁊c. Secund⁹ est ex desiderio celestis patrie. prior est irriguum inferius. secund⁹ supius. de quib⁹ legitur Josue. xv. et Judicū j. Ille abluit p̄sentes sordes. hic accendit acrius eternoz̄ amatores. Vel geminatio ista potest referri ad incolatū p̄sentis miserie. Dauid. Heu mihi quia incolatus meus plongatus est. ⁊ dilatationem patrie. Dauid. Super flumina babylonis illic sedimus et flebim⁹ dum recor. syon. Vel bec gemiatio potest referri ad mala pene que fideles in se patiuntur. et ad mala culpe in quibus persecutoribus compatiūtur. quod autem subditur. (Mundus autem gaudebit.) facit ad augmentum vtriusq̄ doloris et cōpassionis. ⁊ passionis. Cum em̄ mundus miseria sit plenus. et miseriam suam non intelligat. et ideo gaudeat. eo ipso miserior est. Augustin⁹ in libro cōfessionum. Quid miserius misero non miserante se ipsum. Itē sicut diuitis mensa. tentationem pauperis Lazari augebat. Luce. xvi. Sic gaudium mundi visum ad augmentum tentationis electorum facit. Auget etiam tribulationem eorum h̄ q̄ non solum patiuntur in se. sed etiam in ceteris fidelibus. p̄ma Corinth. xij. Si quidem patitur vnum membrum. compatiuntur omnia membra. ecclesia est velut vnum corpus. in omnib⁹ membris patiens atq̄ dolens. ad qō potest referri illud Vos autem ꝓtristami. Cōmunis em̄ est tristicia fidelium. circa ꝓsolationē eorum que tāgitur ibi. (Sed tristicia vestra vertetur in gaudiū. Notandum q̄ tristicia quā habent boni in p̄senti. p̄ferenda est gaudio mundi septem de causis. Primo p̄pter benedictionem quam habet a deo. Math. v. Beati qui lugent. Item Luce. vi. Beati qui nunc fletis. econtrario autē gaudium mundi maledictū est a deo. p̄m illud Luc. vi. Ve vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Quis audeat gustare cibū ab aliquo sancto maledictū. q̄ntū ergo timēdū est gaudiū male dictū ab ipso sancto sctō⁹. Pō. Renuit

ꝯsolari anima mea. Scdo. quia sapiẽtes
tristiciam presentem gaudio presenti pre-
eligunt. quod autem sapientes p̃eligunt
p̃eligendum est. Malunt sapientes se sa-
nos esse lugentes q̃ꝫ freneticos gaudẽtes
Eccs. ij. Risum reputaui errorez. Eiusdẽ
vij. Cor sapientum vbi tristicia est. et cor
stultorũ vbi leticia. Ex fatuitate est gau-
dium huius mũdi. immo ex cecitate. ꝟm
illud. Luce. xix. Videns iesus ciuitatem
fleuit super illam dicens. quia si cognouis
ses ⁊ tu. supple. fleres. preelegit sapiẽtissi-
mus scilicet dei filius in mundo isto tristi
ciam gaudio. vnde dicit Bern. in ꝟmoni-
bus. Xp̃m super lazarum et sup̱ ciuitatem
fleuisse. et in orationib⁹ ꝑnoctasse. Risisse
vero aut iocasse nunq̃ꝫ. legimus. Tercio
quia tristicia salubris est licet sit amara.
Gaudium vero mundi mortiferum est.
Eccl. vij. Inueni amariorem morte muli
erem. Mulier ista mundi est leticia. Gau
dium mundi est velut vinum forte capita
debilia destruens. nisi aqua tribulatiõis
misceatur. vt patz in Salomone. qui nõ
ꝓhibuit cor suum quin omni voluptate
frueretur. Eccs. ij. et ideo infatuatus est
. iij. Regũ. xi. Sapientia nõ inuenitur in
terra suauiter viuẽtium. Job. xxviij. hoc
est vinũ damnatoꝝ. de quo Amos. ij. Tri
sticia vero est aqua sapiẽtie. id est hominẽ
sapientem reddens. vnde Ysa. xxviij. tan
tum sola vexatio dabit intellectum audi
tui. ⁊ Hieremie. vi. ꝟm translationẽ. lxx.
per omnẽ dolorem et flagellum erudieris
hierusalem. Quarto. quia tristicia conue
nit loco in quo sum⁹ et tp̄i. de loco dicit.
Aug⁹. In valle miserie sumus. in qua eo
magis flendum est quo minus flem⁹. ipse
puer nascens fletu suo ostendit locum in
quo sumus. esse locum fletus. Aug⁹ super
illud Eph. v. Redimentes temp⁹ quoniã
dies mali sunt. puer inquit qui nascitur a
ploratu incipit nec ridere potest. statim
natus plorat. ꝓpheta sue calamitatis. la-
crime sunt testes miserie. nondum loq̃tur
et iam ꝓphetat. Temp⁹ etiã in quo sum⁹
temp⁹ flendi est Eccs. iij. Tempus flendi
et tempus ridendi. temp⁹ flendi est in pre
senti vbi est multa materia fletus. et lacri
me sunt in valore suo. lacrime in futuro
quantũ ad reprobos nulli⁹ valoris erũt.

Electis vero materia fletus deerit. Ma
teria fletus in p̃senti sunt dei iniurie. ⁊ cõ
tumelie. ⁊ strages aĩaꝝ. incolatus p̃sentis
miserie. dilatio patrie. ordo ꝯgru⁹. vt vi-
gilia fiat ante festum. Electi faciunt hic
vigiliam in pane tribulatiõis et aqua do
loris. post facient festum. reprobi vero pri
us faciunt festum q̃m vigiliam. ipsi vidẽ-
tur facere festum stultorum. Quinto. pro-
pter breuitatem. habituri sunt boni ⁊ ma
li tristiciam et gaudium. sed boni sciẽtes
q̃ est p̃sentis vite esse breue. q̃ vero est fu-
ture vite esse longum. tristiciam eligunt
in presenti et gaudium in futuro. Aug⁹.
Sapientia sanctoꝝ est hic temporaliter
cruciari. et in eternum delectari. Mali
vero ecõtrario faciunt. Job. xx. Et gau-
dium ypochrite scilicet mundi ad instar
puncti. electi non timent sumere guttam
amaritudinis. quã sequatur abyssus eter
ne dulcedinis. econtrario reprobi sumũt
guttam dulcedinis. ꝑ qua habituri sunt
abyssum eterne amaritudinis. Sexto. q̃
tristicia presens electorum. habet adiun-
ctam leticiam. in psalmo. Secũdum mul
titudinem dolorum meorum in ⁊c̃. Sene
ca. Viri boni gaudium est ex bona con-
scientia. econtrario gaudium mundi est
cum tristicia q̃ de malo gaudẽt. Prouer.
ij. Qui letantur cum male fecerint et exul
tant in rebus pessimis. malis vero tormẽ
tum anime. Aug⁹. Curre per singula. tot
inuenies anime tormenta quot vicia.
Septimo. quia tristicia electorum verti-
tur in gaudiũ. et econtrario gaudium mũ
di in tristiciam. Et hoc habetur exemplũ
in diuite et lazaro. Luce. xvj. Plus vale-
ret lutum in breui mutandum in aurum.
q̃ꝫ aurum in breui mutandum in lutum.
Hieremie. xxxj. Conuertam luctum eo-
rum in gaudium. De gaudio malo malo-
rum. legitur Prouer. xiiij. Extrema gau-
dij luctus occupat. Amos. viij. Conuer
tam omnes festiuitates vestras in luctũ.
Job. xxj. Ducunt in bonis dies suos. et
in puncto ad inferna descendunt. In hac
vero conuersione attendendũ est q̃ vna
gutta tristicie electoꝝ mutabit. q̃si i mille
modios leticie. ⁊ ecõuerso vna gutta gau
dij reproboꝝ pl⁹ q̃ꝫ in mille modios tristicie
Luc. 6. Ve vob qui ridetis. q̃ plorabitis

¶ Mulier cum parit tristiciã hz ¶ Mulier dicitur ecclesia. vel ania fidelis/ qz do subiecta per obedientiam/ Geñ. iij. Sub viri potestate eris/ Item qz fecunda. in ps̃. vx oz tua sicut vitis abundãs/ Item qz ꝑpatiens/ Eccĩ. 36. vbi non est mulier ingemiscit eger/ Item qz berum molliens. i. xp̃m orando eum. ad miꝛicordiã flectens/ Cõparatur ãt tristicia aie/ vel ecclie angustie ꝓturientis ꝓpter acerbitatẽ Treñ. ij./ Magna velut mare ꝓtritio tua/ Hiere. vi. Luctũ vnigeniti fac tibi planctũ amaꝛ/ Itẽ ꝓpter bꝛeuitatẽ. j. Pet. j. Modicũ nunc. si oꝑtet ꝓtristari/ Item ꝓpter gaudiũ fructꝰ sequentẽ. de q̃ hic (Cum peperit iam non meminit pꝑsure ꝓpter gaudiũ ¶ Item notandũ q ecclesia ꝓturit ⁊ in p̃dicatoꝛib⁹ ⁊ in penitẽtib⁹ ¶ Predicatoꝛ habet dolores vt parturiens/ eiulando p hys q̃ in vtero moꝛiunt̃/ Hiere. 4. ventrẽ meum doleo. Ambꝛosi⁹. ventrẽ meũ doleo/ vt ꝓpheꝛico vtar eloquio/ qz quẽ regñatur⁹ erã amisi. ¶ Itẽ p hys q̃ in vtero collidũnt̃. Geñ. xxv Dedit de⁹ ꝓceptũ rebecce/ ſz collidebant̃ in vtero eius puuli/ q̃ ait ſi sic mihi futuꝛ erat q̃d necesse erat ꝓcipe/ Item p hys q̃ a partu retrabunt̃ Isa. 37. Uenert vsq ad partũ filij. ⁊ virtus nõ est pariendi/ Greg. Pensandũ est q̃nt⁹ sit p̃dicatoꝛib⁹ sanctis dolor de cadentib⁹ q̃ntus de stantibus timoꝛ q̃nt⁹ feruoꝛ de ꝙuersis. q̃nta solicitudo de ꝙuertendis/ Job. 39. Incuruant̃ ad fetum ⁊ pariũt. ⁊ rugitus emittũt Hab̃. 4. Filioli mei q̃s iteruꝛ ꝓturio ꝛẽ. Apoc. xij. ¶ Mulier in vtero hñs. ⁊ clamabat ꝓturiens/ ⁊ cruciatur vt pariat/ Sz quidã cruciant̃ vt pereãt/ Jere. 9/ vt inique agerent laboꝛauerũt/ Eccĩ. x. Laboꝛ stultoꝝ affligeꝛ eos ꝛẽ/ Penitens etiã hz dolores vt ꝓturientis in angustia ꝓtritõis/ in erubescentia ꝓfessiõis/ in laboꝛe satisfactõis/ Geñ. iij. In doloꝛe paries filios (Mulier cum parit ꝛẽ.) ostendit̃ hic q̃ tristicia est via ad gaudiũ/ Greg. Si dulcia q̃rim⁹ necesse est vt amara tolerem⁹ ¶ Circa gaudiũ vero futuruꝝ tria nob̃ hic insinuant̃/ Primo q̃ erit post tristiciã/ et ideo dulci⁹. eꝛio erit in mũdanis/ quia delicijs et diuitijs ⁊ bonoꝛibus sunt assueti/ Difficile enim est carere assuetis/ ⁊ cõtrarijs vti/ Secundo q̃ erit gaudiũ coꝛdis ibi. (Et gaudebit coꝛ vestrum) Gaudium amatoꝝ mũdi est de exteꝛioꝛibus/ Tercio q̃ erit sine fine/ De quo ibi. (Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis) Isay. 52. Leticia sempiterna super capita eoꝛum.

¶ Dominica. IIII. Sermo ꝓmus In oꝛdine. 85.

Uado ad eum qui me misit ꝛẽ). Joh. xvi. In hoc euangelio domin⁹ coꝛporalem discessum suum discipulis/ Primo p̃dicit/ Scõo missionem spiritussancti eis ꝓmittit ibi (Expedit vt ego vadam ꝛẽ/ Tercio effectum aduentus spiritussancti/ ostendit ibi. (Et cum venerit. ¶ Triplex autem effectus ostendit̃ spũssancti/ scilicet. mũdi arguitio ibi. (Arguet mundum) Apostoloꝛum instructio ibi. (Adhuc multa ꝛẽ.) Christi clarificatio ibi. (Ille me clarificabit (Uado) id est in ꝓximo vadam/ et ita certum est ac si iam esset pꝛsens. (Et nemo ex vobis interoꝛgat me quo vadis) sicut consueuist̃ Joh. xiij. Domine quo vadis dixit petrus/ Eiusdem. xiiij. domine nescim⁹ quo vadis/ dixit thomas. ꝓm Christ. ¶ Audientes quoniã absq̃ synagogis vos facient/ et quoniã odient vos/ et quoniam qui interficiet vos opinabitur culturam se offeꝛre deo/ ita accidit vt amissione locutionis detinerentur/ et nihil ei loquerẽtur. tristicia enim oppꝛimebãtur/ ꝓm Augustinũ. ostẽditur in hoc/ q̃ manifeste erat ascensurus in celum/ vnde glosa sup illud Uado ad eum qui me misit/ ita palam vt nemo interoꝛget quod visu coꝛporali fieri cernat/ Uidebunt enim eum. in nube ascẽdentem certi de gloꝛia. Actuũ ꝓmo/ Et nemo ex vobis interoꝛgat. id est interoꝛgabit/ Sed quia hec locutus sum vobis tristicia. ꝛẽ/ Augustin⁹ Uidebat quid sua verba in eoꝛum coꝛdibus agerent/ contristabatur namq̃ in eis humanus affectus/ quia carnalis desolabatur aspectus/ Noꝛerat autem christus quid eis potius expediret. quia visus interioꝛ/ ipse est vtiq̃ melioꝛ quo eos ꝙsolaturus erat spiritus sanctus. ¶ Beda dicit. q̃ magis tristabantur de receſſu quo eos deseꝛebat/ q̃m letarentur de ascensu quo patrem petebat. (Sed ego veritatem dico vobis.

Chriſ. Non dico que ad gratiã veſtram ſunt, ſz ꝛ ſi decies milleſies ꝓriſtamini, audire oportet qz ꝓfert (expedit vob vt ego vadam) Aug⁹. Expedit vobis vt hec forma ſerui auferaꝯ a vob, nolo vt adhuc me carnaliter diligatis, ꝛ iſto lacte ꝓtenti. ſp infantes eſſe cupiatis. Beda. Expedit vt forma ſerui veſtrj ſubtrahaꝯ aſpectib⁹ q̃tinus amor diuinitaꝯ altius veſtris infigatur mentib⁹ (Si em̃ nõ abiero paclit⁹). i. ſaluator vobis ꝓmiſſus (Non veniet ad vos) qz nõ eritis ydonei eũ recipe Aug⁹. Si alimenta terreſtria quib⁹ vos alui ſcz ꝑſentiã corpalem, quã puuli cape poteratis nõ ſubtraxero, ſolidum cibum. nõ eſurietis, ſi carni beſeritis capaces ſpũs nõ eritis. Aug⁹. Nõ poteſtj cape ſpm̃ niſi ꝼm carnẽ noſſe deſiſtaꝯ xp̃m, ij. Cor. v. Et ſi nouerim⁹ xp̃m ꝼm carnem, ſz iam nõ nouimus (Et cum venerit ꝛc.) oſtendit duplex effectus ſpũſſancti in diſcipulis. Prim⁹ ẽ corroboratio affect⁹ eor. ibi. Arguet mũdum de pctõ. Scõs eſt illuminatio intellectus. de qua ibi. Docebit vos omnẽ veritatem (Arguet) ꝑ vos qui modo timidi eſtis (mundũ). i. mundi amatores Aug⁹. quia ꝑ ſpm̃ſanctũ diffundenda erat caritas in cordibus eor. Roma. v. que foras mittit timorẽ. j. Joh. 4. quo impediri poſſent ne arguere mundũ auderent, ꝓterea dixit (ille arguet mundũ de pctõ) qõ habz (ꝛ de iuſticia) quã nõ habet (ꝛ de iudicio) qõ nõ timet. De peccato q̃dem qz nõ crediderũt in me ꝼm Chriſ. Arguet eos de pctõ infidelitatis, quia non crediderũt in xp̃m, ſcõo de inſticia xp̃i quẽ peccatorem vocauerũt. Joh. ix. Hic homo nõ eſt a deo qui ſabbatũ non cuſtodit. Tercio de iudicio, quo dyabol⁹ ꝓdemnat⁹ eſt ꝑ eum quẽ dixeruut hre demoniũ. De iuſticia ꝓo qz ad patrem vado ꝛ iam non videbitis me. Chriſ. Vide ꝑ hec duo intẽptã ꝓnitionem ſuſpitionẽ, neqz em̃ peccatoris eſt ad deum ire, nec apud deum ſemp eſſe. De iudicio ꝓo quia ꝓnceps mundi hui⁹ ſcz dyabolus. iam iudicat⁹ eſt, ꝑ xp̃m quẽ dixerũt demoniũ hre. Joh. viij. Chriſ. quia dicebant demoniũ habes, hoc poſtea oſtendit falſum eſſe. Nõ em̃ dyabolum cepiſſem, ſi peccato obnoxius eſſem. Nunc aũt ꝓdemnatus eſt. ꝼm Auguſtinũ ſic exponitur de peccato infidelitaꝯ. hoc. n. peccatũ quaſi ſolum ſit, pre ceteris poſuit, qz ꝟ manẽte cetera detinent, et ꝟ diſcedente cetera remittunt, ꝛ de iuſtia quã obmiſerũt ꝛ imitati non ſunt. Hũdus de pctõ ſuo arguitur. De iuſticia vero aliena, ſic arguunt de lumine tenebre. Quantũ em̃ maluz ſit eor qui nõ credunt nõ ſolum ꝑ ſe ipm̃, verum etiã ex bono poteſt apparere eor qui credunt, et qm̃ iſta vox infideliũ eſſe cõſueuit, quo credim⁹ qõ nõ videmus, ideo credentiũ iuſticiam ſic oportuit diffiniri, qz ad patrẽ vado, et iam nõ videbitis me vñ ꝼm Augu. intelligiꝯ de iuſticia credentium ſiue de iuſticia fidei, que eſt credere qõ nõ videtur, cũ iuſticia via ſit ad regnũ ꝼm illud Math. vi. Primũ querite regnũ dei, et iuſticiã ei⁹ ſcz iuſticiam ducentẽ ad regnũ, merito arguendi fuerunt a ſpũſcõ qui noluerũt imitari xp̃m, euntẽ ad patrẽ ꝑ viam iuſticie Aug⁹. Jam non videbitj me, quo nunc vobiſcũ ſum ſcz mortalem. De iudicio qõ nõ timuerũt, et tamen timere debuerũt qz ꝓnceps mundi hui⁹ iam iudicatus eſt ſcz dyabol⁹, de quo Joh. xvj. Nunc ꝓnceps hui⁹ mundi eijcietur foras. j. Pet. ij. Si angelis peccãtib⁹ nõ pepercit ꝛc. Jam iudicat⁹ eſt. Aug⁹. Judicio ignis eterni irrenocabiliꝯ deſtinat⁹, De hoc iudicio mund⁹ arguiꝯ, qm̃ cum ſuo ꝓncipe iudicaꝯ, quẽ ſupbus atqz impi⁹ imitaꝯ. (Adhuc multa ꝛc. oſtendit q̃ expedit vt vadat ꝑ alium effectum ſpũſſancti qui eſt docere. (Adhuc multa habeo vobis dicere). q. d. adhuc indigetis inſtructiõe, ꝛ nõ poteſtis portare modo). i. nondũ eſtis capaces, ex hoc videtur q̃ aliqua tacenda ſunt carnalibus, q̃ ſunt dicenda ſpũalib⁹. j. Cor. iij. Non potui vobis loqui quaſi ſpũalib⁹, ſz quaſi carnalib⁹. Cum aũt venerit ille ſpũs veritaꝯ. docens ſcz veritatem. (docebit vos omnẽ veritatẽ. ſcz veritatem vie, ꝛ veritatẽ patrie, vt ſit diſtributio ꝑ generib⁹ ſinguloꝝ, nõ ꝑ ſingulis generũ, ſicut dicit Victor. Vel omnẽ veritatem ſaluti neceſſariã. Aug⁹ q̃ ait. Docebit vos omnẽ veritatẽ nõ arbitroꝝ in hac vita. in cuiuſquã mente poſſe ꝓpleri, cum dicat Apls. j. Cor. xiij. Ex pte ꝓgnoſcimus, Sz quia ꝑ ſpm̃ſanctũ ſit, vt ad ipaz plenitudinẽ veniamus, vbi facie a faciem

videbimus. Ideo domin⁹ illam pfectionem nobis pmisit p caritatem spūssancti dicens. docebit vos omnē veritatem. vel (docebit omnē veritatē) vite. iusticie. ⁊ doctrine. De veritate vite dr. Isa. 38. Memento queso qūo ambulauerim coram te in veritate et corde pfecto. De veritate iusticie Prouer. xviij. Accipe psonam in iudicio nō est bonū vt declines a veritate iudicij. De veritate doctrine Math. xxij. Magister scim⁹ qr verax es. et viam dei in veritate doces. et bn̄ dico. docebit vos veritatē. nō falsitatē. Non em̄ loq̄tur a semet ipso. i. nō finget doctrinā nouā a mea separatiuam sicut dyabol⁹. Joh. viij. Cum loq̄tur mendaciū ex pprijs loq̄tur. sm̄ hūc sensum dicit ipse de se. Joh. xiiij. A me ipso nō loquor. i. nihil pprium. nihil a patre alienū loquor. sed quecūqz audiet loq̄tur. i. certa et vera loq̄tur. simile habet Joh. iij. Qd vidit ⁊ audiuit hoc testatur. i. qd certissime nouit. Eiusdē. viij. qd vidi apd patrē meū hoc loquor. Certiora habē⁹ q̄ a veris doctorib⁹ accipim⁹. q̄m que a nobis dicim⁹. Chris. Sic ꝯtinuat. qm̄ dixit. ꝯfert me abire et illum venire. et qm̄ nō potestis portare modo. tunc aūt poteritz ⁊ ne hec audientes maiorē spm̄ existimēt. pterea ait. a se ipso nō loq̄tur. hoc ē nihil ꝯtrariū. nihil pprium p̄ter mea Glo. Audire illius est scire. scire vero esse. a quo ergo est illi essentia. ab illo audiētia s. scientia q̄ non est aliud q̄z essentia. (Et que ventura sunt annuntiabit vobis) In hoc insinuat q̄ deus est. Dei em̄ est videre futura vt p̄sentia. hoc aūt dicit ne credatur non esse equalis patri et filio. qr dictū est. Non loq̄tur a semetipso. tn̄ non solum p̄dicet futura. imo etiā me clarificabit p signa que faciet fieri in noīe meo. Aug⁹. dupliciter hoc exponit hys verbis (Ille me clarificabit) qr diffundendo in cordib⁹ credentium caritatē spiritalesqz faciendo. declarauit qūo filius pr̄i esset eq̄lis. vel qr per ipam caritatē fidutia repleti. ⁊ timore repulso. annūciauerūt xp̄m hoībus. qd em̄ facturi erant in spūsancto. hoc eundē spm̄ dixit esse facturz. vel me clarificabit verba mea que nūc occulta sunt vobis. manifestādo vob. Et bn̄ dico me clarificabit. qr de meo accipiet et annunciabit vobis. i. ꝯsona meis dicet Chris. Una. mea ⁊ illi⁹ doctrina. et ex quib⁹ ego debebam docere. ex eisdē et ipse docet. nec estimetis alia esse que illi⁹ et que mea. etem̄ illa mea sūt et mee applaudēt gl'e. sm̄ Augustinū sic exponitur (De meo accipiet) scz de meo pr̄e. sed qr possent dicere tu dixisti. qr ipse est spūs veritatis q̄ a patre pcedit. Joh. xv. Non ergo accipiet a te. sed a pr̄e. ido subdit. Omia q̄ hz pater mea sunt. i. ꝯmunis est potentia ⁊ essentia mei et patrz et etiaz pprietas ꝯmunis scz spiratio. pterea dixi vobis (De meo accipiet). i. mea sunt que accipiet (et annūciabit vobis) querit Victor cum idē sit esse patrz et filij. quare dic omia q̄ pr̄is sunt mea sunt. Rn̄det. oīa dt pter pluralitatē nominū essentialiū. qr iusticia. pietas. bonitas. sapiētia. potentia ⁊ h⁹ mōi. eadem sunt pr̄is ⁊ filij ⁊ spūssctī. (Vado ad eum q̄ me misit ⁊c.) Solēt homines pegrinaturi p̄dicere familie sue. recessum suū. ⁊ ꝯsolari eam de recessu suo vl dicendo se in breui reuersuros. vel p personā ydoneā se ei puisuros. sic dn̄s recessurus a discipulis suis et q̄si pegrinatur⁹ ascendēdo in celum. sm̄ illud Math. xxv Homo q̄dam pegre pficiscēs vocauit seruos suos. et recessum suū eis p̄dixit et cōsolat⁹ est eos ostendēdo se in breui reuersurum ad eos. vt recoluit eccl'ia in euāgelio p̄cedentis dn̄ice. modicū et nō videbitis ⁊c. Item pmittendo se eis puisurū p spm̄sanctū. vt recolitur in hac dn̄ica.

Et notandū q̄ cum ascensio dn̄i ppe sit sm̄ ecclesie rep̄sentationē. ꝯueniēter legit hodie euangeliū ꝯtinens verba que dixit dn̄s de ascensiōe sua. in b'ui futura. Duo aūt specialiter ostendit hoc euangeliū. s. discipuloꝝ desolatiōz de recessu magistri audito. et exhibitā eis a domino ꝯsolationem. In p̄ma vero pte tria ostēdunt. Prīo ascensio dn̄i p̄dicitur ibi. Vado ad eū ⁊c. Scdo modus ascendēdi. insinuatur ibi. (Nemo interrogat me quo vadis) Tercō ratio dicti ꝯtristātis discipulos ostendit ibi. (Quia hec locut⁹ sum vobis tristicia impleuit cor vr̄m. Sed veritatē dico vobis. Expedit vob ⁊c.) Circa p̄mū notādum q̄ dn̄s de suo reditu ad patrē loq̄tur non tanq̄z de futuro remoto sz q̄si p̄sens esset. Exemplo ergo eius reditū tuum ad

deum semp quasi p̄sentē habeas/ne mors te inueniat imparatū. Luc. xij. Estote parati/quia qua hora nō putatis filiꝰ hominis veniet. Item exemplo dñi vade ad eū qui te misit saltem spūaliter. Primo ei gratias referendo de bonis q̄ ab eo acceperꝫ/ Eccs. j. ad locum vnde exeūt flumina. reuertunt. vt iterū fluant. Coruus nō est reuersus ad arcā. sed columba/deferens ramū oliue in ore. Gen. viij. Ramus oliue ē verbū gratie. et misericordie qd̄ debemꝰ habere in ore dicentes/misericordie dñi q̄ nō sumus ꝯsumpti. quia nō defecerūt miserationes eius. Treñ. iij. p̄ma Cor. xv. Gratia dei sum id qd̄ sum. Scd̄o debemꝰ ire ad deum. sapientiā eius lucide videntem/omēs actus nr̄os cogitādo. Boetiꝰ. Magna nobis si dissimulare nolumꝰ indicta est ꝓbitatis necessitas/cum omnia agamꝰ ante oculos iudicis cuncta cernētis. Hebre. 4. Omnia nuda et apta sunt oculis eius. Job. xxvi. Nudus est infernus coram eo. Tercio debemꝰ ire ad deū mercedē laboris nostri nobis corā eo paratam freq̄nter ꝯsiderādo. Augꝰ. Labor te terret vide mercedē. Quarto districtionē iudicij eius attendēdo sicut faciebat Job. xxxj. Quid faciam cū surrexerit ad iudicandū deꝰ? ⁊ cum q̄sierit quid respōdebo ei? Circa scd̄m notandū q̄ deus manifeste ascendit. Act. j. (Videntibꝰ illꝰ eleuatus est/nō fuit necesse querere q̄ iret cum hoc esset manifestū. Exemplo g̊ eius et nos manifeste de virtute in virtutē ascēdamus/et exemplū ꝓficiendi ꝓximo ministremꝰ. Math. v. Sic luceat lux vestra coram hoībus ⁊c. Item notandū q̄ nō solum attēdendū est/vñ vel qua eatur/ sꝫ etiā quo itur. Amici carnales in recessu amicoꝝ suoꝝ de hoc mundo attendūt solum vnde ipsi eant. s. q̄m ab eis recedunt/ et ideo plorant sic faciebant discipuli/vñ dicit Beda. in omel. q̄ magis tristabant̄ de recessu quo eos deserebat. q̄m letarent̄ d̄ ascensu quo patrē petebat. Item homines carnales nō attendunt quo a dyabolo ducant̄/sed qua via ducant̄/vnd̄ ꝑ amena prata ad interitum ducunt̄. Sapiens vero finem vie attendit. Boetiꝰ. Nō qd̄ situm est ante oculos sufficit intueri/reꝝ exitus prudentia metitur/lumen mundane sapientie modicū est/⁊ non sufficit ad hoc/vt ad illud videant̄ remota/sed lumē sapientie diuine magnū est/vnde ad illud vident̄ et ꝓpinqua et remota. Sap. viij. Sapientia vincit maliciā/attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter. ⁊c. Circa terciū notandū. q̄ dominꝰ nō dimittit eis dicere vtilem veritatē licet eos ꝯtristantem. Exemplo g̊ eius dic hominibꝰ que eis ꝑsint/etiā si displiceant. Dauid. Veritatē tuā non abscondi in corde meo. Item labia mea nō ꝓhibebo. supple a veritate dicēda. Seneca. Monstrabo tibi q̄d omnia possidentibꝰ desit/scꝫ qui verū dicat. Idē. dic eis non qd̄ velint audire/sꝫ qd̄ nō velint semp audisse/nec omne dulce gustandum est. nec omne amaꝝ ꝓijciendū est/symea inueniēs amaritudinē in cortice nucis ꝓijcit/ideo de dulcedine nuclei nō gustat/Sic virtꝰ est placitis abstinuisse bonis. sic virtꝰ est sustinere q̄ displicent/veritatem ergo vtilē et dicas. et audire nō refugias (Expedit vobis vt ego vadam) consolatur hic dominꝰ discipulos de suo recessu ꝯtristatos/per vtilitatem sequentē suum recessum scilicet ꝑ aduentū spūssancti (Expedit vobis vt ego vadam) corda vestra sursum tracturus. Math. vi. Vbi est thesaurꝰ tuus ibi est et cor tuum. Joh. xij. Cum exaltatus fuero a terra omīa traham ad me ipsum. Math. xxiiij. vbi fuerit corpus illic ꝯgregabunt̄ et aquile. Itē spem ascendendi post me. vobis daturus Michee. ij. Ascendet iter pandens ante eos/cū caput ecclesie iam sit in celo/⁊ etiā multa mēbra corporis ecclesie/sperandū est. q̄ alia debeant ibi recipi. Non faciet deus pater filio suo dimidium hospitiū. Verisimile est q̄ illi qui de nr̄is sunt ibi. trahant et nos illuc/nisi nos impediuerimus. Deutro. xiij. dicit̄ ecclesie. Ascensor celi auxiliator tuus. Item petitiones vestras patri porrectur̄ atqꝫ pro vobis oraturus/Hebre. vij. Accedens ꝑ semet ipsum ad deum semp viuens/ad interpellādum ꝓ nobis. p̄ma Joh. ij. Siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrē iesum xp̄m iustum. ⁊c. Item locum vobis paraturus. Joh. xiiij. Vado parare vob̄ locum. Si autem abiero et prepauero vobis locum/iterum veniā et accipiam vos

ad me ipsum. Parauit nobis locũ in ascẽ
sione celũ nobis in effectu apiendo. Itẽ
p̃sentiã suam manifestã nobis subtrahen
do vt fides haberet meritũ. Aug⁹ sup io
hannẽ. Subtrahit se et latet vt sit fides
que nõ est de re visa. Greg. in omel. fides
non habet meritũ cui humana ratio p̃bet
expimentũ. Item militib⁹ dona daturus.
Ephe. 4. Ascendens xp̃s in altum capti
uaz duxit captiuitatẽ, dedit dona homi
nibus. Item amorẽ carnalẽ amputatur⁹.
vnde hic dicit. Si non abiero paclit⁹ nõ
veniet ad vos. Bern. Nisi carnis p̃sentia
subtrahit spũalem gr̃e plenitudinẽ mens
occupata nõ admittit. Si ita est quis au
deat de cetero carnis illecebris diditus
paclitũ expectare, quid huic sterquilinio
et illi ꝯsolatiõi. Et notandũ ꝙ affect⁹
carnalis et turpis gratiã expellit, affect⁹
carnalis et naturalis, gr̃am vel gr̃e pleni
tudinẽ impedit. Joh. vi. Caro nõ prodest
quicq̃s. Hebre. vi. Qui lactis est pticeps
expers est s̃monis iusticie. Isay. 28. Quẽ
docebit scientiã et quem intelligere faciet
auditũ, ablactatos a lacte. Bern. Delica
ta est diuina ꝯsolatio, et nõ datur admit
tẽtib⁹ alienã, turpis affectus est in illis q̃
tantũ amant filios vel vxores. vel alios
sibi ꝯiunctos, ꝙ nõ timent offendere deũ
ne eos ꝯtristent, et vt eoꝝ voluntatẽ im
pleant, sicut fecit adam. Gen. iij. quia au
disti vocem vxoris tue ⁊ comedisti ꝛc. ma
ledicta terra in ope tuo, tales similes sũt
pellicano, q̃ dicit effundere sanguinẽ suuz
vt viuificet pullos suos, morte em̃ sua ad
q̃runt vnde vitam suoꝝ corporalẽ susten
tent. (Si aũt abiero mittam eũ ad vos)
Luc. vi. Date et dabit vobis. Danti cor
poralẽ ꝯsolationẽ siue deserenti datur spi
ritualis ꝯsolatio. (⁊ cum venerit ille argu
et ꝛc.) Notandũ, ꝙ spũssanct⁹ p spiritu
ales viros, i quib⁹ habitat malos arguit,
bonos instruit, glorie xp̃i intendit. Ad p̃
mũ ptinet illud. Arguet mundũ de pctõ.
Ad scd̃m illud. Docebit vos omnẽ verita
tem. Ad terciũ illud Ille me clarificabit.
cum spũssanct⁹ sit bonitas. et malicia sit
opposita bonitati. Si spũssanct⁹ in te est.
nõ habebit malicia pacem iuxta te, q̃n sal
tem arguas eam, sic aqua non est in pace
iuxta ignẽ. Item cũ omne animal diligat
simile sibi Ecc̃i. xiij. Ille in quo est spũs, q̃
est bonitas omne bonũ diligit, ⁊ instructi
onem et alia benefitia bonis qui sunt iux
ta se impendit. Item cũ spũssanct⁹ ignis
sit, cui⁹ est tendere sursum, ille cui inest spi
ritus, diuine glorie intẽdit. p̃ma Coꝝ. x.
Siue comeditꝫ siue bibitis siue aliq̃d ali
ud agitis, omĩa in gloriam dei facite. Ad
hoc creati sumus Deutro. xxvi. Faciet te
dñs excelsiorẽ cunctis gentib⁹ quas crea
uit in laudem et gloriã suam, xliij. Isa. in
gloriã meã creaui eum. Item sciendum
ꝙ cum dñs peccatũ ꝓhibeat, et iusticiam
p̃cipiat, et nõ obedientib⁹ sibi multas cõ
minatões faciat, ⁊ iam multos sibi nõ ob
ediẽtes terribiliter puniuerit, valde rep̃hẽ
sibilis est mũdus q̃ peccatũ facit et iustici
am obmittit, et districtum iudiciũ dei de
inobedientia sua nõ metuit. Item no
tandũ quadruplici rõne arguere d̃r spũs
sanct⁹. Primo ad ostendendũ ꝙ ille maxi
me se redarguit qui spm̃sanctũ abundan
tius accipit. Greg. sup illud Job vlt. Au
ditu auris audiui te, nunc oculus me⁹ vi
det te. ideo me rep̃hendo, quãto quis ma
ioris gr̃e lumen recipit. tanto magis rep̃
hensibilẽ se agnoscit, sicut puluis apparet
in radio solis. qui non apparet in vmbra.
Scd̃o, ad insinuandũ ꝙ arguere non est
alienum a benignitate et amore, cũ spũs
sanctus qui est benignitas et amor dica
tur arguere. Isa. xi. Egredietur virga de
radice yesse. i. de incendio amoris. Jesse
enim interpretatur incendium. Apocal.
.iij. Ego quos amo arguo. Tercio ad in
sinuandũ ꝙ mãsuetudo ⁊ benignitas ser
uanda est in arguendo. ij. Thessa. iij. No
lite estimare vt inimicũ, sed corripite vt
fratrẽ. Gal. v. Vos qui spiritales estis in
struite h⁹ mõi in spiritu lenitatis. Dauid.
Supuenit mansuetudo et corripiemur.
Seneca. vicia animi sicut vicia corporꝫ.
leniter tranctãda sunt. Quarto. quia spi
ritussanct⁹ talem hominẽ facit, vt ydone⁹
sit arguere. Tria impediũt argutionẽ scꝫ
rep̃hensibilitas, ignorãtia et timor. Hec
autẽ remouet spũs qui purgat, illuminat,
et corroborat. Ido sup apostolos descen
dit in specie ignis, qui facit hec tria, ꝙ re
p̃hensibilitas impediat arguentẽ, osten
dit. Gregori⁹ dicẽs, Supiectas sordes

tergere non valet manus que lutū tenet/ Eccī. xxxiiij./ Ab īmmūdo quid mūdabit/ Hath. vij. Quomō dicis fratri tuo. frater sine. ejciam festucam de oculo tuo/ et ecce trabs est in oculo tuo/ Ad impedimentū ignorantie referri potest. illud/ Roma. ij. Qui alium doces te ipm nō doces/ Timor etiā impedit. Eccī. vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute rumpere iniquitates. ne forte extimescas faciē potentis. (De peccato quidem) supple cōmisso/ qz nō crediderunt in me. ex defectu fidei est qz aliqui peccant/ pma Joh. vltio Qui credit in deum non peccat. Isa. xxj. Qui infidelis est infideliter agit./ Et notandum. qz mundus multum est reprehēsibilis de incredulitate/ Non em̄ credit que dicunt ei de suo transitu. pma Joh. .ij./ Transibit mūdus et ꝯcupiscentia ei⁹/ Sic loth visus est quasi ludens loqui cū pdiceret genero suo deletionem sodome. Genes. xix./ Nec noe credebatur de diluuio futuro/ immo homines erant comedētes et bibentes. z nubentes z nuptui tradētes./ vsqz ad eum diem in quo intrauit in arcam Noe/ z non cognouerūt donec venit diluuium/ et tulit omnes. Hath. xxviij. Nunc non credit mundus venenositatē phibitarum delitiaꝝ/ Eccs. vij. Inueni amariorem morte mulierē scilicz carnis voluptatē/ Si em̄ eam crederet/ p hibitas delicias caueret Job. vi. An gustare quis poterit qō gustatū afferat mortem/ Item non credit noxietatem diuitiarum. Prouerb. j. Usqz quo stulti que sibi noxia sunt cupient/ Item nō credit vtilitatem aduersitatū. Eccs. vij./ Melior est ira risu/ Item nō credit futuram penam peccatorū et trisiciam in presenti eis annexam/ Eccī. xxi. Via peccantiū cōplantata lapidib⁹. in fine eorum tenebre inferi et pene. (De iusticia vero. zc.)/ Sciendum qz valde reprehensibil' est mūdus de iusticia. quia eam dimittit que tantū deo placet et hominū tantū prodest. Justicia adeo placet deo/ qz in omni gente qui timet deum et facit iusticiam/ acceptus est illi. Actu. x./ Et adeo est homini vtilis. vt nihil lucret qui eam amittit/ glosa. Aug⁹. sup illud/ Rapinas nolite ꝯcupiscere/ O lucra damnosa inuenis pecuniam/ pdis iusticiam/ Qui iusticiam deserit miseriam necessario assumit/ Aug⁹. in libro de li. arbitrio est beatitudo iusticie/ vt nemo ab ea nisi in miseriam possit abscedere/ Justicia in p̄senti egētem releuat. in futuro a morte liberat/ Prouer. xiij./ Justicia eleuat gētem/ Eiusdē. x. Nil pderunt thesauri impietatis/ iusticia autez liberabit a morte./ Item reprehensibilis est ex eo qz ei detrahit. etiā iusticie domini nostri iesu christi detraxit/ Joh. ix. Non est hic homo a deo q̄ sabbatū non custodit/ Item quia ad iusticiam non respicit vt eam imitetur/ imo potius respicit ad iniusticiam/ Summa em̄ malorū est iuxta verbum sapientis. qui viuunt ad exemplar. ad peiorem formam quā inueniūt. se informare volunt/ cum mūsotularibus suis vel vestibus formam optimā elegant/ potius de putrido pomo q̄m de sano mordere volunt/ Eccī. xxxij. Peccator homo vitabit correctionē/ z ad voluntatē suaz inueniet compationē (De iudicio zc.)/ Notandū qz de triplici iudicio arguēdus est mundus/ Primo de iudicio nō ptinenti ad se quod sibi vsurpat Hath. vij/ et Luce. vi. Nolite iudicare. Roma. xiij. Tu quis es qui iudicas seruum alienuz. zc./ Item de iudicio proprio qō negligit/ de quo pma Corinth. xi. Si nos metipsos dyudicarē/ non vtiqz iudicaremur/ Item de iudicio dei quod non metuit/ cum tamē lucifer qui tam nobilis creatura fuit. iam iudicatus sit/ Si superbia in diuite sic iudicata est/ qd fiet de paupere superbo/ quis nesciat superbiam magis tolerabilē esse in diuite q̄ in paupere Eccī. xxv/ Tres species odiuit anima mea et aggrauor valde anime illorū/ paupere superbum/ Damnatio eius in exemplū magnorū posita est/ Ezech. xxviij. In terram pieci te/ añ faciem regū dedi te. vt cernerēt te/ De hys que ptinent ad terciorem diuini iudicij. require in tractatu de dono timoris. (Ille arguet mundū de peccato et de iusticia et ō iudicio.) cū ꝯmuniter de hys arguendus sit mund⁹/ maxime de hys arguendus est clerus. qui amplius peccatū debuit cauere/ et iusticiam imitari/ et iudicium dei metuere/ peccatū amplius debuit cauere/ qz eius peccatū. magis et ecclesie nocet. z deo magz displicet/ Eccle

magis nocet/quia magis eam deformat maculans nobiliorem partem ecclesie scz faciem/Job.xxx. Faciem meam conspuere nō verentur/et magis corrumplt. quia populus ad clerum respicit/r exemplū ab eo accipit/Unde clerici possunt dicere illud.ꝑma Corinth.4. Spectaculuz facti sumus mundo/Judith.viij. Quoniā vos estis ꝓsbiteri/ex vobis pendet anima illorum/Deo vero magis displicet/Primo ꝓpter donum scientie/quod peccatū clericorum multuz aggrauat/Gregorī/Ubi maius est donum scientie/trālgressor maiorī subiacet culpe/Jacobi.4. Scienti bonum et non facienti peccatum est illi/Secundo quia stipendia a domino recipiūt/quod nō parum aggrauat ꝙ eū offendūt/In psalmo. Homo pacis mee qui edebat panes meos/mag.su.me suplan/sed terribile est quod seqtur/Tu autē domine miserere mei.et resuscita me/qui videor esse mortuus/et retribuaz eis/Bernard⁹/Honorati incedunt de bonis dñi/cui tamen honorem nō deferunt/Tercio quia ante faciem domini stant quasi cōtinue/Isaye lxv. Populus qui ad iracundiā prouocat me ante faciē meam semp/Justiciam maxime debent imitari clerici qui sunt sanctorum successores/Unde sicut succedūt in dignitate debent succedere in vite sanctitate/quod tamen multi non faciunt/Bernardus.sup cant. Successores omnes cupiunt esse/imitatores pauci/Propinqu⁹ elymelech agrum eius voluit habere/sed vxorem eius noluit ducere.sed nō potuit obtinere/Ruth.4. Qui succedit in dignitate/oportet ꝙ succedat in vita q̄si in vxore/Valde est piculosum in terra sanctorū male viuere/Isaye.xxvi. In terra sancto rum iniqua gessisti/et non videb.gloriam dei/Secundo ratione amplioris obligationis/Amplius em̄ obligati sunt.vel voto vel ecclesie statuto/multa enim statuta emanauerūt.de vita et honestate clericorum/sed de multis verum est illud/Ipsi obligati sunt et ceciderunt/Tercio ratōe sacri ministerij/Sacerdotes em̄ debent indui iusticia/et sic templum intrare. nō sicut anthioch⁹.de quo legit. ij. Mach. v.ꝙ ausus est intrare templum vniuersa terra sancti⁹/r scelestis manibus sumens sancta vasa ꝓtrectabat indigne/r cōtaminabat/Bernard⁹ de ministerio taliuz sic frequentare psalmos/sic circuire altaria laus est execrabilis.r omnino est peccatū/Judicium multū debent metuere. clerici/et maxime prelati/cum scriptuz sit Sap. vj. Judicium durissimū hys qui presunt fiet/nō solum duzum vel durius/exigetur em̄ ratio ab eis de talento accepto/vel de bonis tempalib⁹ quoz dispensatores fuerunt/r de animab⁹ quas in custodia habuerunt/multum timendū est iudicium quā tum ad primū./vt ptz ex verbis Gregorij dicentis. Sunt nō nulli qui magnis vt diximus muneribus ditati/de solius cōtemplatiōis studijs inardescunt/parere vtilitati primoz in predicatiōe refugiūt/de quo stricte iudicētur/ex tantis pro cul dubio rei sunt.quātis ad publicum veniē tes ꝑdesse potuerūt. Gregorī⁹/Pensem⁹ qō lucrum deo facimus nos/qui talento accepto ad negotiationē ab ipso missi sumus/eteī dicit. Negotiami dum venio. ecce venit/ecce de negotio nostro lucrum requirit/quale ei lucrū de negociatōe nostra monstrabim⁹?/ecce in maiestate terribili inter angelozum et archangeloz choros videbitur/in illo examine electozum omniū reprobozūqz/multitudo deducet et quid vnusquisqz sit opat⁹ ostēdetur ibi/Petrus cum iudea conuersa/quā post se traxit apparebit ibi/Paulus.conuersum vt ita dixerim mundum ducens/apparebit ibi/Andreas post se achaiam. Johannes asiam. Thomas indiam. in cōspectu sui iudicis ꝓuersam ducent/Cum igitur tot pastozes cum gregib⁹ ante eterni pastoris oculos veniunt quid nos miseri dicturi sumus qui ad dominū nostruz post negotium vacui venimus. Si forte quis dicat.abij et abscondi pecuniam tuam in terra/dicitur ei illud. Seruū inutilē proijcite in tenebras exteriozes ꝛc. Mat.xxv Item multum timendū est iudicium quātum ad dispensationē bonozum tempaliū/Si em̄ de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homies reddent rationē/Mat. xij. Item de cogitationib⁹ ꝑm Gregoriū et de momento temporis ꝑm Bernardū. indubitāter ratō exigetur de bonis tem-

poralibus qualiter fuerint expensa/et cuz dicat Hieronim⁹/Quidquid habent clerici pauperꝝ est/et Bernard⁹. Facultates ecclesiarū patrocinia sunt pauperū/et sacrilega eis crudelitate subripitur. quidq̄d sibi ministri et dispensatores/ non vtiqz domini. et possessores vltra victum et vestitum accipiunt/Quid facient qui pauperum bona male expendunt. Si domi⁹ cum tanta ira dicturus est/Esuriui ⁊ nō dedistis mihi manducare./Math. xxv. Cum quanta ira dictur⁹ est esuriui. et cibum meum mihi abstulistꝫ/Timendū est etiam ꝙ tempalia accipiunt ab eis quib⁹ spiritualia non conferūt. Bernard⁹/Indignus lana et lacte cōuincitur/qui non pascit gregem/Augustin⁹/Pensem⁹ cui⁹ damnatiōis sit. sine labore hic percipere mercedem laboris/Gregori⁹. Pensemus cuius sit apud deum criminis/nihil contra peccatum agere et peccatoꝝ precium manducare/Bernard⁹. de talibus veniēt ante tribunal christi. vbi audietur pupillorum accusatio grauis/allegatio dura. dum quorū vixere stipendijs. nec diluere peccata/Idem quid tibi insipiēs delicie sapiunt/quid diuitie ille cecos oblectant oculos/quibus tam graui veritatis iudicio tam dure te obligas rationi/vniuersum quidem vsqz ad nouissimum quadrātem exigens/Item quantum ad tercium valde timendum est iudicium/Amator em̄ animarū. bene volet reddi sibi rationē de illis/Sapiē. xj. Omnia tua sunt domine qui amas animas/Prouer. xvi. Spirituum ponderator est domin⁹/modo anime vilipendūtur. Hieremie. xij. Conculcauerunt ꝑtem meam/Bernardus. cadit asina. et est qui subleuet/perit anima ⁊ nō est qui recogitet. sed adhuc trāsibunt greges ad manum numerantis. Hieremie. xxxiij. Aliquādo domin⁹ dicet illud Hieremie. xiij. vbi est grex qui datus est tibi? (Ille me clarificabit ⁊c.) Circa christi clarificationē. de qua multū loquit̄ Johānis euangelium. Notandum ꝙ est clarificatio capitꝫ ⁊ membroꝝ/Clarificatio mēbrorum est duplex/Una que est purgatio cetus bonorum a labe malorum/de qua Joh. xiij. Nunc clarificatus est filius hominis. et deus clarificatus est in illo/hec clarificatio ꝑficietur/cum fiet illa separatio. de qua habetur. Math. xxv. Huic clarificationi deberent intendere prelati ecclesiarum/Aliqui tamē ꝯtrarium agūt pestilentibus implentes ecclesias./Isay. ꝑmo. Justicia habitauit in ea/nunc autē homicide/Luce. xix. Vos autem fecistis eam speluncam latronum/Alia clarificatio inchoatur in glorificatione animarū/sed perficietur in resurrectiōe corporum. et est valde conueniens/ꝙ sancti qui hic glorificant deum. ꝑma Corinth. x. Siue comeditis. siue bibitis. siue aliud agitis/omnia in gloriam dei facite/a deo glorificentur/glorificati vero deū perfecte glorificent atz laudent/Bernard⁹. Semiuiu⁹ relict⁹ in terra semi laudare possum/vbi totus vixero. totus ibo in laudem. Clarificatio vero capitis ec̄ duplex/scz ꝑm humanitatē et diuinitatem/Prima fuit in resurrectione et ascensione/de qua Joh. vij Jesus nondum erat clarificatus/Item Eiusdem. xvij Pater. venit hora clarifica filiū tuū/vt filius tu⁹ clarific et te/Augustinus. humilitas in passione est ostensa/claritas in resurrectione cepit/claritas ꝑm deitatem. est ostensio glorie et altitudinis/ꝑm quā fili⁹ est equal' patri/de q̄ Johānis. xvij. Nunc clarifica me tu pater apud temetipsum/claritate quam habui antequā mundus esset apud te/Eiusdem xvi. Ille me clarificabit/Sex modis clarificauit spūssanctus christum/Primo ostendens eum esse deum/deum em̄ scilicet spiritūsanctū non potuit dare/nisi ds Augustinus. magna misericordia dei/donum dat equale sibi/nam spiritussanctus donum est/ostēderat se christus dominū. ante spiritussancti missionē/dominū maris et eorum que sunt in mari se ostendit/cum super mare ambulauit/⁊ mare se solidum ei prebuit/et staterem in ore piscis inueniendum predixit/Item dominum inferni et eoꝝ que in inferno sunt/quoniā contriuit portas inferni ⁊ sathanam ligauit/Ostendit se dominum terre et eorum que in terra sunt infirmos curando/mortuos suscitando/quando eadem manu q̄ omnia fecerat/que defecerant reficiebat./

Ostẽderat etiam se dominum aeris et eorum que sunt in aere et celi. et eorum que sunt in celo. Cum propria virtute ascendit per aera nube lucida sibi obsequente et receptus est in celis angelis ferentibus ei testimonium. q̃ in celũ ascendisset ne putaretur in paradisum terrestrem vl alium locum translatus sicut Helyas et Enoch. In missione vero spiritussancti ostendit se deum dando spiritũsanctum q̃ deus est. Hic modus clarificandi ostenditur cum subditur. (quia de meo accipiet). id est a me dabitur qui a me procedit. Secundo bonitatis effuse magnitudine. Bernardus. in sermonibus. Cogitemus fratres sup nos. et in nos opa trinitatis. et ab initio mundi vsq; ad finem q̃m solicita fuerit illa maiestas cui administratio pariter et gubernatio seculorum incumbit ne nos perderet in eternum. potenter quidem omnia fecerat. sapienter omnia gubernat. et vtrarũq; rerum tam potẽtie q̃m sapientie signa manifestissima tenebãtur in creatione et cõseruatione machine mundialis. Et bonitas quidem in deo erat. et bonitas multa nimis. sed latebat in corde patris cumulanda quandoq; super genus filiorum adam. Sicut mundi creatio non potuit esse nisi ab omnipotente. et gubernatio non potuit esse nisi a summo sapiente. sic nõ potuit esse effusio tante bonitatis que in penthecosten facta est nisi a summo bono. Tercio clarificauit spiritussanctus christum. ẽm Glosã Augustini. faciendo viros spirituales q̃ intelligere possent equalitatẽ filij cũ pre. prius pauci fuere spirituales. de numero virorum spiritualiũ equalitatez filij cum patre intelligentium fuit iohãnes Joh. 1. Vidim⁹ gloriam eius. gloriam quasi vnigeniti a patre. Vidimus. id est cognouimus. per miracula ab eo facta. et per vocem de celo lapsam. et per transfigurationem. resurrectionem et ascensionem. Quarto. tollendo timorem ab eis. vt gloriam christi toti mundo annuntiare possent. prius princeps apostolorum ad vocem ancille negauerat christum. Matth. xxvi. Quito. quia spiritusancto dato credentes in christum fecerunt maiora miracula in nomie christi q̃m christus fecerat Johannis. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet. et maiora horum faciet. et subditur. Quodcumq; petieritis patrem in nomie meo hoc faciam. vt glorificetur pater in filio. Sexto. quia in paucis per spiritũsanctum roboratis de mundo triumphauit. in duodecim pncipibus. et septuaginta duobus militibus. Bernard⁹. Licet magna et plane diuina fuerunt miracula que domin⁹ iesus gessit in terris. Hoc tamẽ super omia enituit. q̃ in paucis simplicibus totum mundũ. et sapientie eius altitudinem sibi subiugauit. Cum supra creaturam rationalem non videatur esse nisi creator. Non videtur q̃ potuit esse nisi a deo. q̃ timore mundano et hũano ab irascibili sublato a deo fortes effecti sunt. Facti enim sunt quasi omnipotentes. Bernard⁹. Nil omnipotentiam verbi clariorem reddit q̃m q̃ omnipotentes reddit qui in se sperant. Deniq; omnia possibilia sunt credenti. Paul⁹ Phylipẽs. 4. Omia possum in eo qui me confortat. Petrus potens fuit in celo. symonem volantem deijciendo. in terra cũ ad verbuz eius Ananias et Saphyra expirauerũt. Actuũ. v. Rationabilem docuit omnem veritatem pcupiscibilem inflammauit. et respectu dei et respectu pximi. Ad primũ pertinet donum timoris et fortitudinis. Ad secundũ donum sciẽtie consilij et intellectus. Ad tercium donuz pietatis et sapientie. Pietatis tante fuerunt vt pro salute proximi exponerent se morti et tantam esuriem et sitim summi boni habuerunt. vt per ignem et gladiuz ad illud ire vellent. Si solus deus potest hominem corrigere. ẽm illud Eccẽs. vij. Considera opera dei. q̃ nemo possit corrigere quẽ ille despexit. Quomodo potuerũt ita totaliter immutari. nisi a deo. In missione spiritussancti. specialiter accidit quod legitur. ij. Mach. pmo. Tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo. sol inq̃m iusticie.

Sermo .lxxxvi.

¶ Dominica Quinta. Sermo primus. In ordine. 86.

AMen amen dico vobis. Si quid petieritꝫ patrem in nomine meo dabit vobis. ꝛc. Johanis. xvj. ¶ In hoc euangelio primo saluator ad consolandū discipulos de discessu suo/virtutē sui nois eis indicat/ q̄ erat supletura eius p̄sentiā dicens. (Si quid petieritis patrem in noie meo dabit vobis/ Secūdo ad consolationem eorundem/ostendit statum discipulorum ante discessum suum/et missionem spiritussancti/et statum post. vt appareat q̄ eis expedit vt ab eis discedat/et spiritūsanctuz eis mittat. Ibi Usqz modo non petistis quicq̄ petite et accipietꝫ vt gaudiū vestrū plenum sit ꝛc. ¶ Tercio vero ponit euangelista quedam verba discipulorum/quibus apparet ignorantia eorum qui nō intelligebant que a domino dicebantur/nec intelligebant se non intelligere. ibi. Dicunt ei discipuli. Ecce nunc palam loqueris ꝛc. ¶ In secunda parte primo ostenditur imperfectio eorum et quantum ad affectum/et quantū ad intellectum ante discessionem/et missionem spiritussancti/ Secundo perfectio eorum accepto spiritusancto/imperfectō quantum ad affectum. ibi. Usqz modo non petistis quicq̄ in nomine meo/imperfectio quantum ad intellectum. ibi. Hec in puerbijs ꝛc. ¶ Perfectio vero quantum ad intellectum. ibi. Uenit hora cum iam non in puerbijs loquar vobiscū ꝛc. ¶ Perfectio quātum ad affectum ibi. In illo die in nomine meo petetis. (Si quid petieritis. scilicet aliquid qō/vere sit/vt est eternum (in nomine meo). id est meo nomine inuocato/vel in virtute nois mei (dabit vobis) ꝼm Augustinū. quia sancti p̄o se ipsis exaudiuntur/non p̄o omibus/ideo dicit dabit vobis. ꝼm Bedam. Jō dicit dabit vobis/et non dabit simpliciter/ q̄ si non eis p̄o quibus petimus dabit nobis/tamen p̄emium benignitatis nostre restituet/dicit Augustinus. q̄ non petitur in nomine saluatoris/quidquid petitur contra rationem salutis/ Qui autem in nomine eius petit. si non contra salutē suam petit accipit/quando debet accipere/quedam enim non negantur. sed vt cōgruo dentur tempore differuntur. (Usqz modo non petistis quicq̄) glosa Interli. confisi mee p̄sentie (in nomie meo) hoc est in virtute nominis mei/quod dupl'r. ꝼm Augustinū. potest intelligi/vel quia nomen eius sicut cognoscendū erat. non cognouerant/vel quia comparatione rei quā petere debuerant. p̄o nihilo habendum erat quod petierant qō erat transitorium/quasi nihil est transitorium comparatione rei permanentis (petite). id est petetis. hoc scilicet (vt gaudium vestrum sit plenum) ꝛ accipietis. vel sic (petite et accipietis) quod petitis. ita vt gaudium vestrum sit plenum. Augustin⁹ super Johannē. Hoc gaudium p̄fecto non est carnale sed spirituale/et quando tantum erit vt ei iam aliquid non sit addendū/procul dubio tunc erit plenum gaudium-quod fletu non miscebitur sicut p̄sens gaudium. Prouer. decimoquarto. Risus doloꝛe miscebitur (hec in puerbijs). id est enigmatibus et obscuritatibus (locutus sum vobis) Chrisostom⁹. quia obumbꝛata erant que dicta sunt ait. hec in puerbijs locutus sum. que sicut dicit Augustin⁹ Volent homines audire/et non intelligere. vnde dicit Victoꝛ. que vsqz modo vobis dixi quasi p̄uerbia sunt. id est obscura. sicut solent esse p̄uerbia/ que sunt dicta breuia. aliud in superficie verboꝛum/aliud in virtute sententiaruz habentia/ Basilius. p̄uerbioꝛū nomen in verbis vulgaribus habere consuetudo hominuz solet ea. que ex traductione antiquitatis loquuntur/ Sed hec vulgi opinio est et cōmunis/nobis autem puerbium est sermo vtilis habens aliquid vtilitatis in aperto/ Plurimū autē sensum p̄tegens in occulto. (Uenit hora cum iam non in puerbijs loquar vobiscum). id est non obscure Dicit autem hoc de tempore resurrectionis/vel de tempore post missionem spiritussancti. (sed palam de patre meo annunciabo vobis) scilicet tempore ante ascensionem. ꝼm illud Actuū. p̄mo/ Per dies q̄

draginta apparens eis/et loquens de regno dei./vel annunciabo mittendo spiritū sanctū./Beda. Illam horam significat qua peracta passione sua ac resurrectione/spiritussanct⁹ erat gratiam datur⁹/tunc eīm spūaliter int⁹ instructi omia que de agnitione diuinitatis a mortalib⁹ erant capienda ceperūt (in illo die) postq̄ vobis apparuero/vel spiritūsanctū misero (in noie meo petetis) in virtute scz nois mei. q̄si diceret. tunc equalitatem mei ad patrem ognoscetis/aliter nō petetis in noie meo. Victor. In illo die missionis spūssancti in noie meo petetis. credentes me deum esse/hoc est petite et impetrabitis quia in me deum creditis. (et non dico vobis q̄ ego rogabo patrem de vobis) immo vt deus idem cum patre exaudiam. Augustin⁹ sup iohannē. Inquantū hō p nobis interpellat patrem/inquantū deus est exaudit cum patre/et sic non est contrariuz quod hic dicitur ad illud .j. Joh. ij. Aduocatū habem⁹ apd patrē iesum xp̄m. rc. Illud enim referendum est ad humanitatem/istud ad deitatem/et bene dixi in illo die in nomine meo petetis patrē. scz (Ipe eīm pater amat vos) vnde accipiet⁊ quod ab eo petetis (quia vos me amastis ⁊ credidistis) hec dictio (quia (nota ē signi nō cause/Augustin⁹ super iohannē./quia ille amat/ideo nos amam⁹./Ipse eīm prior dilexit nos/p̄ma Joh. 4. Ergo hinc factum est vt diligerem⁹. quia dilecti sumus/vel sic non dico. quia ego rogabo patrem de vobis/ipse eīm pater amat vos (quasi diceret. non oportet eum rogare de vobis. quasi de inimicis/ipse eīm amat vos. ⁊ vulgariter dicitur/q̄ nō oportet multum rogare amicum p amico (quia vos me amastis). quasi diceret. ipse me diligentes diligit/id est in amicitia conseruat/⁊ gratiā eis augmētat (et creditis quia ego a deo exiui). per gnationē./et missus sum ab eo. Ecclesiastici. xxiiij. Ego ex ore altissimi prodij. Sichee. v. Egressus eius ab initio dierum eternitatis. (exiui a patre rc.)

Hic ostendit q̄ vera est fides eorum/Augustinus sic exponit hec verba/exij in q̄t a patre. quia de patre est/in mundum veni. quia suum corpus mūdo ostendit. q̄ de virgine assumpsit/reliquit mundum. corporali discessione pertexit ad patrem hominis ascensione/nec mundum deseruit presenti gubernatione. (Ecce nunc palam loqueris et prouerbiū nullum dicis). glosa Interli. Palam loqui estimant cum dictorū eius nequeant comprehendere misteria. Augustin⁹ super iohannem Illi vsq̄ adeo non intelligebant/vbi nec saltem se non intelligere intelligerent. (Nunc scimus quia scis omnia). Beda. in omel. aperte ostendit/quia loquens ad eos domin⁹ de hys maxime disputabat/que audire et que interrogare volebant/hoc preueniens. vltro offerebat. Nō merito illum scire omnia. quasi deum confitentur/apertum nanq̄ diuinitatis indicium est cogitationum nosse secreta. (et nō est opus vt aliquis te interroget) cum interrogatiōes nostras antequā interroge⁊ manifestes. Chrisostom⁹. Vides quātum ad id quod in mente eorum erat. Respondit. (In hoc credim⁹ quia a deo existi). id est, filius dei es/et a deo missus.

Augustinus sup iohannē. Preuidere cogitationes hominum deo magnum non erat/sed paruulis magnum erat/qui dicebant in hoc credimus quia a deo existi.

Possemus referre illud. Ecce nunc palā loqueris et puerbium nullum dicis/ad tria que dominus dixit eis/scilicet q̄ pater amabat eos/et q̄ a deo erat/et ad patrem ibat/et ad hoc exhilerati sunt/et ea intellexerunt. Facile enim intelligit quis quod audire diligit. Augustin⁹ super iohannem. Quod intelligenti est verbū nō intelligenti est prouerbium.

De eodem. Sermo secundus
In ordine. 87.

Amen dico vobis si q̄d petieritis ꝛc. licet sp orandum sit ꝑm illd Lu. j8. optet sp orare ⁊ nō deficere/ spēalr tñ tps orandi ē ab hac dñica vsq3 ad festum pēthecostes/ et de hys diebus qui sunt ante ascensionem/ hoc patet cum sint dies rogationum/ Preterea cuz scdm presentationem ecclesie/ Aduocat⁹ eius iturus sit ad curiam celestem/ temp⁹ est formandi petitiones/ In die etiam ascensionis temp⁹. temp⁹ orandi est/ Consueuerunt enim principes cum de nouo recipiunt terras suas/ liberalitatem suam ostendere/ et magna dona militibus suis dare/ In die ergo ascensionis. cum scdm representationē ecclesie rex regum. regnū suum recepit/ liberalitatem suam orantes exaudiendo ostendit/ In psalmo. Mirificauit dñs sanctū suū/ dominus exaudiet me cum clamauero ad eum/ Post ascensionem vero in oratione expectandus est spiritussanctus/ sicut primi de ecclesia fecerunt. Actuū. pmo./ Hy omnes vnanimiter perseuerantes erant in oratione/ cū mulieribus et maria matre eius/ et fratribus eius/ Preterea postquā dominus noster a terris ascendit in celum/ multiplicari debent nuncij ascendētes illuc ⁊ descēdentes. Genes. xxviij. Vidit iacob scalā/ ⁊ angelos ascendentes et descendentes/ Angeli id est nuncij ascendentes sunt fidelium orationes/ descendentes sunt diuine inspirationes et ꝯsolationes/ Glosa super illud. Intret in conspectu tuo oratio mea/ magna virtus pure oratiōis hic notatur/ que quasi quedam persona ad deum intrat/ et mandatum peragit quo caro peruenire nequit/ Cum igitur hoc tempus sit tempus orandi/ conuenienter in hac dominica recoluntur in ecclesia q̄dam verba a saluatore dicta/ ante eius ascensionem et spiritussancti missionem/ q̄bus modum orandi indicat/ et fidutiam impetrandi dat/ ⁊ ad orandum prouocat/ Primum pertinet ad vim rationabilem. Secundum pertinet ad vim irascibilem Tercium pertinet ad vim ꝯcupiscibilem Primū necessarium est ne fructum orationis impediat ignorantia/ Secundum ne eum impediat diffidentia/ Terciū ne eū impediat negligentia. vel pigricia/ Ad pmum pertinet illud Math. xx/ Nescitis quid petatis/ et illud Jacobi. 4. Petitis et non accipietis/ eo q̄ male petatis/ Ad scdm ptinet illud Jacobi. j. Postulet aūt in fide nihil hesitans/ Qui enim hesitat similis est fluctui maris. ꝛc/ Non ergo estimet homo ille. q̄ aliquid accipiat a deo/ Negligentia etiam impedit fructum orationis/ Unde legitur in vitas patrum/ q̄ quidam frater patiebatur molestiam a spiritu fornicationis/ et abijt sepe ad seniorē vt pro se oraret/ Cumq3 frequens oratio senioris eum non iuuaret/ domin⁹ nocte ostendit seniori negligentiam fratris esse in causa/ quare non exaudiretur/ Vidit enim senior monachum sedentem et spiritum fornicationis in diuersis formis mulierum ludentem apud ipsum/ ⁊ eum cum ipsis delectari/ Vidit etiam angelum dei astantem. et indignātem grauiter contra eundem fratrem/ quia non surgebat. nec prosternebat se in orationibus ante deū/ sed magis delectabatur in cogitationibus suis/ Cognouit ergo senior culpam fratris esse/ q̄ ipse non exaudiebatur pro eo/ et dixit fratri. Impossibile est discedere a te spiritum fornicatiōis alijs pro te orantibus/ nisi tu ipse laborem assumas in ieiunijs. in orationibus. in vigilijs rogans deum cum gemitu/ Augustin⁹ in libro de baptismo paruulorū. Adiutor noster dicitur deus/ nec adiuuari potest nisi qui sponte aliquid conatur/ Idem in libro de perfectione iusticie hominis/ non adiuuatur nisi qui ⁊ ipse aliquid agat/. Fiducia impetrandi datur in hoc quod dicitur. (Amen amen dico vobis/ Geminatio enim huius dictionis Amen fit ad confirmationem promissionis/ Simile Genes. xlj. Quod vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium/ firmitatis indicium est. Amen amen dico vobis. ego qui sum veritas. Johannis. decimo quarto. Et ideo non fallo/ cui nota est patris largitas. vnde non fallor/ cui siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. ꝛc/ Potest tamen intelligi illa geminatio facta contra duplicē deceptōez/ q̄ solz esse in pmittētib⁹/ freq̄nt em̄ accidit

q̄ non soluunt p̄missum vel diminute soluunt/ Dominus vero iuxta p̄missionem hic factam dat quod petitur/ & etiaz plus q̄ petitur vt ostendi potest multis exemplis/ Luce. j/ Dum zacharias oraret pro populo additum est ei de filio nasciturο. Unde dicit ibi. Exaudita est oratio tua. et uxor tua Elizabeth pariet tibi filium/ Isaye. xxxvij. hoc dicit dominus de rege assyriorum/ non intrabit in ciuitatem hāc et non iaciet ibi sagittam/ ⁊c̄. Sed cum hys additum est/ q̄ octoginta quinqz milia occisa sunt de exercitu eius/ Item salomon petijt sapientiam/ et addidit deus diuitias et gloriam. tercio. Regū. iij/ Jacobi. p̄mo. Qui dat omnibus affluenter/ Epbe. iij. Ei autem qui potens est omnia facere superabundāter q̄m petimus aut intelligimus/ ipsi gloria in ecclesia/ Item fiducia impetrandi datur in hoc q̄ dicit Petite et accipietis/ vt gaudiū vestrū plenum sit/ Ad formam vero petendi quam dominus indicat/ quinqz ptinent scilicet quid sit petendum/ a quo sit petendum/ quales petere debeant/ quomodo petendum sit et quibus/ Quid sit petendū ostenditur. cum dicitur. Si quid petieritis/ Ad idem pertinet illud. In nomine meo/ Et illud. gaudium vestrum plenum sit/ Petendum est aliquid quod sit solidū scilicet et permanēs/ non tempale transiens et fugiens Hieremie. 4. Aspexi terrā et ecce vacua erat/ et plena nihili/ nihili quoniā tpalia transeūt/ vacua quia nō replent sed inaniunt/ Bernard⁹. Si aliqd soliditatis haberent replerent. Eccs. v. Auarus non implebitur pecunia/ Luce. p̄mo. Diuites dimisit inanes/ Seneca. de delicijs/ non sunt solide. non sunt fideles. etiam si non nocent fugiunt/ Augustinus. O mūde imunde quid strepis/ quid auertere conaris. tenere vis fugiens. q̄d faceres si maneres/ Item petendum est nō salutem impediens/ sed ad salutem valens. et hoc est petere in nomine saluatoris/ in q̄ non petit q̄ diuitias petit que salutem impediunt/ p̄ma Thymo. vj/ Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem et in laqueum diaboli ⁊c̄/ Sap̄. xiij Creature in odium facte sunt/ et in tentationem anime hominū/ et in muscipulam pedibus insipientium/ Item non est petēdum bonum mininum. bonis et malis cōmune/ sed bonum summum quod cor implere sufficiat/ vnde cor plenum gaudiuz habeat. Augustin⁹. xv. libro de ciuitate dei/ Deserto bono bonorum proprio lapsus est factus ad bonorum minimū/ non bonis propriū. sed bonis malisqz p̄mune/ A quo est petendum ostenditur cum dicitur. Petieritis patrem/ Dulce est nomen paternum/ & naturale esse cognoscitur patrib⁹ vtilia filijs p̄uidere/ Luce. xj/ Cū dixissent discipuli doce nos orare/ Ait illis. cum oratis dicite/ Pater noster q̄ ⁊c̄. Bernardus. mihi dicatur oratio/ cuius p̄ncipium dulce. nomine paterno. sequentium petitionum obtinendarum mihi p̄stat fiduciam/ Luce. xj/ Si vos cum sitis mali. nostis bona data dare filijs vestris/ quanto magis pater celestis dabit spiritum bonum petentibus se/ et super illud Mat. vj/ Pater noster. dicit glosa. Quid negabit filijs/ qui iam dedit q̄ pater est/ Prouideat tamen qui petit. vt se filium ex hibeat non canem. ne audiat illud Mat. xv. Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus/ Quales petere debeant notāt cum dicitur. Amen amen dico vobis/ si quid petieritis in nomie meo dabitur vobis/ Hys enim qui sunt eis similes in christum credentes/ et eum amantes. fit hic p̄missio/ tales enim erant discipuli. sicut patet ex hys que sequūtur/ Pater inquit amat vos quia vos me amastis & credidistis quia a deo exiui/ Fides multum valet ad impetrandum. Math. xv. Sicut credidisti fiat tibi/ Eiusdem. xxj. Si habueritis fidem et non hesitaueritis ⁊c̄/ et omnia quecūqz petieritis in oratione credentes accipietis/ Dilectio etiam multum valet ad impetrandum/ vt hoc intelligamus de dilectione operis. non sermonis/ Johānis. xiiij/ Qui habet mandata mea/ et seruat ea ille est qui diligit me. p̄ma Johānis. v/ Hec est caritas dei vt custodiamus mandata eius/ Isydor⁹. Si id q̄ ds p̄cipit faciam? id q̄ petim⁹ sine dubio obtinem⁹/ Augustin⁹/ Citius exaudietur vna oratio obedientis/ q̄m

decem milia contemptoris. ꝓma Joh. iij. Si cor nostrum non reprehenderit nos/ fiduciam habem⁹ ad deum/ ꝙ quidquid petierimus ab eo accipiemus quia mandata eius custodimus/ econtrario qui declinat aurem suam ne audiat legem/ oratō ei⁹ erit execrabilis. Prouer. xxviij. Grego⁹ in dyalogo/ quid mirū si postulantes tarde a domino exaudimur/ qui ꝑcipientem dominū tardius aut nullo modo audim⁹?

¶ Ad malum suum diuicias habuit.q̄ gr̄am bene vtendi illis nō accepit/Ecc̄s.v. Est infirmitas pessima quā vidi sub sole.diuicie conseruate in malū domini sui. ¶ De diuicijs suis diues iste sibi fuit ꝓdigus/ꝓximo suo auar⁹/Circa se vsus est eis ad sup̄fluitatem/ꝓximo nō subuenit ad magnā necessitatē/cum domin⁹ esset ei largus. ipse domino in paupe fuit auarus/ideo fuit maledictus/Aug⁹.maledictus dispensator auarus/cui largus fuit dn̄s/Diuicijs suis vsus est ad sup̄fluū vestitum/ꝛ victū ¶ Vestes em̄ p̄ciosas habere voluit ad gloriam/qd̄ notatur ibi. (Induebat̄ purpura) Item molles voluit habere ad delicias/ad quod ꝑtinet(et bysso) qd̄ est genus lini candidi et mollissimi/ad victum superfluū ꝑtinet illud (ꝛ epulabat̄quot. splen.) ¶ Circa vestitum notandū ꝙ vestit⁹ multis de causis pōt esse rep̄hensibilis/Quādoqz ꝓpter sumptuositatē vel p̄ciositatē. Greg.in omel̄./Sunt nō nulli qui cultum subtilium p̄ciosarū qz vestium nō putant esse peccatū/ꝙ si culpa non esset nequaq̄ sermo diuinus tam vigilanter exp̄meret/ ꝙ diues q̄ torquetur apud inferos bysso indutus fuisset./Indignum est vili cineri fieri saccum purpureū/corpus nr̄m puluis est.et in cinerem r̄uertetur/vt quid ꝑditio hec/Indignum est cadauer putridum purpura inuolui/Cum p̄ciositas ornatus ꝓhibeatur mulierib⁹/.p̄ma Thy.ij. et p̄ma Pet̄.iij.patet hanc p̄ciositatē multo fortius esse rep̄hensibilē in viris/Secundo rep̄hensibilis est vestitus ꝓpter multitudinē/cum mutatoria tot habent̄ ꝙ a tineis comedunt̄/et xp̄s in paupibus nud⁹ remanet/Job. xxiiij. Nudos dimittūt homines vestimenta tollentes/tollere vel auferre dicunt̄ quibus ꝯferre tenentur scz paupibus/Hiero. Aliena rape ꝯuincitur/ qui vltra necessitatē sibi retinere ꝯprobat̄. Bern̄. clamant nudi. clamant famelici et ꝯquerunt̄/et ponit verba ꝯquerentiū.nobis inquit fame et frigore miserabiliter laborantib⁹/q̄d ꝯferunt tot mutatoria vl̄ extensa in particis/vel plicata in manticis/ nr̄m est qd̄ effunditis/nobis crudelit̄ subtrahitur qd̄ inaniter expendit̄/Jacobi.v. Agite nunc diuites/plorate vlulantes in miserijs que veniunt vobis/Diuicie nr̄e

putrefacte sunt. vestimēta vestra a tineijs comesta sunt. Tercio ꝓpter studiosam curiositatē. Gregori⁹. Nemo estimet i fluxu atq; studio p̄ciosarū vestium peccatū de esse quia si culpa nō esset nullo mō domi⁹ iohannē de vestimenti sui aspitate laudasset. Quarto ꝓpter indecentiā. vt cum nō est vestitus ꝑm statum persone sicut cum clericus militarē vestitū vult habere vel religiosus secularē vel vir femineū. Sophonie. j. Visitabo sup viros indutos veste peregrina vestis pegrina est que nō est ꝑm statum psone. Deutro. xxij. Non induetur mulier veste virili nec vir vestiet̄ veste feminea. Quinto ꝓpter gloriosam ostētationem. Ecc̄i. ix. In vestitu ne glorierꝫ vnq̄ꝫ. Greg. in omel'. Nemo vestimenta precipua nisi ad inanem gloriā querit vi delicet vt honorabilior ceteris esse videatur nam q̄ ꝑ sola gloria inani vestimētū preciosius queritur res ipsa testatur quia nemo vult illic p̄ciosis vestib⁹ indui. vbi ab alijs non possit videri quā culpam possumus melius. etiam e diuerso colligere quia si abiectio vestiti virt⁹ non esset euāgelista de iohanne vigilanter nō diceret. erat vestitus pilis camelorum. Sexto ꝓpter presumptionem. ex vanitate enim vestis p̄sumitur vanitas mentis. Ecc̄i. xix. Amictus corporis ꝛc̄. enunciant de illo. Septimo ꝓpter anticipationē dei em̄ ordinatione prius oportet nos esse pannosos quantū ad corp⁹ q̄m gloriosos. Luc̄. p̄mo. Hoc vobis signum inuenietꝫ infantem pānis inuolntū. Phyl'. iij. Qui reformauit corpus humilitatꝫ nostre Zach. iij Dicitur de iesu magno sacerdote auferte ab eo sordida vestimenta et induite eum mutatorijs. (Et epula. quot. splendide.) Notādum q̄ in cōuiuijs est aliquando splendor ꝯmendabilis aliquādo reprehēsibilis. ꝯmendabilē facit hylaritas caritatis vel pietatis de quo Ecc̄i. xxxi. Splēdidum in panibus benedicent labia multorum. Roma. xij. Qui miseretur in hylaritate. scd̄a. Cor. ix. Non ex tristicia aut de necessitate hylarem em̄ datorem diligit deus. Splendor rep̄hensibilis est immoderate delectabilitatis vt cum querit̄ ibi. delectabilitas. non solum ꝑm gustum sed etiā ꝑm visum vt in colore vini. Prouer. xxiij. Ne intuearis vinum quādo flauescit in vitro. Attenditur etiā splendor iste. non solum quantū ad fercula sed etiā quantū ad vasa aurea vel argentea vel superflua luminaria quantū ad cenā. Splēdide epulātur. qui plus expendunt ad pascendū oculos hominū q̄m ad pascendū ventres. Bernard⁹. Videte quale sit hoc de fraterna portione pascere oculos vestros. Vita vestra cedit vobis insupfluas copias vestris necessitatib⁹ detrahit̄ q̄d quid accedit vanitatibus vestris. (Erat quidam mendicus) Hic ostenditur impietas diuitis et tangūtur septem que ei⁹ peccatū aggrauant. Primū est q̄ erat vn⁹ Si enim plures fuissent posset dicere q̄s tot pauperibus sufficeret dare hoc ꝑtinꝫ ad illud. Quidam. Secundum est q̄ erat mendic⁹ in quo datur intelligi paupꝫtatis magnitudo. Tercio q̄ iacebat ad ianuaꝫ eius vt diues dicere non posset nō vidi. in augulo fuit aspicere nō potui. Grego. in omel'. haberet aliquā excusationē forsitan diues si lazarus pauper et vlcerosus ante eius ianuam nō iacuisset si remotus fuisset si eius inopia non fuisset oculis importuna. Quartum est q̄ erat vlcerib⁹ plenus. Si non mouisset eum ad ꝯpassionē paupertas poterat eum mouere magna infirmitas. Non em̄ solum ore clamabat ad diuitē sed etiam toto corpore. Petr⁹ rauēnenꝭ. auribus diuitis obturatis nihil esset vox vnius clamantis. Unde domin⁹ ad apiendum cor eius totū corpus pauperis vulneribus aperuit vt quot essent vulnera tot essent ora clamantia. Idem purpura et bysso mollib⁹ vestimētis et epulis blandis. crudelis anima viscera ferrea nutriebat q̄ domin⁹ humane salutis auidus inq̄sitor cupiēs emollire. ꝓiecerat aū ianuā toti⁹ pietatꝫ ꝯflatoriū scꝫ lazaꝝ. Cōflatoriū dixit ꝓpter ferrea viscera sed p̄t dicere illd̄ Hiere. vi. Frustra ꝯflauit cōflator. Quintū est q̄ paupi vilia suffecissent. nō quesisset p̄ciosa vel delicata. qd̄ notat̄ ibi (Cupiens saturari de micis ꝛc̄.) Pauperē nō decent delicie. Aug⁹ de verbis dn̄i. Non cogātur diuites pauperum cibis vesci. vtant̄ ꝯsuetudine infirmitatis sue et doleant se aliter sustentari nō posse qꝛ si ꝯsuetudinē mutāt egrotāt.

edant supflua. dent paupibus necessaria/ edant pciosa. dent paupib⁹ vilia/ ⁊ quidē paupeꝝ sunt reliquie. nō delicie. nō oblectamēta sed fragmēta/ non est mirū si quis non velit dare que multū constant/ sꝫ hoc est mirū negare deo panē in paupere Job xxij. Aquā lasso non dedisti/ et esuerienti subtraxisti panem. Sextū est impietas familie diuitis. ad qd ptinet illud (et nemo illi dabat) Impi⁹ dñs impiā habet familiam Eccī. x. Sꝫm iudicē ppli. sic et ministri eius. Septimū est ꝙ canes diuitis mitiores fuerūt paupi qm diues/ de quo ibi. (sed canes veniebant) Petrus rauen. Canes paupis vlcera curant. magisterio nature/ diues pauperē negligit accusāte natura. Idem diues micior fuit canibus suis qm paupi/ Canes em̄ aliqñ pinguia/ sꝫ nec micā de mensa eius paup recepit/ Math. xv. Nam ⁊ catelli edunt de mēsa dñoꝝ suoꝝ. In eisdē verbis attende quattuor que faciunt ad magnitudinē miserie paupis. Primū est tanta pauptas vt micas habere nō valeat. Scdm est tanta infirmitas vt nulla pars eius vlcere careat. Terciū est visa diuitis copia. Quartū est ꝙ nulla ꝯsolatio inde est accepta. Grego. in omel'/ Quāt⁹ putam⁹ fratres carissimi tunc in corde paupis tumult⁹ tentantōis fuit/ cui certe ad penam poterat sufficere pauptas ⁊ si san⁹ fuisset/ rursum suffecissꝫ egritudo etiā si subsidiū adesset/ sed vt ꝓbaretur ampli⁹ paup/ simul hunc pauper tas et egritudo tabefecit/ atqꝫ insup videbat ꝓcedentē diuitem obsequētib⁹ ꝯfulciri/ et se in infirmitate et inopia a nullo visitari. Seqtur (factū est āt vt moreret ꝛc.) Hic ostendit finis vite/ et attēde ꝙ ei cui defuerat ꝯsolatio humana/ parata fuit cōsolatō angelica. Petr⁹ rauañ. merito pauperi ꝑparant officia angelica/ cui tam crudeliter denegata fuerant humanitatꝫ obsequia. Idem nō dedignant portare eum angeli. cui ꝑus ministrabāt Heb. ij. Omnes sunt administratorij spūs/ Qui nō hñt equos in hac vita/ āgelos hñt portitores in morte/ Qui vidisset pauperē in illa vita misera/ reputasset eū infidelem. et deo exosum. omni bono indignū/ qui tñ dignus erat regno celesti/ quē de⁹ in morte. se tm̄ diligere ostendit. ꝙ ad eius obsequiū angelos misit/ lazar⁹ fuit margarita in sterqlinio latens/ sicut dicit Gregori⁹ de romula que in simili statu fuit/ Latebat inqt in sterquilinio margarita dei/ sterquilinium fratres hanc corruptionē corpis appello/ sterquiliniū abiectionē pauptatꝫ nomino/ Assumpta ē ergo margarita q̄ iacebat in sterquilinio/ et posita est in celestis regis ornamento. ecōtrario/ Qui vidisset diuitem in illa ꝓspitate/ reputasset eū felicē et dilectum a deo/ et tamē deus habebat eū odio ad mortem. Iam erat adiudicat⁹ patibulo infernali. In psalmo p⁹ illd. promptuaria eoꝝ plena/ ⁊ cum subdit. Beatum dixerūt populū cui hec sunt/ sed subditur veritas diuini iudicij. Beat⁹ popul⁹ cui⁹ dñs deus eius (Mortu⁹ est aūt et diues ꝛc.) Nō vnica morte est mortu⁹. sed triplici. Prima est culpe. qua separatur anima a deo. j. Thy. 4. Vidua. id est anima a xp̄o separata in delicijs viuens mortua est. Secunda est nature q̄ separatur anima a corpe et de qua hic. Tercia est gehēne qua separatur anima a gloria. Apoc. xx. Missi sūt in stagnū ignis. hec est mors scda (⁊ sepultus est in inferno) in ꝓfunditate em̄ penarum positus est. Apoc. xviij. Quantū glorificauit se in delicijs. tantū date ei tormētum et luctum. Nota bonoꝝ mortē esse quasi quandā portam ꝑ quā transitur ad gloriā. ecōtrario/ Mors peccatoꝝ q̄ pessima est/ quasi quedā porta ꝑ quā transit ad gehennā. Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos/ et in puncto ad inferna descendunt/ De sepultura corpis nō loqtur hic domi⁹. quia quantūcunqꝫ sit illa honorabilis/ tñ parum ꝓdest ei cui⁹ anima sepelit in inferno. Sepultura reprobi ē vt sepultura asini. de qua Hiere. xxi. Sepultura asini sepelietur. Sepultura asini talis est domi⁹/ pellem retinet/ et vermes carnes comedūt/ ossa ad pluuiā et grandinē remanēt/ sic bona exteriora que ꝑ pellem intelligunt filij et quandoqꝫ dñs terrenus. Vermes carnes retinēt/ ad litterā q̄ carnes comedūt. Aīa q̄ ꝑ puersitatē ossibus ꝯpatur/ pluuie ⁊ grādini infernali assimilat. De hac sepultura exponit illd. Eccī. x. Cū morit homo hereditabit ꝑpentes/ scꝫ infernales q̄ntū ad animā et bestias/ scꝫ filios vel dños t̄renos vastātes hereditatē ⁊ vermes q̄ corp⁹

comedũt. Eleuans aũt oculos) hic osten
ditur status eoꝝ post mortem / ⁊ attendit
hic tria. scz statuũ mutatõnẽ / vindictã di
ꝯgruentem / p̃sumptionẽ diuitis ꝑseuerã-
tem. Circa p̃mũ nota ꝙ diues qui sole-
bat esse supra fuit infra / qd̃ notat̃ ibi. Ele
uans oculos). Prouer. xix. Suꝑbum seq̃
tur humilitas. i. deiectio / et humilem spũ
suscipiet gloria / q̃ oculos suos statuerat
declinare in terram / nũc tarde eos eleuat /
oculos / quos clauserat culpa. iam aperue
rat pena. Grego. Oculos culpa claudit
pena aperit. Item erat in tormẽtꝫ. qui so-
lebat esse in delicijs / qui in vita sua bona
recepat / nũc mala sua recipiebat. Grego.
in omel. Si qui estis qui in hoc mũdo ali
quid exterioris boni accepistꝫ / ip̃m vt ita
dicam donũ exterius ꝑtimescere debetis /
ne vobis ꝓ quorũdã vestroꝝ actuũ recõ-
pensatione sit datum / ne iudex q̃ bona ex-
teriora restituit. a retributõe boni intimi
repellat. Item mendicabat. a quo solebãt
alij mẽdicare. O quã graue erat sustinere
cruciatũ. ei qui assueuerat delicijs / ⁊ deie-
ctõnẽ ei qui fuerat in honore / ⁊ tantã indi
gẽtiam ei q̃ fuerat in tanta abundantia.
Multum esset conandũ hijs qui honori
bus et diuicijs assueuerũt vt saluarẽtur /
intolerabile em̃ erit eis carere. et ꝯtraria
sustinere. Ecõtra lazarus erat supra ꝛc. in
delicijs / et eius beneficiũ querebat̃. Cir
ca scd̃m notandũ ꝙ diues spẽaliter in lig
ua memorat̃ cruciari / qꝛ in ligua peccaue
rat. Sap̃. xi / per que peccat quis ꝑ hec et
torquet̃. Petr⁹ raueñ. Si iam te possidet
totum. ignis inferni / q̃re solius lingue de
sideras estib⁹ subueniri / an qꝛ lingua ma-
gis vritur. magis ardet qua paupi insul-
tauit / qua misericordiã denegauit / et prece
dit ad iudiciũ que precessit ad peccatum /
et p̃mo degustat cruciat⁹ que cibos p̃ci-
osos ⁊ odorata pocula degustauit / Chris
vbi peccatũ ibi pena. Greg. Quid est ꝙ in
tormentis posit⁹ diues linguã suam refri
gerari postulat / nisi ꝙ is qui ꝯuiuãdo ma
gis de loquacitate peccauerat / ꝑ retribu-
tionis iusticiam in lĩgua atroci⁹ ardebat /
s̃m sensum allegoricũ. ꝓut diues sig̃ficat
populũ iudaicũ. dicit Grego. in omelya.
Infidelis populus verba legis in ore te-
nuit / que seruare ꝯtempsit / ibi ergo ampli
us ardebit / vbi se ostendit scire quod face
re noluit. Item qui micas lazaro non de-
derat / guttam aque nõ accipit quã postu
lat. Gregori⁹. Diues ille qui mense sue mi
nima dare noluit / in inferno vsqꝫ ad mini
ma querenda peruenit / nam guttam aque
petiuit. qui micam panis negauit. No
tabile vero est ꝙ guttam aque petiuit sup
digitum lazari qui fuerat vlcerib⁹ plen⁹ /
tunc nõ erat ita indignãtis nature vt esse
solebat / mille anni sunt. ꝙ eam pecijt ling
ua eius. et adhuc igne cruciatur / nec tamẽ
adhuc obtinuit. nec vnq̃ꝫ obtinebit. Pro
uer. xxviij. Qui despicit dep̃cantẽ sustine
bit penuriã. Eiusdẽ. xxi. Qui obturat au
rem suam ad clamorẽ pauperis / clamabit
et nõ exaudiet̃ ipse. ꝑterea s̃m Greg. Tor-
quebatur in gloria lazari quẽ habebat de-
spectui. Item in timore damnatiõꝫ fratꝝ
quos amauerat ꝯtra deum / sic torquebũ-
tur prelati solicitudine et timore nepotũ
vel ꝯsanguineoꝝ / quos male amauerũt
Circa terciũ attende p̃sumptionẽ diuitꝫ
qui abraam patrem vocat / a quo tamẽ de
generauerat. Petr⁹ raueñ. Si pius / si ho-
spitalis in pauperẽ fuisses. fili⁹ abrae esses
Qui generatoris opera nõ facit / negat ge
nus dicente dño. Si abrae filij estis. ope
ra abrae facite Joh. viij. Misericordiam
postulat qui sine misericordia fuerat / q̃si
nesciens illud Jacobi ij. Judiciũ sine mi
sericordia fiet ei. qui nõ fecit misericordiã
Item attende impietatẽ diuitis adhuc ꝑ
seuerãtem / qui lazarum dum viueret reli-
quid miserum / nunc iterũ vult eum effice
re miseꝝ / vult em̃ eum facere redire ad mi
seriam seculi / Fleuit dñs lazarum suscita-
turus. Johis. xi. qui ad miseriam hui⁹ se-
culi erat eum reductur⁹. petit diues laza-
rum sibi mitti / petit eum mitti ad fratres
suos. sic vult pauperẽ vexare. Sicut diui
tes ꝯsueuerunt in hoc seculo paupes vex
are. Item ꝑseuerat diuitis stulticia / q̃ mor
tuo putat magis esse credendũ / q̃m viuo
⁊ q̃m legi dei. Sic saul ꝑ phitonissam pe
tijt suscitari samuelẽ quem volebat consu
lere. j. Regum. xxvij. Et notandum ꝙ
diues qui in vita sua p̃dicationẽ despexe
rat / postq̃ꝫ sensit tormenta inferni ꝓ predi
catione zelare videtur / petit enim ad fra-
tres suos lazaruꝫ mitti / qui tormenta illa

nũciet eis. Sic multi sunt vsurarij ⁊ alijs vicijs irretiti/qui ad p̄dicationem venire nolunt/qui si illa tormenta sensissent. ipsi met p̄dicatores fierent. Item notandũ ꝙ hoc exemplum est speculum et diuitũ et pauperꝝ. Si diues es ⁊ diuicijs ad gloriam et delicias vteris/et pauperib⁹ auarus. et parcus existis/finem ad quẽ deuenit diues iste ꝯsequeris/eadem via ad eũdem finem ducit. Si vero iuxta facultatem tuam pauperib⁹ misericors fueris/solacium habebis/ꝙ abraam qui hospitalis fuit erat in requie. Gregorius in omelia. Verba lectionis sacre debent nos instruere ad implenda mandata pietatis/quottidie lazarum si nos querim⁹ inueniem⁹/quottidie si non lazarum querim⁹ cernimus/ecce importune pauperes se offerũt rogant nos/qui tunc ꝓ nobis intercessores veniant/certe nos omnino rogare debuimus et tamen rogamur. Videte si negare debem⁹ quod petimur quãdo patroni sunt qui petunt. Item Gregori⁹. Dum pauper rep̄hensibilis cernitur/moneri debet. ⁊ despici non debet. Si vero rep̄hensionis nihil habet/venerari summopere sic intercessor debet/sed ecce mltos cernim⁹. q̄s cui⁹ sit meriti nescimus. Omnes ergo venerandi sunt/tantoqꝫ necesse est vt omnibus te humiliare debeas/quanto quis sit christus ignoras. Idem quando iacenti in terra porrigitis/sedenti in celo datis. Si pauper es attende finem pauperis/vt in pauptate tua solaciũ habeas/sciens ꝙ pacientia pauperum nõ peribit in finem/ille tristem vitam pertulit et ad letam mortem ꝑuenit. Sapiẽs. Non qd̄ situm est ante oculos sufficit intueri/rerꝝ exitus prudentia metitur.

Dominica.II. Sermo.
In ordine.96.

Homo quidam fecit cenam magnã/Luc. xiiij. ꝑm Gregoriũ. Hec cena magna est sacietas interne dulcedinis/quam nobis deus prepauit/et vocatur cena nõ prandium/quia post cenam nullum cõuiuium restat/sed post prandium restat cena. Prandium ergo est refectio spiritualis q̄ habetur in presenti/de qua agitur Mat. .xxij/cena vero est refectio prepata in fine seculi. de qua hic agit̄. Et vocauit multos) sed pauci veniunt/quia non nunquã ipsi qui ei per fidem subiecti sunt/eterno eius conuiuio male viuendo ꝯtradicunt/(et misit seruum suum) glo. Interli/predicatores qui dicunt̄ seru⁹ singulariter/ qꝛ in idem ꝯueniunt (hora cene). id est vltima etate scꝫ in fine seculi/p̄ma Corinth. .x. Nos sumus in quos fines seculi deuenerunt/p̄ma Joh. ij. Scim⁹ quia nouissima hora est (dicere). id est ad dicẽdũ. inuitatis per legem et ꝓphetas (vt venirent) vt scilicet repulso fastidio ad gustandam cenam se preparent (quia iam parata sunt omnia). Immolato enim christo introit⁹ regni patet. (et ceperunt omẽs) glosa Interli. qui venire noluerunt et est dictũ pro maiori parte/sicut dicit̄ ꝙ omnes vadũt ad bellum/cũ tamen multi remaneãt (Excusare) Glosa. Excusat omnis qui terrena plusq̄m celestia diligit/et si ad celestia se tendere dicat (villam emi). id est dominatum multo labore. ad quisiui/vel infelici cõmertio scꝫ precio anime mee/vel precio regni celestis compaui/hanc villam lucifer emit/qui pro dominatone quã appecijt regnum eternum amisit. (⁊ necesse habeo exire) a mei consideratione/⁊ ab eternorum ꝯtemplatione. Supbus extra se est/vnde sup illud Joh. vj. Eum qui venit ad me non eijciam foras. Glosa humilis foras non eijcitur/quod est tantũ supbi. qui nihil habet in bono interiori/nec hic nec in futuro. (et videre illam). id est studium meum. ad illam applicare (Rogo te habe me excusatum) Gregori⁹ in omel. Dum dicit rogo te habe me excusatũ. humilitas sonat in voce/dum venire cõtemnit. superbia in actione. Augustinus In empta villa dominatio notatur. et superbia. Seq̄tur. (iuga bouum emi. quinqꝫ) hec excusatio refertur ad ꝯcupiscentiam oculorum. vnde curiositas ꝓcedit/ꝑ quinqꝫ boues intelliguntur q̄nqꝫ sensus/qui versantur circa terrena/sicut boues ꝟsant terram. Juga vero dicuntur qꝛ instrumẽta sensuum cõbinant̄/due enim aures sũt/⁊ duo oculi/due nares/Duo etiam instrumenta gustus lingua ⁊ palatum/Due manus quib⁹ maxime fit tactus. Juga ergo

boum ille emit/qui seruituti quinqz sensu um curiosorum. cum labore et expensis multis. ⁊ damno regni celestis. se subiicit/ Gregori⁹. Quia sensus corporales intima comphendere nesciunt/sed sola exteriora ꝓgnoscũt/recte per eos curiositas designatur/que dum alienam vitam querit discutere. semper sua intima nesciens studet exteriora cogitare/Augustin⁹. Secund⁹ ostendit iuga q̃nqz. id est q̃nqz sensus corporis/qui nihil intelligit inuestigandum nisi. que per bos administrant. et ideo inuitantes ad cenam supernoꝝ. non seq̃tur. ¶ Seq̃tur (et eo probare illa) Gregorius. ipsa excusantis verba. a vicio sui significatione non discrepant/dum dicit eo probare illa/quia aliquando ꝓbatio ad curiositatem primere solet (vxorem duxi) Augustin⁹. ¶ Tercius vxorem ducit quia voluptas carnis multũ impedit. Gregori⁹. Quid ꝑ vxorem nisi voluptas carnis accipitur. Nam quãuis bonum sit cõiugiũ. ad ꝓpagandam sobolem diuina prouidẽtia constitutũ/non nulli tamẽ per hoc nõ fecunditatem prolis. sed desideria expetunt voluptatis/idcirco per rem iustam significari potest. non incõgrue res iniusta. (et ideo non possum venire) Insinuatur ꝙ voluptas carnis valde sit efficax impedimentũ salutis/Gregorius. de hys trib⁹ impedimentis simul/dum hunc terrena cura occupat/illum alieni actus sagax cogitatio deuastat/Alteri⁹ etiam mẽtem voluptas carnis inquinat/fastidiosus quisqz ad eterne vite epulas non festinat/ ¶ et reuersus seruus ꝛc.) ¶ Sciendum ꝙ sicut predicatores cum ꝓficiunt/ad deum redeunt gratias agendo/sic cum obstaculum inueniũt quasi ei renunciant/consilium et auxiliũ eius implorando (tunc iratus ꝛc.) Loquitur de deo more hominis/ in quẽ motus non cadit/Sed dicitur irasci/quando facit opera que congruũt irato. Isaye. xxviij. Irascetur domin⁹ vt faciat opus suum/peregrinũ est opus eius ab eo/punitio videtur esse opus peregrinum ab eius mansuetudine ¶ Exi cito in plateas). id est ad eos qui sunt in via lata et spaciosa que ducit ad mortem/Math. vij. qui vt dicit Augustin⁹/ Dagantur ꝑ campos licencie. putantes licitum esse q̃d quid est libitum. (et vicos ciuitatis). id ẽ ad illos quos temporaliũ coartat inopia/ (et pauperes ac debiles cecos ꝛc.) ceci et claudi vocantur et veniunt/quia infirmi quiqz. atqz in hoc mundo despecti/plerũqz tanto celerius vocem dei audiunt/quãto in hoc mundo non habent. vbi delectẽtur/vel per hec quattuor genera hominũ. intelliguntur peccatores humiles. Glosa ¶ Notandum ꝙ sicut peccatores fuerũt qui venire noluerũt/ita peccatores sunt qui veniunt/sed superbi peccatores despiciũtur. humiles eliguntur/Gregori⁹. Pauperes debiles dicuntur. qui suo iudicio a pud semetipsos infirmi sunt/nam pauperes quasi fortes sunt qui positi in paupertate superbiunt/ ¶ Ceci sunt. qui nullum ingenij lumen habent. ¶ Claudi. qui rectos gressus in operatione non habent. intelligẽ hoc. vel simpliciter/vel sui reputatõne ¶ Exi in vias et sepes) Glosa. cum de vicis ⁊ plateis vocat/iudeos significat/qui tenere legem sub vrbana vel vmbrana cõuersatione nouerant/ cum de vijs et sepibus vocat. agrestem populũ gentium significat/alia Glosa. mittit ad vias cum illos vocat. qui iam in bone volũtatis tramite constituti sunt/nullis cupiditatibus temporaliũ occupati/ Mittit ad sepes. cũ illos vocat/qui culta ab incultꝝ se cernũt et cursus arcent bestiarum/id est bona a malis distinguunt. et munimen fidei aduersus dyaboli temptamẽta obtendũt (et compelle intrare) hanc compulsionẽ facit aduersitas. Gregori⁹. Mala que nos ꝟ premũt ad deum nos ire compellunt (vt impleatur domus mea.) glosa. Interi. numerus ꝓdestinatorũ. fidelium/qui numerus inexpletus nõ remanebit. (nemo virorum illorum) excusantium (gustabunt cenam meam) Glosa. Etiam qui per seram penitentiã aliquando intrare querãt/ Unde dicit fatuis virginib⁹/ Amen dico vobis nescio vos. Math. xxv. Nemo ergo vocatus excuset (. Homo quidam fecit cenam magnã) In hac pabola tria nobis ostendũtur. scilicꝫ dei liberalitas/ hominum peruersitas/et sequela peruersitatꝫ/ scilicet damnum pueniens ex ea/Dei libe

ralitatem ſex oſtendunt. Primum eſt huius cene notificatō. Secūdū eſt cene magnitudo ibi. Cenam magnam. Tercium eſt illorū qui vocati ſunt. multitudo ibi. Vocauit multos. Quartū eſt. q̄ nolentib⁹ venire ad cenā irat⁹ eſt ibi Tunc iratus pater familias. Quintū inſtantia quā fecit in uocando. Plures enim et ad plura loca mittit p cōuiuis habendis. Sextum eſt compulſio. de qua ibi. compelle intrare. Peruerſitatē hominū oſtendit triplex excuſatio quā vocati ad cenam faciunt. Dānum ſequens. ex hac puerſitate oſtēditur ibi. Dico vobis q̄ nemo virorū illorum q̄ vocā. ſunt gustabūt cenā meā. Circa p̄mum notandum q̄ auarus cum facit conuiuium occultat illud. ſed deus ex libera litate ſua cenam ſuam vult omnib⁹ notā fieri. Uñ ipſe et per ſe et per ſeruos ſuos nunciat eam. De ea multum locuti ſunt ſancti Iſa. xxv. Hic legitur faciet dom⁹ exercituū omnib⁹ populis in monte hoc. conuiuium pinguium. conuiuium vindemie. pinguium medullatorū. vindemie defecate. In pinguedine intellige gaudij plenitudinē. Joh. xvi. Petite et accipietis vt gaudiū veſtr̄ plenum ſit. In medulla que infra oſſa abſconditur gaudij ſecuritatē. In eodem. Et gaudium veſtrū nemo tollet a vobis. In defecate. gaudij puritatē. hic dolore riſus miſcetur. Prouerbi. xiiij. Sed ibi auferet dom⁹ omnē lacrimam Iſa. xxv. De hac cena loquitur etiā Iſay. lxiij. Oculus nō vidit deus abſq̄ te que parasti expectātib⁹ te. Item Eiuſdē. lxv. Serui mei comedūt et vos eſurietis. De hac cena locutus eſt Dauid. Saturabor cum apparuerit gloria tua. Item q̄ magna multitudo dulcedinis tui dñe. r̄ p̄ma Corinth. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit que prepauit deus diligentib⁹ ſe. De hac etiā loquitur dominus hic. Item Luce. xxij. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. vt edatis et bibatis ſuper menſam meā in regno meo. Circa magnitudinē huius cene notādum q̄ hec cena magna eſt diuturnitate. q̄ eterna Iſaye. lxv. Gaudebitis et exultabitis vſq̄ in ſempiternum. In eodem. Exulta bo in hieruſalem. et gaudebo in populo meo. et non audietur in ea vox fletus vltra. Eiuſdem. lj. Venient in ſyon laudantes et letitia ſempiterna ſuper capita eorum. Item magna eſt quantum ad conuiuas. Nulli enim conuiue erunt. ibi. niſi magni. Unde dixit dominus Auguſtino cib⁹ ſum grandiū. Geneſ. penultio. Aſer pinguis panis eius. et prebebit delicias regibus. Aſer interp̄tatur beatitudo. ſoli reges delicijs eterne beatitudinis fruentur. Magna eſt etiam cena illa quantum ad ea que parata ſunt. Multa enim r̄ magna valde delectabilia. et cum magnis expenſis ſunt parata. Vere fercula multa erunt in cena illa. Nihil enim erit ibi. q̄ō non paſcat. quod refectioni non deſeruiat. Unus enim in gloria alterius delectabitur. et non ſolum in propria p̄pter mutuā caritatem. que cōmunicabit omnia. licet ſufficiat ſeruo. ſi ſit ſicut dom⁹ eius. tñ cena illa p̄pter ſeruos ampliata eſt. vt ferculo diuinitat̄ ſit additum ferculum humanitat̄. Caritas enim patris filium in carnari fecit. vt electi non ſolum delectentur in eius deitate. ſed etiam in aſſumpta humanitate. quam partem glorie oſtendere voluit in ſua tranſfiguratōe. Math. xvij. et Marci et Luce. ix. Fercula huius cene figurata ſunt. Numeri. xiij. In fructibus quos attulerunt exploratores de terra promiſſionis. que fuerunt ficus vua et malogranata. In ficu intellige dulcedinem diuinitat̄. Prouerbio. vicesimo ſeptimo. Qui ſeruat ficum comedet fructum eius. et qui cuſtos eſt domini ſui glorificabitur. In vua chriſti humanitatem. in torculari crucis exp̄ſſam. In malogranatis ſanctorum ordinatam ſocietatem. ordinate enim ſe habēt grana in malogranato. Item magna ſunt fercula huius cene. Unum em̄ ferculum eſt quod ſolum ſufficer̄. Johānis. decimo q̄rto. Domine oſtende nobis patrem et ſufficit nobis. In vno ferculo omnia adminiſtrātur. vnde dom⁹ dixit Exo. xxxiij. Ego oſtēdam tibi omne bonū. omne bonū adminiſtrabitur in illo. qui erit omnia in omnibus. j. Corinth. xv. Item valde delectabilia parata ſunt. Delicias enim quibus ab

etno ds est beat⁹. seruis suis in cena illa
ꝯmunicabit/cum ad seruos non videant
pertinere delicie/ex mira liberalitate est
ꝙ dei maiestas seruis tantas delicias ve
lit ꝯmunicare. plus sunt delicie ille respe-
ctu deliciarum que sunt in mundo quas
dei inimici lingunt/q̄m sit mare respectu
vnius gutte aque/Bernardus. Illud est
verū et solum gaudium quod non de cre-
atura sed de creatore concipitur/quod cū
possederꝫ nemo tollet a te/cui comparata
omnis aliunde iocunditas meror est/om
nis suauitas dolor est/omne decorum fe-
dum. omne postremo quodcūqꝫ delecta-
re possit molestum/tales sunt delicie illi⁹
cene ꝙ inuitatio ad eas beatuꝫ reddit. A
pocalipſ. xix. Beati qui ad cenam nupti-
arum inuitati sunt. Item esuries huius
cene beatum efficit. Luce. vj. Beati qui
nunc esuritis quia saturabimini. Solus
odor huius cene quem sentiunt sancti in
p̄senti/preualet gaudio mūdi. Item mag-
nis expēsis parata est ista cena quia mor-
te christi/tanta est delectabilitas hui⁹ ce-
ne/ꝙ sancti qui p̄gustauerant de suauita-
te illa mortem non reputabant qua ad ce
nam se ꝑuenire sperabant/ad Roma. viij
Non sunt condigne passiones hui⁹ tem-
poris ad futuram gloriā que reuelabitur
in nobis. Item magna est cena ista quan-
tum ad ministros/ministrabit enim ibi fi-
lius dei. Luce. xij. Amen dico vobis faci
et illos discumbere/et transiens ministra
bit illis. Item spūssanctus pigmenta sua
uitatis ibi propinabit/ipse fluuio necta-
reo letificabit ciuitatez dei. Dauid torrē-
te volupta. pot. eos ꝛc. Circa tercium
notandum. ꝙ domin⁹ ad cenam multos
vocauit. Math. xxij. Multi vocati/imo
omnes videtur vocasse. Eiusdem. xi. Ue
nite ad me omnes qui laboratis et one-
rati estis/et ego reficiam vos. Nec solum
vocat multos/immo et multꝫ modis. vñ
Gregori⁹ in omel. Vocat ds ꝑ se. vocat
ꝑ angelos. vocat per patriarchas ꝛ ꝓphe
tas/vocat per apostolos. ꝑ pastores/vo-
cat plerumqꝫ per miracula. plerumqꝫ per
flagella/vocat aliquando per hui⁹ mun-
di prospera. vocat aliquādo per aduersa.
/nemo contemnat ne dum vocatus excu-
sat cum voluerit introire non valeat/

Circa quartum notādum. ꝙ multum
irascitur deus contra illos qui vocati ab
eo nolunt venire ad tantas delicias/nec
mirum cum ad suasionem dyaboli currāt
ad infernales miserias/hec ira nobis ostē
ditur. Prouer. j. Vocaui inquit et rennu
istis/extendi manus meas. et non fuit qui
aspiceret/Despexistis omne cōsilium me-
um/et increpatōes meas neglexistꝫ/Ego
quoqꝫ in interitu vestro ridebo/signum
magne offense erit/ꝙ dominus de morte
filiorum suorum quos sanguine suo rede-
mit. gaudebit. Circa quintū notandū
ꝙ domin⁹ ad diuersa loca misit pro con-
uiuis vocandis/immo ad omnia loca vi
detur misisse. Item in omnē terram exiuit
son⁹ eoꝝ/et in fines orb terre verba eorū.
/vocatio est predicatio Marci. vlti. Eun
tes in mundū vniuersum p̄dicate euange
lium omni creature. Circa sextum no-
tandum. ꝙ cum hospites non solum sint
inuitandi. sed etiam trahendi/Dominus
ad cenam suam compellit intrare/Nōne
compulit paulum qui visu amisso conuer
sus est. Actuū. ix. Item filium prodigum.
qui fame compulsus redijt ad patrez suū.
Luce. xv. Multis claudit dominus viā
inferni. vt redeant in ꝑadysum. Osee. ij.
sepiam viam tuam spinis/et sepiam eam
maceria/Gregorius in omelya. Vie nr̄e
spinis septe sunt/quando in hoc qd̄ male
cupimus/dolorum punctōnes inuenim⁹
Vie nostre maceria sepiūtur/cum deside-
rijs nostris dure in hoc mundo obiectio-
nes resistunt/multi vinculo egritudinis
ligantur a domio/ne possint facere quod
non debent facere/Seneca. Infirmitati
mee gratias ago/que cogit me non posse
quod non debeo velle/Multos. persecu
tores compellunt ire ad deum. Exodi. xij
Urgebant egyptij filios israel. velociter
exire de egypto. Multos trahit domin⁹
ad se tribulatiōib⁹. Canticoꝝ. p̄mo. Tra-
he me post te. Bernardus. Trahimur cū
tentationib⁹ exercemur. Osee. xi. In funi
culis adam traham eos in vinculis cari-
tatis. Multi timore periculi vouent/ꝙ
deserent mundū ꝛ intrabūt claustꝝ/Aug⁹
Felix necessitas q̄ ad meliora ꝯpellit/cum
multis domin⁹ misericorditer agit in quos
seuire videtur/Augustin⁹ in libro ꝯfessio

nũ/ Excelsi omnia legitima tua nec euasi flagella tua/ nam tu semper aderas miseri corditer seuiens/ et amarissimis aspergẽs offensionibus/ omnes illicitas iocunditates meas. vt ita quererem/ sine offensione iocundari/ Gregori⁹ in omelya loquẽs de de illo verbo/ compelle intrare/ alij vocantur et venire cõtemnunt/ alij vocantur et veniunt/ vocãtur ⁊ venire ꝯtemnunt qui donũ quidẽ intellect⁹ accipiunt/ sed eundem intellectũ operibus nõ sequũtur/ vocantur et veniunt qui acceptã intellectus gratiam operando ꝑficiunt/ quidam etiã sic vocant̃. vt etiã ꝯpellantur/ vident em̃ que agere debeant. sꝫ hoc ex desiderio nõ sequunt̃/ hys plerumqꝫ ꝯtingit. vt eos in carnalibus desiderijs suis mundi huius aduersitas feriat/ apprehẽdere tempalem gloriã conent̃ et nequeãt/ et dum per alta pelagi q̃si ad grãdiores curas hui⁹ seculi nauigare ꝓponunt/ semp aduersis flatib⁹ a delectatõis sue littore repellunt̃/ cunqꝫ se frãgi desiderijs suis aduersante mũdo ꝯspiciũt/ quid de se auctori suo debeãt cõmemorant̃. ita vt ad eum erubescentes redeant/ qui eum supbientes ꝑ mundi amore deserebant. ¶ Et ceperunt simul omẽs se excusare) ¶ Circa excusationes que ꝑuersitates hominũ ostendunt. Notãdũ/ ꝙ valde ꝑuersum est ꝙ aliquis se excuset/ ne ad id veniat citra quod quiescere non valeat/ qđ naturalit̃ desiderat. ⁊ ꝓpter qđ obtinendũ factus est/ Ad delicias hui⁹ cene factus est homo. citra illas ꝑfecte non quiescit/ Aug⁹ in libro ꝯfessionũ. Domine fecisti nos ad te. et inquietũ est cor nostrũ donec requiescat in te. ¶ Item valde ꝑuersum est. aliquẽ se excusare/ cũ monetur ad hoc qđ omnino necesse habet facere/ nisi velit eternaliter ꝑire. Luc̃. x. Porro vnũ est necessariũ. scꝫ ad cenam eternã ꝑuenire ¶ Item ꝑuersum est. alia negocia ꝑtendere/ cum de illo negocio monemur quod ante omia alia necesse habem⁹ facere./ Math. vj. Primũ querite regnũ dei. hoc est negocium negotioꝝ. scꝫ ꝓprie salute intendere/ ad cenam istam ad quã multi rogati nolunt venire. etiã ꝑ medios gladios si necesse eẽt. deberẽt ipsi festinare./ Bernard⁹. Quid est hoc ꝙ nõ optamus etiã ꝑ medios enses. si oporteat declinare a tanta miseria/ et ad tantã accelerare gloriã/ nisi ꝙ mortua est fides nostra. ¶ Circa excusationem ꝑmi quinqꝫ spẽaliter sunt aduertenda. ¶ Primũ est ꝙ impedimentũ salutis sue emit. Villam inquit emi. ¶ Scđm est ꝙ cum dominiũ tempaliũ suscepit in ꝯuitutem incidit/ vnde subdit̃. necesse habeo exire ¶ Terciũ est ꝙ cum custodie aliorum intenditur/ negligentia circa sui custodiã incurritur/ quod notat̃ in verbo exeundi. Cant̃. j. Posuerunt me custodẽ in vineis/ vineam meam non custodiui ¶ Quartum est ꝙ post emptionẽ videre villam vadit/ quod ante emptionẽ videre debuit./ Prouer. vltimo. Considerauit agrum. et emit illum ¶ Quintum est ꝙ domino multaruꝫ rerũ temporaliũ. parua inde vtilitas fit/ visio em̃ est fruct⁹ quẽ hꝫ inde/ ad quod ꝑtinet illud. et videre eam Ecclesiastes. v. Ubi multe opes multi sunt qui comedũt illas/ et quid prodest possessori nisi ꝙ cernit diuicias oculis suis/ et frequenter videt eas cum multa afflictione/ vt cum videt se damnificari in eis. ¶ Fatuitatem ꝑtendentis secundã excusationẽ ostendit. Bernard⁹ hijs verbis. Iumentis inquit ꝯuincitur bestialior ⁊ stolidior homo/ qui iuga necessitatis q̃nqꝫ sensuum ꝓpria subeat volũtate/ quod q̃ramur subijsse. arguamur magis emisse/ nam vt mercedem pro opere suo quis tribuat inauditũ est/ quid iuga boum emit. cui iugum suaue gratis offertur/ quid est melius quinqꝫ eligere q̃m vnum. quis potest seruire quinqꝫ predonibus/ oculus inquit meus depredatus est animam meam. Trenoꝝ iij. ¶ Et sciendum ꝙ iugum quinqꝫ sensuuꝫ valde graue est/ quia non satiatur oculus visu/ nec auris auditu. Ecclesiastici. j/ Tyrannidem magna exercꝫ sensualitas Prouer. xxx. Per tria mouetur terra. et quartũ sustinere non potest/ per seruum cum regnare ceperit ⁊c̃/ Seruus regnans est spirit⁹ contra deum intumescens/ Stultus saciatus cibo/ est animus delicijs infatuatus Mulier odiosa in matrimoniũ assumpta. est voluptas spiritui hominis amore iuncta/ ancilla heres domine. est sensualitas dominiũ rationi auferens/ ꝯm Greg. Ista excusatio ꝑtinet ad viciũ curiositatꝫ/ de q̃ Greg. Graue curiositatꝫ est viciũ/ qđ dum

cuiuslibet mentem ad inuestigandā vitā
ꝓximi exterius ducit/ semper ei sua vicia
abscondit. vt aliena sciens se nesciat/ ⁊ cu
riosi anim⁹ quāto peritus fuerit alieni me
riti. tanto fit ignar⁹ sui. Eccī. xxi. Pes fa
tui facilis in domū ꝓximi sui. ¶ Circa ex
cusationē tercij. notandū ꝙ si vxor ad lit
terā accipitur nulla videtur excusatio/ cū
em̄ vxor sit adiutoriū homi a deo datum/
ſm illud Gen̄. ij. Non est bonū hoiem esse
solum faciam⁹ ei adiutoriū/ qui vxorē dux
it maxīe si bona est potētior videt̄ esse ad
veniendū ad cenā dn̄icam. vn̄ Eccs. xxvi
Mulierꝫ bone beat⁹ vir/ si vxor ista intel
ligatur voluptas carnis. ſm expositionē
Greg. Datur ex hoc intelligi/ ꝙ voluptas
corꝑis hoiem impotentē efficiat/ ⁊ q̄si pa
raliticū/ ad qd̄ ꝑtinet Non possum venire
Voluptas est mulier illa/ de q̄ Eccs. vij.
Inueni amariorē morte mulierē ⁊c̄/ vincu
la sunt man⁹ eius. Osee. v. Non dabunt
cogitatōes suas vt reuertant̄ ad dominū/
spūs em̄ fornicatōꝫ in medio eoꝝ ¶ Circa
damnū sequēs ex ꝑuersitate excusantiū se
qd̄ ostenditur verbo illo/ Nemo viroꝝ il
lorum qui vo. sunt gusta ce. meā. ¶ Notā
dum ꝙ iuste irascit̄ dn̄s ꝯtra illos qui cō
temnūt eius cenā tam delicatā/ et tantꝫ ex
pensis ꝑatam/ sicut irat⁹ fuit ꝯtemnentib⁹
manna. Nūeri. xxi. Nauseat inq̄t aīa nr̄a
sup cibo isto leuissimo/ et subdit̄/ quāobrē
misit dn̄s in ꝓpl'm ignitos serpentes. ¶ Ce
na ista māna est hn̄s omne delectamentū
et oīs saporis suauitatē. Sap̄. xvi. ¶ Item
iuste offenditur dn̄s cum illi quos inuita
uit et qui ꝯsenserunt vt venirēt ad cenam
suam venire nolunt/ vt xp̄iani. ¶ Item cum
aliq̄ voto se obligant ad aliquas obſ̄uati
ones ⁊ post non curāt eas obseruare/ ꝯtra
tales dicit̄ Ephe. 4. Nolite ꝯtristare spm̄
sanctū in quo signati estꝫ/ spūsancto signa
tur qui baptizat̄/ qꝛ caracter ei imp̄mitur/
¶ Item q̄ votū religiōꝫ emittit signatur/ qꝛ
ꝑ habitum a ceteris hominib⁹ discernitur/
qui spm̄ cōtristat cū ea q̄ ꝓmisit nō obser
uat. ij. Pet̄. ij. Meli⁹ erat viam veritatꝫ ⁊c̄
Prouer. xx. Ruina est homi deuotare san
ctos. ⁊ p⁹/ vota retrahere Eccī. xx. Est q̄
ꝯfusione ꝓmittit amico suo. ⁊ lucratus est
eum inimicū gratis. Prouer. xxv. Nubes
et ventus et pluuie non sequētes/ vir gu
losus ⁊ ꝓmissa nō implens/ ꝯtra tales di
cit dn̄s exemplū de duob⁹ filijs/ quoꝝ al
ter respondebat patri ꝙ nolebat ire in vi
neam. ⁊ tamen iuit/ reliqu⁹ dixit. eo. ⁊ non
iuit/ et dn̄s subdit. Amen dico vobis/ pu
blicani et meretrices p̄cedent vos in reg
no dei (Qui fecit cenā magnā) Cena cor
poralis est refectio/ quā seq̄tur somn⁹ cor
poralis/ Cena v̄o dn̄ica. refectio est quam
comitat̄ somn⁹ eterne quietis/ Cant̄. ꝑmo
Indica mihi vbi pascas in meridie. i. in et
ne claritatis felicitate/ Delicie mundane
non possunt dici ꝓprie cena/ Vsum enim
ipsaꝝ seq̄tur vexatio mentis/ Sunt enim
velut cibus inflatiu⁹ ventosus ⁊ indigesti
bilis/ illi em̄ qui plus habēt de bonis istis
tempalib⁹ inflantur/ et ꝯtra deū et contra
ꝓximū Job. xv. Quid tumet ꝯtra deum
spūs tuus. ꝑma Corinth̄. 4. In vobis di
scatis ne vnus in alterum infletur. In eo
dem. Quid habes qd̄ nō accepisti/ si autē
accepisti quid gloriarꝫ/ q̄si non acceperis.
ꝑma Thy. vltio. Diuitib⁹ hui⁹ seculi preci
pe non sublime sapere ¶ Item habent v̄ba
ventosa/ scꝫ verba iactātie/ Job xvi. Nun
quid finem habebūt verba ventosa. Item
licet delectatio in bonis p̄sentib⁹ sit tran
sitoria/ tn̄ int̄minabilis est pena. Prouer.
xx. Suauis homini panis mendacij/ ⁊ p⁹
implebitur os eius calculo/ qui nō potest
masticari vel digeri. ¶ Et notandū ꝙ cū
deus prepauerit cenam magnam/ libēter
debem⁹ ei prepare cenam paruā/ Duplicē
cenam vult sibi domin⁹ parari/ Prima est
corꝑalis que ei prepatur in paupe. Mat.
xxv. Qd̄ vni ex minimis meis fecistis mi
hi fecistis/ Secunda est cena spūalis que
ei prepatur in mente/ Apoc̄. iij. Ecce ego
sto ad ostium et pulso/ et siquis audierit
vocem meā et aperuerit mihi ianuā/ intro
ibo ad illum/ et cenabo cum illo. et ip̄e me
cum/ Stat domin⁹ expectando ad peni
tentiam. Isa. xxx. Expectat dominus vt
misereatur nostri/ Pulsat ad hostium cor
dis quod est voluntas inspirando/ predi
cando. beneficia ꝯferendo/ vel affligendo
Intrat domin⁹ gratiā infundendo ostio
cordis aperto. per bonum ꝯsensum/ sicut
sol intrat in domum aperta fenestra/ Ce
nat dn̄s cū illo in fide ei⁹/ vel puritate opū
delectādo Ipse em̄ pascit̄ int̄ lylia/ Can. i.

Hō etiā cenat cum illo de puritate ꝯsciē
tie letando/ Delicie dei sunt cum filijs ho
minū. Prouer. viij. (Et vocauit mltos ꝛc)
Si ad cenā dominicā sum⁹ inuitati/ tria
debem⁹ facere/ que solent facere inuitati.
ad cenam magnā corpalem/ Primum est
tempare nos a cibo qui cenam nobis pos
set auferre/ ꝛ hec est vna ratio q̄re viri san
cti in p̄senti ieiuuant/ scz ne amittāt illam
beatam cenam/ ꝛ ne ꝯtristent inuitatorem
suū. et expense ꝑ cena facte ab eis req̄rant
Ecc̄i. x. Ue tibi terra. cui⁹ rex puer est/ et
cui⁹ p̄ncipes mane comedūt/ Scdo debe
mus nos ꝯsolari spe hui⁹ cene si forte esu
riamus/ vel forte sitiam⁹/ meditantes illd
Luc̄ vi. Bti q̄ nūc esurit⁹ qꝛ saturabimini
Tercio debem⁹ p̄gustare aliquid in ꝯtem
platōe ne dilatōne cene deficiam⁹ Dauid
Gustate ꝛ videte qm̄ suauis est dn̄s. Cō
templatio v̄o circa tria versatur/ Primo
circa creaturas visibiles/ Scdo circa cre
aturas inuisibiles/ Tercio circa dei inui
sibilia. q̄ species ꝯtemplatōis nobilior est
Tulli⁹. cibus ꝛ pabulū aīoꝝ humanoꝝ ē
ꝯgnitio et ꝯtemplatio sempiterne nature/
(ꝛ misit ſuū suū hora cene ꝛc. qꝛ pata sunt
omīa) In hoc ꝙ d̄r omīa pata datur intel
ligi/ ꝙ manuū ablutioni sit intēdendū/ ve
illi qui negligentia abluendi man⁹ tantā
et talem cenā amittet (Et ceperūt omēs
excusare) Causa hui⁹ excusatōis est inex
perientia interne et eterne dulcedinis/ vt
ostendit Gregori⁹ in omelya. hys verbis.
Corpales inq̄t delicie cū non hn̄t. graue
in se desideriū accendunt/ cum v̄o habite
edunt. comedentē ꝑtin⁹ in fastidiū ꝑ satie
tatem vertunt/ ecōtra. spūales delicie cū
nō hn̄tur in fastidio sunt. cum v̄o hn̄tur in
desiderio/ q̄nto maior eaꝝ sapor ꝑcipitur
eo ampli⁹ ꝯgnoscit ꝙ auidi⁹ sumantur/ et
ꝓterea a nō habēte amari nō possunt. qꝛ
earū sapor ignorat/ Quis em̄ amare vale
at qd̄ ignorat. fastidiū v̄o spūalis dulcedi
nis seq̄tur fames bonoꝝ tempaliū/ omnis
em̄ peccator famelic⁹ est/ vt dicit fili⁹ ꝓdi
gus de se. Luc̄. xv/ Ego inq̄t hic fame pe
reo. supbus famelic⁹ supbie. auar⁹ fameli
cus pecunie/ voluptuosus est famelic⁹ de
liciarum/ et ad hec tria ꝑtinent tres excu
sationes. que sequunt. Gregori⁹. in omel.
Quia gustare intus nolumus paratā dul
cedinem/ amamus miseri foris famem no
stram/ ea scz que nos famelicos reddūt

Dominica. III. Sermo. I.
In ordine. 97.

Erant appropī
quantes ad iesum publicani et
peccatores. Luc̄. xv/ Hoc euā
gelium tria ostendit/ Primo saluatoris
miram dignationē recipientꝫ peccatores
ad se venientes/ Secundo scribarum et
phariseoꝝ indignationē/ murmurantiū.
de hac receptione ibi. Et murmurabant.
Tercio saluatoris instructionē sedantis
hoc murmur/ ibi. et ait ad illos. parabolā
istam. (Erant appropīquātes) non solum
corpe. sed etiam corde (publicani) Glosa.
qui publica vectigalia exigunt vel condu
cunt/ et qui lucra seculi ꝑ negotia sectan
tur/ sup illd̄. Ro. xiij. cui tributū tributū
cui vectigal vectigal/ Glosa. tributum di
cit quod regiones soluunt/ vectigal dicit
stipendium quod datur dominis quādo
per patrias vehitur/ vel tributum dicitur
quod domi soluitur/ vectigal quod ad do
mū domini vehitur (et peccatores) publi
ci. sil'e Luc̄. vij. Mulier q̄ erat in ciuitate
peccatrix (et murmurabāt pharisei ꝛ scri
be). i. magistri legis. Glo/ duplicit errant
qꝛ ꝛ se iustos putant et sunt superbi/ et il
los reos putant cum iam peniteāt (Dicē
tes qꝛ h̄ pctōres recipit) q̄si ꝯri⁹ est legi. q̄
hoc ꝓhibet/ sepans iudeos a cohabitatōe
aliaꝝ gentiū/ Deutro. vij. Nō inibis fed⁹
cū eis nec misereber⁹ eoꝝ/ nec sociabis cū
eis ꝯiugia (Et māducat cū illis) Math.
ix/ q̄re manducat magr̄ vester cū publica
nis ꝛ pctōrib⁹ (ꝛ ait ad illos pabolaꝫ istā)
. i. similitudinē/ tres pabolas ꝓposuit eis
dn̄s. scz pabolā de oue ꝑdita/ et pabolam
de dragma ꝑdita/ ꝛ de filio ꝓdigo/ In du
abus p̄mis rep̄hēdit austeritas false iusti
cie/ qꝛ nō querit errantem/ in tercia qꝛ nō
recipit redeuntem (quis ex vobis homo
hꝫ centū oues) Gregori⁹ in omel. qꝛ cen
tenarius est numer⁹ ꝑfectus/ auctor hoīm
centum oues habuit/ cum sanctoꝝ ange
lorum substantiam et hominum creauit/
et bene in illo statu oues dicuntur/ quia
innocentes eos condidit/ sed vna ouis
tunc perijt. quando homo pascua vite

reliq̄t. Dimisit nonaginta et nouem oues in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit in celo. Celum aūt desertum vocatur. quasi derelictum. tunc aūt homo celum deseruit cum peccauit, et dicitur celum desertum ab homine. nō quia celum adhuc habitaret, sz habitatur⁹ erat si non peccaret. Ab angelo aūt desertum erat. cuz inde corruit. Luce. x. Videbam sathanam quasi fulgur de celo cadentem Math. xviij. sic legitur. Nonne relinquit nonagintanouē in montib⁹. id est in excelsis. et vadit ad illam que perierat. Venit em̄ q̄rere hoīem ꝑditum in terra. Ezech. xxxiiij. Ecce ego req̄ram oues meas. ꝛc. (et cum inuenerit eam ponit in humeros suos gaudens) Gregori⁹. Oues in humeros suos posuit, quia humanā naturā suscipiēs peccata nostra ipse portauit. ꝑma Pet. ij. peccata nostra ipse ꝑtulit in corpe suo. Ambrosi⁹. Humeri xp̄i crucis brachia sunt illic peccata mea deposuit. Isa. liij. Vere languores nostros ipse ꝑtulit. (et veniens domū). id est celuz empyreū die ascensionis (cōuocat amicos suos et vicinos suos). scz angelorꝝ cohortes qui amici eius sunt, qꝛ volūtatē suam ꝯtinue in sua stabilitate custodiūt. Joh. xv. Vos amici mei estis, si feceritz que ego p̄cipio vobis. Vicini quoqz eius sunt qꝛ claritate visionis eius assidue ꝑfruūtur. Math. xviij. Angeli eorum semꝑ vident faciē patris mei (ꝯgratulamini mihi) nō oui, ipsa sua culpa se ꝑdidit, ego mea misericordia eam inueni. meū gaudium est vita ipsius. (Dico vobis ꝙ ita gaudiū erit in celo sup vno pctōre ꝛc) Per nonagitanouē iustos Vno mō inttelligūt sancti angeli q̄ nūq̄z peccauerūt. Glo. si in nonagintanouē iustz qui non errauerūt nec indigent penitētia angeli intelligunt, videtur maius esse iustificare impios q̄m iustos creare ꝛ cōseruare, qꝛ et si vtrūqz equalis potētie, hoc maioris gaudij. ꝛ miſcordie, id est maioris applausus, vel ꝑ nonagitanouē iustos intelligunt homines iusti, et ſm hoc intelligitur de penitēte feruente. et de iustz negligentib⁹. vel nō feruentib⁹. sicut Greg. exponit. Magis inq̄t de pctōre cōuerso q̄m de stante iusto gaudiū fit in celo, quia et dux in prelio plus eū militem diligit q̄ post fugam reuersus hostē fortiter premit, q̄z illū qui nunq̄z terga p̄buit, ꝛ nunq̄z aliquid fortiter fecit. Agricola illā amplius terram amat. que post spinas vberes fruges profert. q̄m eam que nunq̄z spinas habuit. et nunq̄z fertilem messem produxit.

Et nota ꝙ sicut mater habēs decē filios si decim⁹ egrotet magis est solicita de eo q̄z de hys nouē, ꝛ si sanitatē recuperet magis gaudet de sanitate eius recupata, q̄m de sanitate in alijs nouē ꝯseruata. Itē maius gaudiuz est in celo sup vno pctōre pniaz agente q̄m de multis iustis, ꝛc. h̄ distinguēdū est int̄ affectū caritatz, ꝛ effectū Bern̄. Meliori maior affect⁹, magz indigēti maior tribuēd⁹ est effect⁹ (Aut q̄ mulier) hec mulier intelligi potest dei sapientia. Prouer. xiiij. Sapiens mulier edificat domum suam (habens dragmas decem) ſm Bedam. dragma dragme est nūmus habens certam quantitatem, et imaginem regis impressam, et nominis eius supscriptionem. Dragma dragmatis est nomen ponderis. Dragma continet duo dragmata. Per decem dragmas significantur hic angeli et homines, qui habēt imaginem regis sui scilicz dei impressam in ratione. Homines vero non solum habent impressionem imaginis, sed etiā habent supscriptionem nominis. quia a xp̄o nominant̄ christiani. Vnaz ergo dragmā mulier perdidit. quando homo peccando a deo recessit, sed mulier ad querendam dragmam. lucernam accendit, quia dei sapientia ad querēdum hominem in carne apparuit. Lucerna enim est lux in testa. scilicet verbum in carne, tunc lucerna luxit quando christus inter homines claruit accensa autem lucerna euertit domum, quia mox vt eius diuinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namqz euertitur cuz. consideratione reatus sui humana conscientia ꝑturbatur, in alijs libris habetur emēdat domum. vt dicit Gregori⁹ in omelia. Quia nimirum praua mens si non prius per timorem euertitur ab assuetis vicijs. non emendatur, euersa ergo domo inuenitur dragma, quia dum ꝑturbat̄ conscia hoīs. reparat̄ in hoīe similitudo ꝯditoris Amice et vicine quas mulier conuocat

necessaria est altitudo viuendi. Secūdo cum scriptura erroneis opinionib⁹ scindi tur. ꝓma Corinth̄. j. Obsecro vos ꝛc. vt id ipsum dicatis et non sint in vobis scis mata. Tercio cuz hy qui fidem receperūt preceptis dei non obediunt Hieremie. ij. A seculo fregisti iugum. rupisti vincula. et Mar. v. Legit de demoniaco q̄ sepe cathenis et compedib⁹ vinctus dirupisse cathenas et cōpedes cōminuisset. Et notandū q̄ magni pisces retia solent rum pere sic maiores de ecclesia. precepta dei amplius transgrediunt. Hiere. v. Dicit de optimatib⁹. hy simul fregerunt iugum ruperunt vincula. Iuxta q̄ntum intellige p̄dicationem p eternis factam valde fru ctuosam esse. Rete em̄ in dexterā nauigij mittitur. cum p eternis p̄dicatur. In vete ri lege piscabant ad sinistram nauigij. Tē poralia em̄ ꝓmittebant et intendebātur. Isa. j. Si volueritz et audieritz me bona terre comedetis. Ad sinistram etiā nauigij piscantur p̄dicatores āstuarij. quorum p̄ dicatio a populo ꝓtemnitur (p̄ceptor per totam noctē laborantes nihil cepimus).

Sciendum q̄ piscatio ista petri nocte facta laboriosa et infructuosa. significat piscationē laborantiū in adquisitiōe tem poraliū. Piscatio vero in verbo dñi facta significat piscationē laborantiū. in hys q̄ ptinent ad salutem animaz. Primā pisca tionē facit cupiditas. Secūam caritas in nocte fit ꝓma. quia qui male agit odit lu cem. Job. iij. Job. xxiiij. Oculus adulteri obseruat caliginē. Eiusdē iij. Viro cui⁹ abscondita est via. et circūdedit eum ōs tenebris. et Aug⁹ ꝓmo libro confessionum. Spargis penales cecitates supra illici tas cupiditates. Excecatur aliquis quā tum ad visum corpalem in pelui candēti. sic spūaliter execantur homies ardore cu piditatis. In psalmo. Supcecidit ignis et nō viderūt solem. Ex igne praue cōcu piscentie quidā fumus pcedit. qui visum interiorem impedit. Item piscatio cupi ditatis multū habet laboris. Sap. v. Di cunt damnati. lassati sumus in via iniqui tatis et pditionis ambulauim⁹ vias diffi ciles. Eccs. x. Labor stultorum. affliget eos qui nesciunt in vrbem pergere. Item infructuosa est illa piscatio. vnde hic dici tur. Nihil cepimus. Auarus nihil capit.

Primo quia tempalia compatiōe eterno rum. nihil sunt. Hiere. iiij. Aspexi terram ꝛ ecce vacua erat ꝛ nihil. Amos. vj. Qui letamini in nihil. In psalmo. Forsitan p transisset anima nostra aquā intolerabile Alia littera habet aquā sine substantia.

Secundo quia potius capiuntur q̄m ca piant. sicut pisces volens capere escam. capitur hamo. Aug⁹. Preda quā vis ra pere in muscipula est. tenes alienum et te neris a dyabolo. Auarus pot⁹ habetur q̄m habeat. Prouer. xiij. Est quasi diues cum nihil habeat. vere nihil habz auar⁹. sed potius habetur. Tercio. quia licz hor rea et cellaria auarorum multa capiant. Ipsi tamē vacui remanēt et potius amit tunt. q̄m capiant. Luce. j. Diuites dimi sit inanes. Tulli⁹. animus humanus. nō archa. diues appellari solz. quāuis illa ple na sit cum inanem te videbo diuitem nō putabo. Piscatio caritatis multū capit. Cum em̄ anima vna prevaleat toti auro mundi. si p̄dicator toto tempore vite sue non lucraretur nisi animā vnam multum lucraretur. Auarus simil est arane. que cuiscerando se telam prepat qua muscas capiat. In bonis interioribus se damnifi cat vt vilia adquirat. Isa. lix. Telas ara nearum texuerunt. Eccl. x. dicit de auaro Proiecit in vita sua intima sua

Dominica. VI. Sermo.

In ordine. cij.

Nisi abundaue rit iusticia vr̄a plus q̄z scriba barum et pharisеoz ꝛc. Dat. v. Justicia pharisеoz ꝛ scribaz diminuta erat. et quantū ad illam partem iusticie q̄ est declinare a malo. et quantū ad illam q̄ est facere bonū. Quantū ad ꝓmā partem diminuta erat. quātū ad cohibitionē ani mi. et q̄ntū ad cohibitionē lingue. ꝛ q̄ntū ad cohibitōnē man⁹. Quantū ad ꝓmū. qz non cohibebāt animū ab ira. vt manū ab actu prauo. Quantū ad 2m. qz non cohi bebant linguā a ꝓtumelia. sicut manum a violentia. Item non cohibebāt linguam a simplici mendacio. sicut a piurio. Quā tum ad terciū. quia pmittebant min⁹ ma lū ad vitandū maius. sicut adulteriū ad

vitandū homicidiū. sicut patet in libello repudij. Deutro. xxiiij. Item cōcedebant vt ꝓuocatus alieno malo. malū inferret primo. vt patet in lege talionis. Exodi. xxj. Quantū ad scōam partem diminuta erat iusticia eor. quia non faciebat bonū omnib⁹ vt inimicis. Leuit. xix. Diliges primū tuū. et odio habebis inimicū tuū. Alia translatio est. nostra trāllatio habz. Diliges amicū tuum. Item bonū quod faciebant. nō faciebant recta intentiōe sz vt viderent ab homib⁹. (Dictum est antiquis Non occides) Exod. xx. (Qui autē occiderit reus erit iudicio). id est accusatione ante iudicē. vel iudicio illo. de quo post illud Exod. xxj. Hec sunt iudicia q̄ ꝓpones eis. Si quis ꝓcusserit hominē volens occidere morte moriatur. (Ego autē dico vobis. q̄ omnis qui irascitur fratri suo) nō dicit culpe fratris cui licet irasci. (reus erit iudicio). id est dign⁹ accusatōe ante iudicē. et intelligas hic de ira que est cum deliberatōne. Si vero ira ista exeat extra p vocem non tñ exp̄mentē specialē ꝓtumeliā debetur maior pena. q̄m si non exiret. et de hoc subditur. (Qui aūt dixerit fratri suo racha reus erit cōcilio). id ē ꝓsensu iudicum de sententia danda in eū. Racha est interiectio indignationē exp̄imens. Si vero ira exeat extra p vocem exp̄mentē specialē ꝓtumeliam. tunc debet maior pena q̄m si nō exp̄meret specialē cōtumelia. de quo subditur. (Qui aūt dixerit fatue. reus erit ignis gehēne) Interli. No modicus furor est illū. quē deus sale sapiētie ꝓdiuit. infatuatū dicere. Nomie iudicij et cōsilij et gehenne designat pena infernalis. iudicio minor. cōcilio maior. gehenna etiā maior q̄m cōcilio. hoc est q̄ qñ in iudicio culpa discutit. adhuc locus est defensioni. in ꝓcilio cū iam culpa certa pena defertur. adhuc locum habet dilatio. In gehenna ꝥo pena iam diffinita sine dilatiōe infertur. vñ reus tunc est in pessimo statu. (Si ergo offers. rē.) q̄ hō ꝓtinue est in pugna. ꝑm illū Job. vij. Milicia est vita hominis sup terrā. nō est mirum si quādoq̄ cadens p iram offendat primū. ideo post̄q̄ dissuasit iram. dat cōsilium. quid fiat si p iram aliq̄s primum offenderit dicēs. ergo si offers rē. vel sic potest ꝓtinuari. Ostendit dom⁹ iram latentē esse damnabilē. Item iram prumpentem in ꝓtumeliā generalem. vel ꝓpriam. sed quia ex hys nascitur odium q̄ est ira inueterata. ponit exhortatōez cōtra odiū dicens. (Si ergo offers). id ē offerre vis (mun⁹ ad altare. et tibi recordat⁹ fueris q̄ frater tu⁹ habet aliq̄d aduersus te) quem tu lesisti vñ de te pōt ꝓqueri (relinque tē. et vade) ꝓposito. si actu non potes (recōciliari fratri tuo) quantū in te est (et tunc) fez facta recōciliatione quantū in te est (veniens). id est intentionē reuocans. ad id q̄ ceperas (offeres munus tuum) Alias abū dauerit iusticia vestra. rē.) Et notandum est q̄ quadruplex est iusticia. ad regnum non introducēs. Prima est iusticia transiens. Secūda est iusticia hic merce dem recipiens. Tercia iusticia remisse agens. Quarta iusticia excedēs. De trib⁹ primis dicit Bernard⁹. Omnis iusticia transitoria. omnis iusticia vendita. omnis iusticia tepida erit in obliuiōe coram domino. Quarta dissuadet. Eccē. vij. Noli esse iustus multum. Prima in regnum non introducit. nec mirum. quia añ regni ingressum deficit. Hec est iusticia nō ꝓfuerans. talis est iusticia illor⁹ qui penitentiam quā in q̄dragesima accipiunt. p⁹ pascha ꝓficiunt. quos temp⁹ paschale impotentes reddit. non solum in medietate rē pozis. sed quasi in sex ptib⁹ tempis. Qui eñ sex diebus in septimana poterant ieiunare in q̄dragesima. post pascha non possunt ieiunare sexta feria. perseuerandum est in iusticia inchoata. seruanda est iusticia tanq̄ res valde preciosa. preciū enim est regni celestis. vnde vocatur iusticia regni. Math. vi. Job. xxvij. Iusticiam meam quā cepi tenere. non deserā. Apoc. iij. Tene quod habes. vt nemo accipiat coronam tuā. Gal. vj. Bonum aūt facientes non deficiamus. tempe eñ suo metemus non deficientes. ꝑm Bern̄. Sola ꝓseuerantia singularis filia est summi regis. Illa eñ sola celestem hereditatem obtinet. Vendita iusticia est. que fit ꝓ aliqua re transitoria vt laude humana. vel pecunia. que ad regnum non introducit. Math. vltō. Attendite ne faciatis iusticiam vestram coram hominibus. vt videamini ab

eis. Alioquin mercedē nō habebitz apud patrem vestrū qui in celis est. In eodem. Receperunt mercedem suam. Multum possunt timere homines q̄ habent beneficia in quib⁹ pecunia causa est/qua posita ponitur seruitium dei/et qua cessante cessat. ne iusticia eorum sit iusticia vendita. Malach. j. Quis est in vob qui claudat hostia/et incendat altare meū gratuito/et subditur. Non est voluntas mea in vobis dicit domin⁹/z munus nō suscipiā de manu vestra/magnū zelum habuit saluator ad negociatōez a mouendā de tēplo Joh. ij. Auferte ista hinc/et nolite facere domū patris mei domum negociatiōis/Bern. ad Eugeniū papam. Plena est ambitiosis ecclesia/iam nō est q̄d horreat in studiis suis et molitionib⁹ ambitionis/nō pl⁹ ḡm spelunca latronū in spoliis viatorum/ Vendentes suā iusticiam deridebit vera iusticia dicens. Ite ad vendentes et emite vobis. Habacu. xxi. In psalmo. Qui habitat in celis irridebit eos/et quid fiet de iusticia supuendita/scilicet de iusticia illoz qui habent multa et magna beneficia ecclesiastica/quoz fructus percipiunt z male expendūt/et nihil vel parum. in ecclesia. vtilitatis faciunt/multi in ecclesia seruiunt deo sicut iudei seruiebant ei/scz pro tempalibus. sed nō sic voluit domin⁹ vnde Joh. vltio. Cum monuisset petruz ad implendū diligenter officium suū/nō subdidit remunerationē in bonis tempalibus sicut faciebat iudeis/sed pot⁹ subdidit de morte quā passurus erat pro illo/ Cum esses inquit iunior cingebas te. zc. Quidā etiā seruiunt deo vt iudas eū venalem exhibendo. Iusticia illoz qui ponūt deo pecuniā/est ydolatria deo cōtumelioſa/illud eīm ab homine colitur q̄ō p ceteris diligit/vbi dicit Glosa sup illud Phyl. iij. Quoz deus venter est/Dum cantus vadit cū duobus nō agnoscitur quis eoz sit domin⁹/sed cum illi sepantur tūc agnoscit/remanet eīm cum dño. sic agnoscitur de multis cui fuiant. vtrū deo vel diuiciis/De multis creditur q̄ habeant veram iusticiam/de quib⁹ apparebit in die iudicij q̄ fuit ydolatria/ideo securum eēt ptemptis diuiciis soli deo adherere/Iusticia remissa fuit iusticia scribarū et pharisеoz. de qua hic dicit (Nisi abundauerit iusticia vestra zc.) Et est verbū terribile/erant scribe eminētis scientie. quia magistri legis/erant pharisei eminentz vite ſm opinionē suā. et aliozum/p certo putabant iusticiā suam sufficientē esse ad salutem/et tamen nō erat. sicut dns ostendit/ Sic multis videtur/q̄ iusticia eorum sit sufficiens ad salutem. z tamē non est/non est securum cōfidere in opinionib⁹/z animā suam i incerto opinionū ponere/cū ō facili credat intellectus q̄ō vult affect⁹ Pō. Transierūt in affectū cordis. Aug⁹ in libro ꝓfessionū. Spargis penales cecitates sup illicitas cupiditates. In talib⁹ melius est abundare q̄ deficere/Si quis amplius debito fecerit/domin⁹ bene sciet remunerare illud/Non est in hoc periculum. Sed si in modico defecerit non implens illō ad quod tenet ibi erit periculū/ cui post hanc viram nō poterit subueniri Prouer. x. Egestatem operata est manus remissa. Homo remissus sistit citra debitum/et p modico quādoqz totū amittit/ econtrario cogitationes robusti semp in abundātia. Prouer. xxj. Homo remissus diminuēdo p̄cedit/hodie facit aliq̄d/cras minus. Eccī. xxij. Filia fatua in demīoratione fiet/ita accidit in vita eius sicut in statua nabuchodonosoz. Dañ. ij. Cui⁹ caput fuit de auro optimo. pect⁹ z brachia de argento/ventr⁹ venter et femora de ere. Iusticia excedens/est iusticia sine misericordia q̄ nō est vere iusticia/glo. Sup q̄ntū Mat. Iusticie lumē est misericordia/ Iusticia sine misericordia in tenebris est/z est cecus furor/sup illud. Eccs. vij. Noli esse iust⁹ multū. ōt Interl. Summū ius summa iniuria est/de hac iusticia. tangit glosa sup illud. Luc. j. Erant autē ambo iusti ātē deū/incedentes in omnib⁹ mādatis z iustificatōib⁹ dñi sine querela/ecce inquit tempata iusticia/Plerūqz hominū iusticia. durioz querelas ꝓuocat. Hec iusticia in regnū nō introducit/eo q̄ est sine misericordia. Judiciū eīm sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiā Jaco. ij. Misericordia i padyso loca distribuit/vñ q̄ hic misericors nō fuerit/i padyso locū nō hēbit/Eccī. xvi. Opis mia faciet vnicuiqz locū scōm meritū opm suoz/z ſm intelle-

ctũ pegrinationis illius. ¶ Et sciendum
q̃ hui⁹ intemperate iusticie triplex solet
esse causa. ¶ Prima incõsideratõ ꝓprie infir
mitatꝫ. Prouer. xix. Homo indigens mi
sericors est. Gal. vi. Considerans temet
ipm ne et tu tempterꝫ. ¶ Secunda est igno
rantia aliene infirmitatis, nõ agnoscitur
defacili aliena infirmitas nisi per ꝓpriam
Seneca. Regũ animos induim⁹. illi ob
liti ꝓprie infirmitatis aliene deseuiunt, tã
q̃ꝫ iniuriam accepint. ¶ Tercia est amor va
ne glorie vel laudis, ex quo em̃ ventus va
nitatis ꝑcutit ignem zeli, totus homo ac
cenditur, ita q̃ non timet facere magnaꝫ
stragem vt iustus dicatur, sicut quidã iu
dex ꝑ culpa leui. filium fecit occidi vt di
ceretur bon⁹ iusticiarius, stultissim⁹ mer
cator qui vanã laudem ita care emit. ¶ Iu
sticia ad regnum introducẽs est. Iusticia
vera animũ linguã et manũ cohibens oĩ
bus amicis et inimicis benefaciens. et na
querẽs. ¶ Sed cũ nesciam⁹ an verã an fal
sam iusticiã habeam⁹, vnum remediũ ha
bem⁹, vt ad humilitatẽ ꝯfessiõis fugiam⁹,
ad curiã diuine misericordie appellãtes a
curia iusticie. Bern. Apud dñm frẽs ius
hr̃e nõ possum⁹. qꝛ in multis offendimus
omẽs, sed nec fallere eũ. ipse em̃ nouit ab
scondita cordis, quanto magis opera ma
nifesta, nec resistere virib⁹ quoniã omipo
tens est, quid ergo restat nisi ad humilita
tis remedia tota mente ꝯfugere, et quid
q̃d in aliis minus habem⁹ de ea supplere.
¶ Idem. fugiam⁹ ad misericordiã. ⁊ dicam⁹
qm̃ melior ẽ misericordia tua sup̃vitas ⁊c.
et qui nõ possum⁹ in vestitu innocẽtie vl̃
iusticie, appaream⁹ vestiti ꝯfessione. Con
fessio em̃ et pulcritudo in ꝯspectu ei⁹ (Ni
si abundauerit iusticia vestra ⁊c) Solent
magistri in scolis suis pueros faciliora ꝑ
maiores docere scolares, ipsi ꝟo docent
difficiliora maiores. Magister eccl̃e xp̃s
est. Joh. xiij. Vos vocatis me magister ⁊
dñe ⁊ bene dicitis. ¶ Iudeos q̃ pueriles fu
erunt. ⁊ q̃si sub virga, docuit dñs ꝑ viros
a deo electos, quasi per maiores scolares
scꝫ ꝑ moysen et ꝓphetas mandata leuiora.
Populũ vero xp̃ianũ q̃si magis capacem
docuit ipsemet doctrinã supiorẽ. vel sub
limiorẽ scꝫ legem nouã. Ad differẽtiã doc
trine veteris legis et noue. ꝑtinet euange
lium hodiernũ, in quo tria facit domin⁹.
¶ Primo ostendit iudeoꝝ doctrinã (etiã sic̃
docebant eam scribe siue magistri legis, ⁊
sicut seruabãt eam pharisei qui magne re
ligionis videbãt̃ esse) insufficientẽ esse ad
salute. ¶ Scdo assumit q̃ntũ mãdatũ deca
logi, scꝫ non occides, implens qd̃ deerat
illi mandato, ostendens nõ solum manuꝫ
cohibendã esse ab homicidio, sed etiã ani
mũ ab ira, et linguã a ꝯtumelia ibi. (Audi
stis qꝛ dictum est antiq̃s. nõ occides. ⁊c)
¶ Tercio ostẽdit ab eo qui aliquẽ leserit re
conciliationẽ eius sine dilatione esse que
rendã ibi. (Si offers munus tuũ ⁊c.).
¶ Circa p̃mũ notandũ q̃ iusticia scriba
rum ⁊ phariseoꝝ dupliciter erat insuffici
ens. ¶ Primo q̃a erat forinseca. Mat. xxiij.
Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypochrite, qui
mundatis qd̃ deforis est calicis et parap
sidis, et In eodẽ. Ve vobis scribe ⁊ pha
risei ypochrite, qui similes estis sepulcris
abbatis. ¶ Secũdo quia erat terrena q̃ntũ
ad intentionẽ plurium, vñ fiebant eis ꝓ
missiones ⁊ cõminatões terrene. Tria ꝓ
mittebant̃ iudeis scꝫ bona terre, vita tem
palis, ⁊ pax. ¶ Bona terre. Deutro. xi. Si
obedieritꝫ mãdatis meis que ego p̃cipio
vobis ⁊c. Dabo pluuiã terre vestre tempe
raneã et serotinã. Isa. j. Si volueritis et
audieritis me bona terre comedetꝫ. Vita
Leuit. xviij. Custodite leges meas atqꝫ
iudicia, que faciens hõ viuet in eis. ¶ Pax.
Michee. 4. ꝯcident gladios suos in vo
meres, et lanceas suas in ligones. ¶ Nobis
vero ꝓmittitur regnũ celoꝝ, vita eterna,
et pax pectoris. ¶ Regnũ celorũ. Math. iij
Penitentiã agite appropinq̃bit em̃ regnũ
celoꝝ. ¶ Vita eterna. Eiusdẽ. xix. Omnis
qui reliquerit domũ vel fratres ⁊c. centu
plum accipiet. et vitam eternã possidebit
¶ Pax. Joh. xvij. Hec locut⁹ sum vobis vt
in me pacem habeatꝫ. ¶ Item ꝯminabatur
eis domin⁹ mortem temporalẽ. Isa. p̃mo
Qd̃ si nolueritis et me ad iracundiã pro
uocaueritꝫ, gladius deuorabit vos. Nob
vero ꝯminatur gehennã vel ignem eter
num vt hic. Qui dixerit fratri suo fatue
reus erit gehenne ignis. Math. xxv. Di
scedite a me maledicti in ignem eternum
¶ Circa secundum notandum. q̃ moy
ses securim posuit ad ramum arboris,

phibens homicidium/ Dñs vero tanq̃ sapiẽs agricola securim posuit ad radicẽ/ phibens iram ex qua sequit homicidiũ. ¶ Et notandũ q̃ est ira qua aliq̃s irascit fratri q̃ mala est de q̃ hic ois qui irascitur fratri ẽ./ Et est ira qua aliq̃s irascit culpe fratrj/ q̃ ira bona ẽ. de q̃ hic ór Hlo./ Justa ira mater est disciplie/ et ira q̃ est cũ causa iudiciũ est. non ira/ De hac bět Eccs. vij. Melior ẽ ira risu/ Ira ꝛo qua q̃s irascitur fratri duplex est/ q̃dam subita q̃ nõ est pec catũ mortale/ de q̃ in psalmo. Irascimi et nolite peccare/ Alia cũ deliberatõe q̃ est pcm̃ mortale./ de q̃ spẽaliter intelligit q̃ hic ór Ois qui irascit ẽ. ¶ Et sciendũ q̃ valde fatuꝰ est hõ qui irã nõ refrenat/ Job v. Virũ stultũ interficit iracundia/ pmittit em̃ eã in se dñari Eccs. vij. Ira in sinu stulti reqescit/ sic stultꝰ esset q̃ carbonẽ vivum poneret in sinu suo et reqescere pmitteret/ sic stultꝰ est qui ignẽ ire in sinu pmittit qescere/ Eiusdẽ. xi. aufer iram a corde tuo/ Iracũdus ꝓcat p saul. de quo. j. Re. vlt. Arripuit saul gladiũ suuz/ ⁊ irruit sup eũ/ gladiꝰ iracundoꝝ intrat in corda ipoꝝ/ Dꝛꝰ em̃ iracundꝰ aiam ꝓpriã occidit q̃m corꝛꝰ ꝓximi ledat/ Jtẽ iracũdi ꝓcant per mistros regis babilonis/ q̃ succẽderũt fornacẽ q̃ eos succendit/ Dañ. iij. Augꝰ sup illud. ps̃ In laqueũ cadat i ipm/ sic putato maliciã esse qũo ignẽ si vis incẽdere aliq̃d illud q̃ admoues igni ꝓus ardet/ nisi ardeat. nõ incendit aliud/ vbi gra./ Cũ facula apponis igni ꝓus ardet vt aliꝰ possit incẽdere/ ita ḡ malicia ꝓcedit ex te/ ⁊ quid vastat ante q̃s te/ qũo ꝓfundũ ramũ ledit. vbi radicẽ bz nõ ledit/ Malicia tua vt alter nõ ledat fieri p̃t/ q̃ aũt tibi nõ noceat fieri nõ p̃t/ Iracũdꝰ est q̃si aper q̃ in venabula se impigit. ⁊ est q̃si insanꝰ/ q̃ in semet ipm dẽtes vel manꝰ quertit. De remediis ꝛ irã reqre in tractatu de ira (si offers ẽ.) Hys vbis oñdit q̃d offerendũ/ ⁊ vbi/ ⁊ q̃ lis offerre debeat/ Primũ ibi. tuũ/ Secꝺz ibi. altare/ Terciũ ibi. tũc veniẽs offeres. (Si offers munꝰ tuũ). i. de ꝓpo./ Si em̃ esset de rapina nõ placeret. Eccī. 34. Jm molãtis ex iniquo maculata est oblatio/ puer. iij. Honoza dñm de tua suba/ Isaye lviij. Frange esurienti panẽ tuũ (Ad altare) materiale. de q̃ in ps̃/ Circũdabo altare tuũ dñe/ Jtẽ ad altare spũale. i. xp̃m. de quo Exo. xx. Altare de terra facies mihi/ .i. xp̃m incarnatũ credes/ vel ad altare fidei/ sup quo facienda est ois oblatio/ sine fide em̃ impossibile est placere deo. Heb. .xi./ Vel altare p̃t intelligi coꝛ deuotũ/ q̃ altare est tymiamatis. de quo Exoꝺ. xxx. Facies q̃q̃z altare ad adolendũ tymiama de lignis sechim/ sup hoc altare offerunt dño cantica spũalia Colo. iij./ Verbũ xp̃i habitet in vobis/ abundãter in omni sapientia docentes ⁊ ꝓmonẽtes vosmetipsos/ in psalmis ⁊ hymnis et canticis spũalibꝰ (Et ibi recoꝛdat fueris) Hic insinuatur q̃ oblaturꝰ dño debet coꝛ suũ scrutari/ ne aliq̃d sit in eo q̃ deo displiceat/ Exo. 29. Filij aaron iubent lauare manus ⁊ pedes/ oblaturi in tabernaculo/ Si bñ placz ẽo oblatio nõ ei placet offerẽs Gen. iiij./ Respexit dñs ad abel ⁊ munera eiꝰ/ male diuidit qui se dat dyabolo et sua deo. (Et tunc veniens offeres munus tuũ) Ꝺoctum recõciliatõis faciẽde. tangit Chriꝰ in originali dicens/ Si cogitatu offendisti fratrem tuũ cogitatu recõciliare/ Si verbis offendisti. verbis recõciliare/ Si factis offendisti factis reconciliare/ Aliter nisi quẽ factis lesisti factis placaverꝛ/ sine causa ozas deũ/ sine causa elemosinas facis. de rebus quib⁹ alios spoliasti/ quid ꝓdest tibi si vnus ꝓ te ozat. et alius aduersum te deũ interpellat/ Eccī. 34/ Dona iniquoꝝ nõ ꝓbat altissimus/ nec respicit in oblationib⁹ iniquoꝝ/ vnus edificans et vnus destruens quid ꝓdest illis nisi laboꝛ/ vnus ozans et vnus maledicẽs. cuiꝰ vocem exaudiet domin⁹ (Audistis quia dictũ est antiquis nõ occides) occasione hoꝝ verboꝝ/ dicunt quidã neminem occidendũ/ ꝓtra quẽ erꝛoꝛem multa inuenies in tractatu ꝓtutũ capitulo vltimo de disciplina. ¶ Et notãdũ q̃ multũ debemꝰ cauere ab homicidio. et ab homicidio nostri/ et homicidio alterius/ ⁊ maxime nr̃i. Occidit vero aliquis se ipm/ cum mortaliter peccat/ Sap̃. xvj. Homo p maliciã occidit aiam̃ suam./ Job. vij. Virũ stultum interficit iracundia/ et paruulũ occidit inuidia/ Sap̃. j. Os q̃ mentit occidit aiam̃. ps̃. Interficitꝫ vniuersi vos .ẽ./ Cauendum est autem ab occisione

ꝓximi que fit multipliciter. Primo corde
i. Joh. iij. Qui odit fratrē suū homicida ē.
Scdo ore vt detractōib⁹ vel adulatōib⁹
Prouer. xxx. Generatio que ꝓ dentibus
gladios habet. Hiere. ix. Sagitta vulne
rans lingua eoꝝ. Job. v. Saluū fecit dñs
egenū de gladio oris eoꝝ. ps. Exacuerūt
vt gladiuꝫ linguas suas. Itē molliti sunt
sermones ei⁹ sup oleū et ipsi sunt iacula.
Eccī. xxviij. Flagelli plaga liuorem facit.
plaga lingue ꝯminuet ossa. Tercō gladio
materiali Act. xij. Occidit aūt iacobū fra
trē iohis gladio. Quarto malo exemplo
Ro. xiiij. Noli cibo tuo illū ꝑdere ꝓ quo
xp̄s mortu⁹ est. sic em̄ peccātes in frēs ⁊ ꝑ
cutiētes ꝯscientiā eoꝝ infirmā. in xp̄o pec
catis. Quinto taciturnitate mala Ezech
iij. et. xxxiij. Si dicente me ad impiū mor
te morieris. nō fuerꝫ locut⁹ ei vt se custodi
at a via sua mala. ipse impi⁹ ī iniq̄tate sua
morieť. sanguinem aūt eius de manu tua
requirā Greg. Quia iusto ꝑeunte q̄ in pec
catū cecidit. p̄dicator tacuit. ei⁹ sanguis
reus tenet. Sexto Incauta rep̄hensione
Deutro. xxix. Qui ꝑcusserit ꝓxim suū ne
sciens ꝛc. et in succisione lignoꝝ. securis
effugerit manū. ferrūqꝫ lapsum de manu
brio amicū eius ꝑcusserit ⁊ occiderit. h̄ ad
vnam supradictaꝝ vrbiū ꝯfugiet ⁊ viuet
In siluā imus cū ꝑ correctionē vicia inci
dere intendim⁹. ferrum labiť cū aspior cor
rectio debito exercet. Septimo. duricia
⁊ immisericordia ad indigentes. Aug⁹ pa
sce fame morientē. si non pauisti occidisti
Prouer. xxviij. Qui subtrahit aliq̄d a pa
tre supple de necessarijs exhibendis. et d̄t
hoc nō est pctm̄. ꝑticeps homicide ē. Oc
tauo. bona pauperꝝ rapiendo. Eccī. 34.
Qui aufert in sudore panem. quasi q̄ occi
dit ꝓxim suū. In eodē. panis egentiū vita
pauperꝝ est q̄ d̄fraudat illū hō sanguinū ē.

Dominica. VII. Sermo
In ordine. ciij.

Cum turba mul
ta esset cū iesu ꝛc. Marc. viij. In
hoc euāgelio. Primo ostēdiť q̄re dñs tur
bam pauit. Scdo vñ eam pauerit ibi. Et
interrogabat eos quot panes habetꝫ. Ter
cio quō eam pauerit ibi. ⁊ p̄cepit turbe di
scumbere ꝛc. Quarto ostendiť multitudo
reliquiaꝝ. ꝯuiuij ibi. ⁊ sustulerūt ꝛc. Quin
to numer⁹ manducantiū ibi. erāt aūt qui
manducauerāt ꝛc. Ad modū pascendi ꝑti
nēt ista. scꝫ q̄ turbam sup terrā discūbere
fecit. q̄ gr̄as egit. q̄ ipsemet panes fregit
q̄ eos discipulis dedit turbe apponēdos
Itē benedictō pisciū. et pulmēti appositio
⁊ q̄ saturauit eos q̄s pauit. (misereor. ꝛc.)
Glosa. qd̄ miseretur est ex affectu hūane
ꝯpassionis. q̄ satiat tot ex tam paucis pa
nibus ex ꝑtāte diuina (sustinent me). i. ex
pectant. sꝫ q̄re. qꝛ in montē ascenderat et
sedebat cū discipulis. vt d̄r Math. xv. et
ipsi ꝓpter curationē infirmoꝝ suoꝝ ꝯuene
rant. Mathe⁹ habet. qꝛ triduo iam ꝑseue
rant mecū. Interl. ꝓ curatōe suoꝝ (septē
sportas) sporte vasa sunt q̄bus panis por
tatur. ⁊ d̄t Glosa. q̄ facte sunt de iunco ⁊
palmaꝝ folijs. (Erant aūt q̄ manducaue
rant q̄si q̄ttuor milia) Mathe⁹ addit ex
tra ꝑuulos ⁊ mulieres (Cum turba mlta
esset cū iesu ꝛc.) Recolit ecclesia in hodier
no euāgelio. vnū de ꝯuiuijs solennib⁹ fa
ctis a saluatore in mūdo isto. nō legitur
fecisse nisi duo talia. qꝛ melius iudicauit
intēdere refectōi aīaꝝ q̄m corpoꝝ. Aug⁹.
Non est magnū pascere vētres moriētes.
sꝫ magnū est pascere aīas in eternū victu
ras. Octauo ꝟo ostendunť in hoc euāge
lio facta a saluatore ꝑtinētia ad edificati
onē nostrā. Primū est q̄ turbā refecturus
discipl'os ꝯuocauit. et de hoc qd̄ factur⁹
erat cū eis tractauit. Glosa. sup mat. xv.
Dñs discipulos ꝯuocat vt doceat maio
res ꝯsilia sua. minorib⁹ ꝯmunicare. ⁊ vt ex
locutione intelligant signi magnitudinē.
Sunt aliq̄ qui credunt se sibi sufficiētes.
a nullo ꝯsiliū querētes. q̄ putātes se esse sa
pientes stulti facti sunt. Ro. j. Aug⁹ vbi
dixisti sufficit. ibi. defecisti. vbi tibi placu
isti ibi ꝑijsti. Bern̄. Oīa illis desunt q̄ sibi
nihil deesse putāt. Prouer. xxvi. Vidisti
hominē sibi sapientez videri magis spem
illo hēbit insipiens. Greg. valde difficile
est. vt is qui se sapientē estimat mentē ad
humilitatē reducat. et recte p̄dicantibus
credat. Item Greg. qꝛ p̄ma stulticia ange
li elatio cordis fuit. vera sapia efficiť ho
minis. humilitas sue estimatōꝫ. Eccī. 32.
Fili sine cōsilio nihil facias. Scd̄m est q̄
dñs ostendit q̄d ad pascendū turbā eum

mouerit ibi. Miſereor ꝛc. Non mouit eū mundane glie vanitas. ſed pietas ſunt aliqui qui ideo faciunt magna cōuiuia vt largi dicant/ qui in veritate largi non ſūt. Licet ventus vanitatis eis res ſuas auferat/ ſicut arbor nucis larga non eſt. licz fructus eius a vento excutiant. Pietatē ſaluatoris multa mouere potuerūt. vt in actū miſerēdi etiret. Primū fuit ꝟba erat. turba em̄ eſt miſeranda/ qz vix eſt q̄n ſint in ea multi indigentes miſericordia et digni ea. Sunt in ea aliqui ſimplices defectū ſapie habētes/ aliqui ꝓfectūdi. aliqui valde paupes/ aliqui magni meriti apud deū. Turbe impēdebat ſaluator beneficia ſua. vt beneficiū inſtructōnis. Matth. v. Videns turbas aſcendit in montē ꝛc/ ⁊ aperiens os ſuū docebat eos ꝛc. Item bñficium ſaluatōis vel ſanatōis Matth. xiiij. Exiens vidit turbam multā ⁊ miſert⁹ eſt eius/ ⁊ curauit languidos eoz. Item bñficium corpalis refectōis/ de quo hic habet. Hōm fuit hoc q̄ triduo ſuſtinuerāt eum/ vel ꝑſeuerauerāt cū eo/ vt ōr Mat. Multum valet ꝑſeuerantia ad impetrandum a dño quod ab eo petitur/ vt dñs oſtendit Luce. xi. In ꝓbola de amico veniēte de via. Item in ꝓbola de iudice iniquo/ ⁊ vidua Luc. xviij. Ad hoc ſuſtinuerat turba dñm vt infirmos eius ſanaret. Si ḡ infirmitates tuas ſpūales vis ſanari/ exēplo. turbe ſuſtine triduo dñm/ vt primus dies ſit doloꝛ ꝓtritōis/ ſcōs pudoꝛ ꝓfeſſionis/ tercius laboꝛ ſatiſfactōis. Hoc eſt triduum qō itur vt deo gratum ſeruitiū offeratur Exoō. v. Vel p̄mus dies poteſt intelligi ꝓgnitio veri/ ſcōs deteſtatio mali/ tercius amoꝛ boni. Tercio mouit dñs turbe indigentia/ qz non habebant qō manducarēt. Chriſ. ſine indigentia non feciſſet ōs mira. hic oſtendit dñs facto qō Luce. xiiij. oſtēderat verbo dicēs/ Cum facis ꝓuiuiū voca pauperes ꝛc. Quarto potuit eū mouere qz laboꝛauerūt/ vñ ōr Quidam ex eis ō longe venerunt. Quinto hoc q̄ laboꝛaturi erant/ vñ ipſe dicit. Si dimiſero eos ieiunos deficient. Sexto. hoc q̄ erant in ſolitudine. vbi neceſſaria venalia non inueniſſent etiā ſi pecuniā habuiſſēt./ vñ dicūt diſcipuli/ vnō iſtos quis poterit ſaturare panibus in ſolitudine. Tercio ꝓtinēs ad edificationē noſtrā eſt hoc q̄ de numero panū queſiuit/ voluit dñs numeꝛ panum a diſcipulis rñderi/ vt veritas miraculi ꝓ hoc aꝑpareret/ ⁊ ad ꝓmendationē ſeptifoꝛmis gr̄e ſpūſſancti. Alia refectio facta ex q̄nq; panibus ꝑtinet doctrinā veteris legis. Iſta facta ex ſeptē panib⁹ ꝑtinet doctrinam noue legis/ in qua ſeptifoꝛmis gr̄a ſpūſſcī ⁊ reuelatur et datur. Dee ſeptē gr̄e p̄nt intelligi. vel ſeptē dona ſpūſſancti/ vel ſeptē ꝓprietates. ſcz tres theologice. ⁊ q̄ttuoꝛ cardiales/ quaꝝ tres oꝛdināt ad finē ſup̄mū ſcz fides. ſpes. caritas. Quattuoꝛ circa illa que ducūt ad finez illū. Agnoſcimus fide ſup̄mū finē bonum eſſe ſe ꝓmunicans/ vñ due oꝛiunt affectōes/ ſcz ſpes. ex eo q̄ ꝓgnoſcitur liberaliſſim⁹ bona ſua ꝓmunicando/ et deſideriū ex eo q̄ cognoſcit eſſe bonū. quo nihil melius deſiderari p̄t/ bonum em̄ eſt qō deſiderat ab omib⁹/ vt ait Dyoniſi⁹. hoc deſideriū ꝑtinet ad caritatem. De quattuoꝛ cardinalib⁹ dicit Aug⁹ ꝓuidentia eſt diligere qō diligendū eſt. Fortitudo nullis auelli moleſtijs. Tpantia nullis illecebris. Juſticia nulla ſuꝑbia. Attendendū vero eſt q̄ ſaluator audiro a diſcipulis q̄ ſeptē panes habēt/ turbā diſcumbere iuſſit/ ad oſtendendū q̄ pane cōtenti eſſe debeam⁹. qñ alia nō inueniūtur/ qō eſt ꝓtra quoſdā qui dicūt q̄ ꝑ ſolo pane nō poterēt menſam/ vel non ſederēt ad menſam. Quartū eſt q̄ eos ad terzā diſcūbere fecit/ ad oſtendendum q̄ in noua lege terzena ꝓtemni iubent/ que in veteri ꝓmittebant. Iſa. j. Si volueritz et audieritis me bona terze comedetis. Mat. xix. Si vis ꝑfectus eſſe/ vade ⁊ vende omnia que habes et da paupibus ꝛc. Quintum eſt q̄ gr̄as egit. Debem⁹ gr̄as agere deo in ꝓuiuijs nr̄is/ cū gr̄as agamus hominib⁹/ etiā ꝑ modicis beneficijs ab eis receptz. ꝓma Thy. 4. Nihil eſt reꝛciendū qō cū gratiarū actione ꝓcipitur. Sextū eſt q̄ panes ⁊ piſces benedixit/ bñdictio etiam in ꝓuiuijs nr̄is nō eſt negligenda q̄ oꝛatur/ q̄ creauit ⁊ dedit cibū vt det ſalubr̄e⁹ eius vſum/ qō nō eſt ꝓpium donū. Seneca Grulto nulla re op⁹ eſt/ nulla em̄ re ſcit vti/ Idē Doce nō eſſe poſitū bonum vite in ſpacio ci⁹/ ſed in vſu. Idē eſt intelligendū de alijs rebus. j. Thy. 4. Dicit ō cibo/ q̄ ſanctificat

p verbum dei et orationē/ne scz sit noxi⁹ anime vel corpi. Intrauit dyabol⁹ in sanctimonialē/q̄ sine benedictōne lactucā comedit. vt legit̄ i dyalogo Greg. Septimū est q̄ pisces apponi iussit ad ostēdendū/q̄ cibis verbi dei addendū est pulmentū exēpli boni. Magis em̄ suadēt opa bona q̄ verba/vt dicit Amb. Seneca. longū iter p p̄cepta/breue ⁊ efficax p exempla. Octauū est q̄ panes ⁊ pisces tantū multiplicauit/q̄ postq̄ ex eis q̄ttuor milia. p̄ter mulieres et puulos. saciati sunt/septē sporte plene fuerūt fragmētis que remanserunt/ad ostēdendū q̄ misericordib⁹ bona tpalia multiplicant̄ a deo/Luce. vj. Date ⁊ dabitur vobis/Grego. in dyalogo/Terrene subē p hoc q̄ pauperibus distribuūt̄. multiplicant̄/Prouer. xi. Alij diuidunt ꝓpria ⁊ ditiores fiunt. Eiusdem. xxviij. Qui dat pauperi nō indigebit/iij. Regū. xvij. Illi vidue q̄ helyam pauit farina ⁊ oleū nō defecerunt/donec pluuia a dño data est mūdo/Poti⁹ helyas pauit viduā q̄m vidua ip̄m/multotiēs paupes poti⁹ pascunt misericordē q̄m misericors ip̄os/quia misericors fidelit̄ dispēsat pauca bona sibi a dō ꝯmissa/ideo merito a deo sup multa ꝯstituitur. Math. xxv. (Dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via) Notādū q̄ tribus generib⁹ hominū valde graue ē ieiunare/scz ꝯualescentib⁹ ab egritudine magna/itinerantib⁹ et pueris/Hys trib⁹ modis se habēt q̄ de nouo de peccatz suis penituerūt/ꝯualuerūt a multz et magnis egritudibus/viam padisi sunt ingressi. pueri sunt vni⁹ anni. vel mensis/⁊ ideo cib⁹ verbi diuini ē eis necessari⁹. ⁊ sine illo deficiunt. Glo. Bede sup Math. xv. Perit qui sine pane celesti ad patriaz tendit/iij. Regū. xix/Surge comede grādis tibi restat via/Treñ. j. Facti sunt p̄ncipes eius sicut arietes nō inuenientes pascua/abierunt absqz fortitudine añ faciē subseq̄ntz (Quot panes hētis. qui dixerūt septem) Septē panes possunt intelligi/quib⁹ vita spūalis sustentatur/Prim⁹ est opus virtutis/virtus em̄ deficit nisi exeat in opus. potentia videndi in eo qui diu est in tenebris. deficit/cū non exeat in actum suum/sustentatur em̄ actu suo/vñ in psona v̄tutum pōt intelligi illud. Isa. iiij. Panē nostrū comedem⁹. panis virtutū est op⁹ eaꝝ q̄ sustentātur. Scd̄s est doctrina. Deut. viij. Afflixit te penuria/⁊ dedit tibi manna cibum quē ignorabas tu ⁊ patres tui. vt oñderet tibi q̄nō in solo pane viuit hō sed in omni verbo quod pcedit ex ore dei. Tercius est exemplū. Ecci. xxix. Que in manu habes ciba cet eros/Berñ. Efficatior est vox opis q̄m vox s̄monis. Quartus est sacramentū altaris. Joh. vi. panis quē ego dabo/caro mea est. p mundi vita Quint⁹ est inspectio creaturaꝝ. Isa. xxix. Erit visio omnium q̄si visio libri signati Sextus est oratio que multum roborat hoiem. Septimus est meditatio/de hys duob⁹ d̄t Greg. Uita hominū amor dei hunc fides ꝯcipit. spes pturit. spūssanct⁹ format ⁊ viuificat/Lactat lectio. meditatio pascit/oratio cōfortat. Pisciculi sunt ꝯsolatōes. quas dñs dat in p̄nti. In psalmo. s̄m multitndinē doloꝝ meoꝝ. ꝯsola. t. le. a. m/in Joh. xiiij. Rogabo patrē meū et alium paclitum dabit vobis/⁊ bene dicunt̄ pisciculi p̄sentes ꝯsolationes/respectu em̄ cōsolationū que erunt in patria se habent ad instar puncti/Berñ. exponit q̄ dicunt̄ in hoc euangelio. de claustralib⁹ hys v̄bis/Saluatorē frēs carissimi in desertū secuti estis/Existis ad eum extra castra. sed vereor ne q̄s forte in triduana expectatōe pusillanimis inueniatur/et in egyptum hui⁹ seculi nequā. corde vel etiā corpe reuertat̄/ꝓpter hoc d̄t scriptura expecta dñm viriliter age. Idē. viam trium dieꝝ eas necesse est in deserto/si gratū dō tuo offerre volueris sacrificium/⁊ triduo sustineas saluatorē. si miraculi panib⁹ desideras satiari. Prima est dies timoris. horrendū gehenne suppliciū demonstrās Scd̄a. dies est pietatis q̄ respiram⁹ in luce miserationū dei. Tercia. dies est rōnis in qua veritas innotescit/vt tanq̄ ex debito quodā nature. siue alia ꝯsideratione. creatura subiecta sit creatori/seru⁹ seruiat redemptori. Idē. septē panes q̄b⁹ reficiamini isti sunt. Prim⁹ panis est verbū dei in quo vita hominis est sicut ipse testatur Scd̄s panis est obediētia q̄m me⁹ inquit cib⁹ ē vt faciā ei⁹ voluntatē qui misit me. Tercius panis est meditatio sancta de q̄ scriptum est. Meditatio sctā seruauit te.

et que in alio loco noīari videtur / panis vite et intellectus. Quartus panis est orantiū lacrime. Quintus labor penitētie / nec miraberꝫ ꝙ laborem aut lacrimas panem dixerim / nisi forte exciderit tibi qđ in ꝓpheta legisti. Cibabis nos pane lacrimarum. Item psalmꝰ alius labores manuuꝫ tuaꝝ qꝛ man. ꝛc. Sextus panis est. iocūda vnanimitas socialis / panis inq̄ꝫ ex diuersis granis ꝯfectus fermētāte sapiētia dei. Septimꝰ panis est eucaristia / quoniā inquit panis quē ego dabo caro mea est ꝓ mdi vita. Itē septē panes ꝑm Bern̄. sunt septē effectꝰ miſicordie. Prima ē ꝙ a multis peccatis adhuc in seculo positū custodiuit / nō ꝑma quidē inter omēs quas mihi impēdit. sed inter has septē / q̄s em̄ non videat ꝙ sicut in peccata mlta nō cecidi / sic et in alia potui cecidisse peccata / nisi me omnipotēs seruasset. fateor et fatebor / Nisi quia dominꝰ adiuuit me / paulo. ha. anima mea in inferno. At miseratio tua Scđa sup me dn̄e. q̄ nā poterit explicari sermone / Ego peccabam et tu dissimulabas / nō ꝯtinebam a sceleribus. et tu a verberibꝰ abstinebas / ꝓlongabam ego mlto tempe iniquitatē meam / et tu domine pietatem tuā. Tercia miseratio fuit / ꝙ visitauit cor meū et imutauit / vt amara fierent que prius male dulcia erant / et qui letabar cum male facerem. et exultabam in rebus pessimis / vt recogitarē ei oēs annos meos in amaritudine anīe mee. Quarta miseratio fuit ꝙ penitentē misericorditer suscepisti / vt in numero eorum inuenirer / de quibꝰ ps̄. Beati quoꝝ remisse sunt iniq̄tates ꝛc. Quinta misericordia ꝑ quā mihi ꝯtinendi deinceps et emendaciꝰ viuendi p̄stitisti virtutem / ne recidiuuꝫ paterer et esset nouissimꝰ error priore peior. Sexta misericordia est gratia ꝓmerendi / que scilicꝫ munus bone ꝯuersatiōis indulget. Septima spes obtinendi. qua donas homini indigno peccatori de tua totiens experta bonitate / vsqꝫ ad celestia speranda p̄sumere. Item de miseratōibus diuinis Bern̄. Sic honorat me miſationibꝰ deꝰ / sic concludit. sic obruit beneficijs suis / vt onus aliud non possim sentire / Quid em̄ retribuam domino ꝓ omnibus que tribuit mihi. tanta tribuit. tanta retribuit. ꝛ tu mihi de alio onere loqueris / deficit spūs meus prorsus deficit in tanta beneficioꝝ consideratione / et licet dignas nō sufficiam gratias agere / ingratitudinē. prorsus odit anima mea / ꝑemptoria seq̄dem est ingratitudo. hostis gratie. salutis inimica. (Unde istos quis poterit saturare panibus in solitudine) Sicut celum solitudo est malis. ꝑm illud Luce. xv. Dimisit nonagintanouem in deserto / sic mundus solitudo bonis. qui licet ibi habeant bona transitoria. sunt tamen quasi nō habētes ꝑma Corinth. vij. Qui gaudent tanq̄ nō gaudentes / et qui emunt tanq̄ non possidentes / ꝛ q̄ vtuntur hoc mundo tanq̄ nō vtantur. In hac solitudine dat dominꝰ septem panes. septem dona spūssancti / q̄bus possumus contra carnem. mundū et dyabolū / dono scꝫ timoris scientie et pietatis possumus ꝯtra carnem / dono cōsilij et fortitudinis cōtra mundū / dono intellectus et sapiētie cōtra dyabolum / dono scientie cogitat quis. vilitatē carnis / quō ipsa sit vas stercoꝝ / īmo latrina latrinaꝝ. quoniā alie latrine nō sordescunt nisi per ipsam / vnde dicit Judicū. iij. ꝙ percusso eglon rege per secreta nature / statim alia stercora ꝓruperunt / non apparuit ꝑus esse latrina. sed tunc apparuit. Item dono scientie / cogitat quis carnem esse domū ruinosam / ad cuiꝰ repationē frustra quottidie laboratur / Aggei. j. comedistis ꝛ nō estis saciati / et subditur. Qui mercedes cōgregauit misit eas in saccum ꝑtusum / Saccus pertusus est caro / de qua ꝑ multa foramina effluūt sordes. Item dono scientie / cogitat q̄s carnē esse carcerem interioris homis / In psalmo. Educ de carcere animā meam / ad Ro. vij. Infelix ego homo q̄s me liberabit de carcere mortis huiꝰ. i. de corpe / Hic carcer est luteus īmundus et tenebrosus / Job. 4. Quāto magis qui habitāt domos luteas / Osee. viij. Israel factus est in natiōibꝰ. quasi vas īmundū / In psalmo. Eripe me de luto / Job. iij. viro cuiꝰ abscondita est via / et circumdedit eum deus tenebris. Item dono scientie agnoscit quis carnem esse colubruꝫ / de q̄ dicitur / ꝙ cum foueret in sinu eius. q̄ eum liberauerat / cōplexus eum cepit pungere / ꝛ cū quereret quid facis / Rn̄dit. Naturā

meam facio/sic caro reddit malū p bono./
¶Dicitur q mus in pera/coluber in sinu/ignis in domo/male remunerant hospites suos/Dono ergo scientie ognoscitur caro esse coluber/et fugiendo vincitur/Eccī.xxv. Non est caput nequius sup caput colubri. Eiusdē.xxi. Quasi a facie colubri fuge peccatū ¶Item dono timoris possumus cōtra carnem/que melius vincit fugiēdo/timoris em est fugere Prouer xiiij. Sapiens timet et declinat a malo/Eiusdē.xv/per timorē domini declinat omnis a malo/¶Item dono pietatis caro vincitur/vnde sup illud.pma.Thy.4. Pietas ad omia vtilis est. dicit Glosa./Omnis summa xpiane discipline in mirificorōia et pietate consistit/quā aliquis seqns ꝛ si lubricum carnis patiatur/vapulabit qdem/sed nō peribit/Dono consilij et fortitudinis vincitur mūdus/qui impugnat psperis et aduersis/Dono psilij psperitatem nobis vtilem reddimus/dum ea que nō possunt seruari retinendo/seruam⁹ distribuendo/stultus qui omne frumentum suum recondit in horreo nihil inde seminans cū pars seminanda esset/et pars ad vsum seruanda/Genē.xlvij/Reliquas partes pmitto vobis in semine tō/Pauperes sunt quasi thesaur⁹ vel saccul⁹/Eccī.xxix. Luce.xij. Uendite que possidetis ꝛ date elemosinā/facite vobis saccos q nō veterascunt/thesaurū indeficientem in celis/
¶Dono fortitudinis aduersitas nobis vtilis redditur/dum paciēter toleratur/Dono sapiētie ꝛ intellectus. dyabolus vincit/Sunt em penne spūales quibus in celū volatur/Prouer.j. Frustra iacitur rete añ oculos pennatoꝝ/Glosa. facile euadit laqueos in terris/qui semp oculos habet in celis/Dyabolus tentans de mūdi gloria vincitur dono intellect⁹/cuius est legere interioza/vñ sub mundi gloria videt ignominiā.Ꝑm illud Phyl.ij./Gloria in confusione eoꝝ qui terrena sapiunt. Osee.4. Gloriā eoꝝ i ignominiā ꝓmutabo/¶Item sub temperali ignominia videt imarcessibilem gloriā/Moyses minabat greges ad interioza deserti/Exod.iij. Sic interioza mundi inspicienda sunt/vt ab eo resiliatur. Naū. iij.q viderit te resiliat a te/
¶Item dono sapiētie dyabol⁹ vincitur/dono em sapientie celestis gloria ꝑgustatur/et sic mundana gloria abominabilis redditur. Luce.xvj/q altum est apud homines. abominatio est apud deum/Eccī. j. Ubi multa sapientia/ibi indignatio multa.j. Mach.iij. Gloria impij sterc⁹ et vermis (Et manducauerūt et saturati sunt)
¶Notandum q sex sunt genera hominū qui nō satiantur ad mensam domini/Primi sunt illi qui ad eam non accedunt qui sunt maledicti/ꝑm illud Maledicti qui declinant a mandatis tuis./In psalmo. Omnē escam abominata est anima eoꝝ. et appropinquerunt vsqz ad portas mortis/Secundi sunt illi q accedētes ad mēsam domini non comedūt/sed abscondūt vt postea vendant/nō adq̄escentes illi exhortatōi diuine. comedite amici. tō Cantico.v. Tercij sunt quidam homines rustici/qui ad mensam dominū tergum ꝑtūt. Eccī. vi. ꝗm aspera est nimium sapientia indoctis hominib⁹/et nō ꝓmanebit in ea excors/excors est qui suuz cor habz alibi.
¶Quarti sunt homines seculari scientia satiati/Prouer.xxvij. Anima saciata calcabit fauum/Quinti sunt homines fastidiosi/qui nolunt audire nisi noua/et exquo aliquid semel audierunt/licet illud nesciant nō possunt audire illō de cetero. Seneca. Fastidientis animi est multa degustare/Sexti sunt homines maliuoli et detractores. Sap.j. In maliuolā animam non introibit sapientia. (Erant autē qui manducauerāt quasi quattuor milia.)
¶Notandum q sex sunt in quibus hec refectio domini differt ab alia/Primo in hoc/q fuerunt ibi q̄nqz panes/hic vero septem/Secūdo in hoc q illi fuerunt ordeacei. isti creduntur fuisse triticei/Tercō in hoc/q ibi sederunt sup fenum hic super terram/Quarto in hoc/q ibi fuerūt q̄nqz milia qui manducauerāt/hic q̄tuoz/Quinto in hoc/q ibi duo pisces. hic pisciculi pauci/Sexto in hoc q ibi duodecim cophini pleni hys que supfuerunt/hic septē.
¶Quid ꝑ panes septem significet iam ostēsum ē/In pane ordeaceo significat timor pungitiuus/et palea spūaliter intelligentiam tegēs/que in veteri lege abundabāt.
¶In pane triticeo amoz suauitatis/in nouа lege abundans/In discubitu sup fenū

ostenditur q̄ in veteri lege desideria carnis rep̄mebant/in discubitu vero facto super terrā./in hoc cōuiuio ostenditur q̄ in noua lege terrena contemni docentur/in hoc q̄ q̄nq3 milia fuerunt in alio cōuiuio/ insinuatur populū illum subditum fuisse q̄nq3 sensibus./Hic q̄ttuor milia sunt propter virtutes quibus spūaliter viuit./ibi duo pisces.q2 due p̄sone que populum pascebant rex et sacerdos/in noua lege pascitur popul⁹ sanct3 qui multi sunt/De sexto dicit Christ/quare duodecim cophini fuerunt. vbi plures manducauerūt/r Respōdet/forte sporte cophinis sūt maiores/ potest et numer⁹ sportarū ad idem referri ad quod numer⁹ panū./sc3 ad septifor̄mē gratiam spūssancti.

¶ Dominica. VIII. Sermo In ordine. ciij.

Attendite a falsis ꝓphetis qui. rē. Mat. vij. Cum sint q̄ttuor impedimēta ecclesie in via p̄sentis vite/sc3 aperta p̄secutio tyrannor̄/deceptio hereticor̄/simulatio falsor̄ fratrum/r fallacia antixp̄i et suor̄/De duobus agitur in hoc euāgelio/Primo de deceptione hereticor̄ ibi. Attendite rē/Secōo de simulatione fratrum ibi. Non omnis qui dicit mihi dñe/Heretici cum bene videantur viuere.male docent/falsi fratres cum bene videātur docere/male viuunt/In p̄ma ergo parte monemur./Primo vt ab hereticis caueamus/Secōo docemur.quomō eos agnoscere valeam⁹ ibi/a fructib⁹ eor̄ ꝙgnoscetis eos (Attendite).id est diligenter cauete. (a falsis ꝓphis). id est hereticis (qui veniunt ad. rē.) Glosa. licet hoc de omnibus qui aliud habitu et sermone/aliud opere ꝓtendunt possit accipi/tamen specialiter de hereticis qui quadam pietatis veste tecti venenato animo et intentōne nocendi rapaces sunt lupi./vel exterius si copia datur. vel interius corrūpēdo (A fructu eor̄ ꝙgnoscetis eos) cōtra Nonne multa bona faciunt que videntur esse fructus q̄bus potius possunt reputari boni q̄m mali/hoc soluit Glosa dicens/q̄ nō ꝙgnoscētur a veste. sed ab operib⁹ vestem vocans opera de genere bonor̄/que faciunt ad tergendam maliciam que non dicunt fruct⁹/ quia nō f̄m genus eor̄ sunt/Alia glosa. ¶ Si quando dicta vel facta malor̄ ꝑsunt bonis/non hoc faciūt mali/sed fit de illis dei consilio/quia non eorum fructus est. sed vitis que sup spinas quādoq3 exuberat/sed carpendus est botrus.spina cauēda (Nunquid colligunt rē) Glosa. vt spina nō facit vuam/sic bona arbor facit fructum bonum/mala malum. et non ecōuerso (Alia glosa. spine r tribule sunt hereticī/ a quibus nullus sapiētum sanctitatem vl̄ veritatem poterit inuenire/sed ꝺcidunt r cruentant ap̄rorimātes (Sic omnis arbor. rē). id est sicut de arboribus p̄dict3 non expectātur fructus dulces/sic ab hominibus bonis talib⁹ manentib⁹ non exeunt fructus mali/id est opera pene eterne demeritoria/nec de malis manentib⁹ talibus.opera vite eterne meritoria/Arbor bona est vir bonus/vel volūtas bona/Arbor mala est vir mal⁹ vl̄ volūtas mala (nō potest arbor bona fructus malos facere) intellige manens talis. sicut ostendit Augustin⁹/exemplū ponens de niue. que nō potest calefieri. manens scilicz nix/cū eīm calefit. fit aqua/Arbor bona potest fieri mala. et mala bona./vt saulus factus est paulus./et iudas apostol⁹ factus est p̄ditor/Ad terrendum vero non facientes fructum bonum/subditur cōminatio cū dicitur. (Omnis arbor que non facit fructum bonū excidetur) p̄ mortem/vel separabitur de numero fidelium p̄ excōmunicationem in p̄senti/vel in futuro p̄ iudicij examinationē/vnde Daniel. iiij. dicit de arbore illa./Succide illam et mitte in ignē (et in ignē) gehēne (mittetur igit) id est quia mala arbor potest bonos fructus facere (Ex fructu eor̄ ꝙgnoscetis eos) vel ad illud p̄rimū potest ꝓtinuari/omnis arbor vt fruct⁹ p̄ mercede sumatur sub hoc sensu (Igit ex fructu eor̄). id est ex mercede quā recipient/vel ex fructib⁹ dum eos comedēt/nō dū eos faciūt./Prouer. j. Comedent igitur fructus vie sue. (Non omnis qui dicit domine dñe rē) Hic agitur de falsis fratribus/Glosa. Sicut cauendi sunt qui habent speciē bone vite ꝓpter dogma nequitie/sic et hy qui econtrario cum integre doctrine r fidei sint/turpiter

viuunt. Luce. vj. sic habetur. Quid voca
tis me domine dñe. et nõ facitis que dico/
¶ Contra hoc quod hic dicit/ videtur esse
illud Johel'. iij. Omnis qui inuocauerit
nomen domini salu⁹ erit/ et illud. j. Cor.
xij. Nemo potest dicere domin⁹ iesus nisi
in spũsancto/ Ad quod dicendũ. ꝙ hic lo-
quor de vocali dictõe. Apl's vero loq̃t de
reali dictõe et vera./ Nemo aũt potest di-
cere iesus est domin⁹ meus. nisi sit seruus
eius./ Nemo aũt est seruus eius. nisi habe
at spm̃sanctũ/ vñ Aug⁹/ Proprie apl's po
nit verbum. qd̃ est (dicit) significãs volun
tatẽ et intellectũ dicẽtis. (Sed qui facit
vol intatẽ patris mei) seruando scz eius
mandata/ ipse intrabit. (Attendite a
falsis ꝓphetis qui veni.) In verbo atten-
dendi monemur ad vigilantiã in cog̃scẽ-
do malũ/ Chrs./ Magna virtus boni est
ꝯgnoscere malũ/ et firma tutela salutis sci
re que fugias./ p̃ma Joh. 4/ Nolite omni
spiritui credere/ sed probate spiritus si ex
deo sint/ quoniã multi pseudo ꝓphete exi
erunt in mundũ/ scd̃a Pet. ij. Fuerũt pseu
do ꝓphete in populo./ Sic et in vob̃ erũt
magistri mendaces/ qui introducẽt sectas
p̃dicationis seu ꝑditionis/ Ab hereticis
qui falsi ꝓphete dicunt̃/ vigilanter cauen
dum est/ quia dolosi sunt./ Unde significã
tur per vulpes samsonis. Judicum. xv/ ⁊
Cant. ij/ capite vulpes paruulas nobis.
Item Apoc. ix. ꝯpantur scorpiõib⁹/ quia
in facie. id est in p̃ncipio blandiũtur/ cau
da vero. id ẽ in fine pungunt. Joh. ij/ Om
nis homo primũ bonũ vinũ ponit/ Pro-
uer. vij. Irretiuit eum multis s̃monibus/
⁊ blandicijs labiorum protraxit illum/
¶ Et notandũ ꝙ heretici dicũtur recte fal
si/ cum ipsi falsificent litteras regni cele-
stis/ et monetam ꝑadysi./ Ipsi corrumpũt
litteras sacre scripture/ que a filio dei qui
imago patris est/ quasi sigillo appenso cõ
firmate fuerunt in cruce./ Job. xiij/ osten-
dam vos fabricatores mendacij/ et culto
res ꝑuersoruz dogmatum./ Monetam v̄o
ꝑadysi falsant aurum diuini amoris/ sub-
trahẽdo ei. dum oratões. ieiunia. elemo-
sinas. amore vane glorie faciũt/ que amo
re dei facere debuerũt. Seq̃tur (Qui ve
niunt ad vos in vestimentis ouium) s̃m
Augu. Vestimẽta ouium sunt blanda ver
ba innocentũ/ cetera qz religionis signa.
.ij. ad Thy. iij/ Habẽtes q̃dem speciem pi
etatis/ virtutẽ aũt eius abnegantes/ ouis
dum viuit pelle sua cõtegitur/ Mortua
autẽ oue alter contegit̃ inde/ Ouis viua
est vere innocens. qui pelle honeste ꝯuer-
sationis ornatur/ q̃si pellis ouis mortue
est ꝯuersatio exterior ypochrite./ Glosa.
Jeiunia et orationes sunt simulati sicut
et ouis/ sed non debent oues pelles suas
deponere. et si aliquãdo lupi se eis conte-
gant (Intrinsecus ãt sunt lupi rapaces)
vel spũaliter corrumpendo/ vel si possunt
corꝑaliter ꝑsequẽdo/ vt ptz in arrio. cuius
consilio tempe suo omẽs episcopi catho-
lici missi sunt in exiliũ/ vt vix inuenti sint
tres episcopi qui obsisterent ⁊ obuiarent
ei./ Act. xx. Scio quia intrabunt post di-
scessum meum lupi rapaces/ Chris. Lu-
pus tectus pelle ouina ꝑ vocem agnosci-
tur et ꝑ actum/ ouis balat inclinata deor-
sum/ lupus vlulat contra celum/ hoc sup-
bie. illud humilitatis signum/ ouis herbã
manducat. lupus carnem./ qui ergo sang-
uine gaudet et bellis. lupus est. (Et no-
tandum ꝙ sicut illi nos exterius decipi-
unt. qui speciem boni pretendũt cum sint
mali/ sic etiã interi⁹ decipimur quibusdã
p̃nunciabilibus/ quasi q̃busdam ꝓphetijs
habentib⁹ speciem boni Treñ. ij/ Prophe
te tui dixerũt tibi falsa. ⁊ stulta/ Proponit
aliquis recedere a peccato/ sed occurrit ei
cogitatio dicens/ ꝙ potest hoc differre ꝓ-
mittẽs longos dies. cum adhuc iuuenis
sit/ vel ꝙ satis alia vice recuꝑabit/ vel ꝙ
non debet nimis terreri magnitudine pec
cati/ et inducit ei exemplũ de magdalena
et Dauid/ vel ꝙ cum sit lubricus. post cõ-
fessionem deterius cadet/ vel ꝙ omia grã
dia peccata penitus redimet intrando re
ligionẽ/ vel eundo in terram sanctã/ ⁊ ꝙ se
curius est cadere modo et post resurgere.
q̃m resurgere. et iterũ cadere velit/ Profe
cto dyabolico sunt hui⁹ mõi cogitatiões/
Immisse em̃ sunt ab angelo malo/ et de fu
turo sunt/ scd̃a Cor. x. Ipse em̃ sathanas
trans figurat se in angelũ lucis/ Sed ꝙ p̃
ma falsa sit/ patz ꝑ hoc ꝙ plures pelles ag
noꝝ inueniunt̃ in foro q̃m arietũ/ et freq̃n
tius moriunt̃ homines non senes q̃m se-
nes/ In psalmo. Viri impij nõ dimidia-

Et notandum ꝙ non dicit dominus parate vos sed dicit estote parati. ⁊ hoc duplici ratione. Prima est ꝙ non est in potestate nostra ꝙ mors veniat. vel non. prandere est in potestate patrisfamilias ideo non oportet prandium semper esse paratum. sed tempore oportuno est parandū. Sed eum qui ingressurus est nauem ad transfretandū cum ventus flauerit oportunus. cuꝫ hoc non sit in eius potestate semper oportet euꝫ esse paratum. Bernhardus loquens differenti cōuersionem spe diu viuendi dicit. quid de futuro miser tā temerarie presumis tāq̄ꝫ tempora ⁊ momenta pater in tua ⁊ nō magis in sua posuerit ptāte. Scđa ē qꝛ mors nō ꝑuidetur Uindemie ⁊ si nō sint in potestate nostra perpenditur tamen quando sunt venture et tunc vasa preparantur nec oportet ea semper esse parata. sed non sic est de morte. vnde subdit dn̄s post illud estote parati. (qꝛ qua hora non putatis filius homīs veniet) Ueniet inq̄ꝫ ad iudiciū ꝑticl'are qđ ē in morte vniuscuiusqꝫ vl' ad iudiciū generale ergo oportet nos esse paratos hora qua non putatur venturus. multoforcius qua putatur venturus ergo omni hora. Mathei. xxiiij. Ueniet dn̄s serui illius in die qua non sperat. Ecc̄s. ix. Nescit homo finem suū. Seneca. Nescis quo loco mors te expectat ido tu eam omni loco expecta. Circa tercium notandū ꝙ quadruplex potest esse occasio ꝙ quis impatus iueniatur. Prima est negligentia addiscendi. Math. xxv. Fatue virgines in aduentu spōsi inueniunt' imparate Prouerb. x. qui indocti fuerint in egestate cordis morientur. Secunda est dilatio cōuersionis. fiducia penitēdi in fine que. fiducia multum habet fatuitatis. Unde talis facit sicut aliquis faceret qui habēs quatuor iumēta ⁊ onera ad q̄ portanda vix sufficerēt debiliori ex ipsis vellet imponere. Senio em̄ qđ ē debelissima pars vite vult totū on⁹ imponere penitentie. Legitur in vitis patruꝫ ꝙ beatus arsenius qui habitabat in heremo sicie audiuit vocem dicentē sibi. egredere ⁊ ostendam tibi opera hominū. ⁊ egressus vidit ethiopem nigrum cum securi cedētez ligna ⁊ facientē g̅ndē sarcinā ⁊ tentabat leuare ⁊ pre magnitudine non poterat ⁊ iterū cedebat alia ligna ⁊ addebat sarcine. Exposuit ergo hanc visionem dicens. Qui cedebat ligna ⁊ adhuc super sarcinā addebat. homo est oneratus multis peccatis ⁊ semꝑ addit alia peccata cum oporteret ea deponere et demere. Tertia est varietas viarum per quas incedit vt cum aliquis nunc agit bene. nunc male. nunc seruit deo. nunc mūdo. nunc incedit per viam paradisi. nunc ꝑ viam inferni. nunc procedit. nunc retrocedit. nunc edificat. nūc destruit. Ecc̄i. xxxiiij Unus edificans ⁊ alter destruēs quid prodest illis nisi labor. Et eiusdeꝫ. ij. Ue duplici corde ⁊c. ⁊ peccatori ingredienti in terrā duabus vijs. Quartū est defectus pietatis Jacobi vl. Judiciū sine misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiā. Cōtraria hijs quatuor multū valent ad hoc ꝙ aliquis paratus inueniat'. ⁊ maxime pietas. De operibus em̄ pietatis fiet disceptatio ⁊ misericordia assignat loca in paradiso. Ideo miscđia multū ꝑparat hominē. Ps̄. Beatus homo qui miseret' ⁊ comodat dis. ser. su. in iudicio Ecc̄i. xvi. Omnis miscđia faciet vnicuiqꝫ locū ſm meritū operū illius. Beatus nicolaus nō fuit negligēs in addisc ēdo. Eccl'ie ei freq̄ntans limina sacra pectori condebat mandata sicut de eo cātat ecclesia. Ipse em̄ nō distulit se preparare īmo incepit se ꝑparare cū adhuc māmillas sugebat. Ipse non incessit varijs vijs siue duplici via īmo habuit simplicitatē cōmendabilē de q̄ in epl'a ad frēs de monte dei. Simplicitas est ꝑfecte ad deū ꝯuersa volūtas. vnā petēs a dn̄o hanc req̄rēs. Ipse soli deo placere intēdens sic volebat pauꝑib⁹ bona sua distribuere vt ipsi nescirent. Ipi etiā erat valde cōpaciēs ⁊ suꝑ afflictos pia gestans viscera.

De beata Lucia. Sermo. VI

Sponsus sanguinum tu mihi es. Exodi. iiij. Verbum istud dictū est moysi a sponsa ipsius. Sed nō minus potuit vere dici xp̄o a sponsa ipsius scz a beata lucia de qua hodie solēnisat ecclesia. Sponsa moysi dixit hoc ei ꝓpter sanguinem filij effusum in eius circūcisione. Sed beata lucia potuit hoc dicere xp̄o propter sanguinem ꝓpriū effusum pro eius amore Juxta verbū ꝓpositū quatuor nobis consideranda sunt ad nostrā edificationē. Primo sponsi humilitas tale matrimoniū dignantis. Secūdo virtus sponse pro amore sponsi tam ardua audētis. Tercio illud qđ sponsam ad audaciā tantā animare potuit. Quarto gloria qua sponsus sponse sustinentiā remunerauit. Humilitas sponsi apparet si cōsideretur quis cui sit spōsus. altissimus est sponsus. sponsa paupercula ancilla. Admirāda ⁊ cōmēdāda est humilitas in tanta sublimitate. Bern. Nō est magnū esse in abiectione humilem sed magna prorsus ⁊ ima virtus est humilitas honorata. Idem. nescio quo pacto vis humilitatis maior in maioribus ⁊ clarior in clarioribus cōprobet̄. de hac hūilitate superbia nr̄a cōfundit̄. Maiestas tanta societatē matrimonialē paupis ancille (que societas maxima ⁊ familiarissima est) nō dedignatur. multi vero societatē minoꝝ dedignant̄. cū tñ ꝑm formā a saluatore nobis traditā nos inferioribus subdere debeamus. Mat. iij. ait saluator iohi renuēti baptizare eū Sic inq̄t decz nos adīplere oēm iusticiā id est humilitatē subdendo nos inferiori. Virtus sponse apparet si attendamus que ⁊ quanta pro xp̄o sustinuerit. Primo tp̄ales diuicias ꝯtēpsit. Ipsa pecijt a matre sua vt daret ei ꝓperanti ad auctorē ītegritatis qđ erat datura eūti ad hominē moriturū auctorē corruptionis ⁊ cum mater cōcessisset vt faceret qđ sibi placeret res earum sunt distracte ⁊ in necessitates pauperū expense. Ipsa etiā carnales delicias pro christo despexit ⁊ gloriam mundi spreuit. Itē spōso suo xp̄o virginitatē immaculatā ꝯseruauit. cū em̄ paschasius consularis cōminaret̄ ei ꝙ faceret eam ad lupanar duci. ipsa tanto opprobrio nō exterrita nec a suo ꝓposito mota respondit. nunq̄ inquinatur corpus nisi de consensu mentis. de voluntatibus enim iudicat altissimus. si me inuitam feceris violari castitas mihi duplicabitur ad coronā. Ipsa ignem magnū in nomine iesu xp̄i sustinuit. pice resina ⁊ feruenti oleo super eam iactatis. Ipsa etiam pro xp̄o gladiū sustinuit qui in gutture eius mersus est. ⁊ licet vulnus letale suscepisset tamē post. orationi ꝓpter instructionē nostrā operam dedit. Cum hec beata virgo similis nobis passa fuerit. de eodem luto formata de quo ⁊ nos ⁊ fuerit sexus fragilioris. q̄d est ꝙ non solum difficile īmo impossibile nobis estimam⁹ illud qđ ipsa fecit. Greg⁹. loquēs de sctā felicitate. cū ad illđ inq̄t examen terribile venerit iudex districtus. q̄d nos viri dicemus cum huius femine gloriā viderimus. de debilitate mētis nostre. que tūc nobis viris excusatio erit qñ hec ostendet̄ que cū seculo etiā sexuz vicit. Non possunt multi. minis vel ꝓmissionib⁹ ad cōtinentiā induci dicentes se non posse continere. hec vero a voto continentie nullis potuit tormentis auelli. Bern. in epl'a ad fratres de mōte dei Ignosce dñe ignosce. excusamus. tergiuersamur. sed non est qui se abscondat a lumine veritatis tue Vix est aliquis qui ea que ad te sunt experiri velit quid possit etiā qđ ꝓmptissime potest qñqz ꝑm carnez vel seculum siue timor īpulerit siue cupiditas traxerit. Attendendū vero est ꝙ xp̄c beate lucie fuit non solum sponsus sanguis sed etiā sanguinum. Ipsa em̄ pro xp̄o quasi tripliciter sanguinem suuz fudit. vbi pro prima effusione cōputamus ꝙ bona tp̄alia quibus vita eius erat sustētāda pro xp̄o pauperib⁹ distribuit quē modū loq̄ndi hēs Ecc̄. xxxiij. panis egētiū vita ꝓauperū est qui defraudat eū homo sanguinis est. Pro alia vero effusione sanguinis cōputamus ꝙ ipsa contēnens carnales delicias pro xp̄o carnem suam mortificauit. Ps̄. Propter te mortificamur tota die. Tertia effusio sanguinis fuit. cum gladius in guttur ei⁹ mersus est. vult christus sponsam suam sic ei adherere vt non possit eam ab ipso separare nec amicus nec inimicus. Amicus non potest ꝑm illud Ad eph̄. v Propter hoc relinquit homo patrem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erūt duo in carne vna ⁊ subditur. sacramentū hoc magnū est ego autem dico in christo et in ecclesia.

Inimicus etiam non potest. ꝑeligit eñ gladio hostis occidi magis q̄ fidez xp̄i debitā violari Ipsa debet dicere exēplo pauli. q̄s me separabit a caritate christi. tribulatio an angustia ꝛc̄. Item certa sum q̄ neq̄ mors neq̄ vita ꝛc̄. poterit me separare a caritate dei. ad Roñ. viij. Ad hanc vero audaciam potuit eam animare passio xp̄i. Ostendebatur elephantib⁹ sanguis vue ꝛ mori ad eta cuandū eos in prelio. j. Mach. vi. Ad heb. xij. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum cōtradictionē a pcōzibus vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondū eñ ad sanguinē restitistis aduersus pctm̄ repugnantes. Sicut beata lucia potuit dicere xp̄o. spōsus sanguinū tumihi es sicz xp̄c potuit dicere ei spōsa sanguinū tu mihi es sanguinē. n. suū p ipa fudit nō semel sed plurib⁹ vicib⁹. Hec eñ vicib⁹ creditur christus sanguinē suū fudisse pro salute nostra. Primo in circūcisione. Luce. ij. Secūdo in agonia eiusdem. xxij. Tertio cū flagellatus est. ligatus ad columnā Math. xxvij. Quarto in spinea coronatiōe. Quinto in crucifixione. in eodem Sexto in lateris apertiōe. Joh. xix. Sed quantū ad multos potest dicere christus. q̄ vtilitas in sanguine meo. In quibusdā amor terrenus sic sanguinē xp̄i operit q̄ nullū signum eius ab alijs videt. passionē eñ ipsius in nullo imitantur. ipsi etiā non vident sanguinē xp̄i vt ad paciendū aliquid pro eo animent. Job. xvi. terra ne operias sanguinē meū. Gloria scz qua christus sponse pacientiā remunerauit exupat eius meritū. Roñ. viij. Nō sunt cōdigne passiones huius tp̄is ꝛc̄. Gloria illa inexplicabilis est. j. Corinth. ij. Qđ oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit ꝛc̄. Quanta ergo gloria p̄parata est sponse p̄ ceteris diligenti habetur Canti. j Adolescentule dilexerūt te. in hoc q̄ specialiter dicitur de adolescentulis insinuatur excellens earū dilectio. Qui sponsus sanguinū fuit sponse siue in hoc exilio. apparet ei speciosus forma pre filijs hoīum in celo. imo apparet ei splendor glorie. Heb. j Candor lucis eterne. Sap. vij. Ibi letificat eam in gaudio cū vultu suo. In nuptijs xp̄i in presenti deficit vinum gaudij ꝛ implētur ydrie aqua tribulatiōis sed christus mutat aquam in vinū exultationis. Joh. xvi. Tristicia vestra vertet in gaudiū. Sponsa in hoc exilio est vt pauper ancilla sed in celo est vt regina. Ps̄. Astitit regina a dextris tuis ꝛc̄. In hoc exilio est in gloria. in celo vero coronata multiplici corona. Cantico. iij. Veni de libano sponsa mea. veni coronaberis. gloria sponse est vt gloria sponsi. Apoc. xij. signū magnū apparuit in celo mulier amicta sole. hec mulier est sponsa sponso conformis.

De beato thoma. Sermo. I.
In ordine. 7.

IN quo omnis edificatio constructa crescit in tēplū sanctū in dño. Ad eph. ij. Hodie recolit ecclesia quō dñs ministerio thome. Cuius festum colimus palaciū parauerit regi indie/ tpe aūt isto adiuti p̄cib⁹ bti thome debem⁹ parare habitaculū regi glorie qui in proximo est venturus/ vñ cōuenīter āmonicio apostoli de habitaculo deo p̄parando hodie in ecclesia recitatur. Notandū aūt q̄ spirituale edificiū ad modum materialis edificij. Primo fundat/ Secundo erigitur/ Tertio pficit. Quarto consecratur. Quinto inhabitat. vñ dicit ad Eph. ij. Superedificati super fundamentū apl̄oz ꝛc̄ (in quo oīs edificatio constructa) ecce fundamentū (crescit) ecce erectio (in templum) ecce cōsūmatio (sanctū) ecce consecratio (in tabernaculū dei vel habitaculū) ecce inhabitatio. Fundatur per fidem/ ad fundamentū istud est primari⁹ lapis xp̄c siue fides xp̄i/ quē pōrifex id est pater signatū cruce ponit in fundamēto nostro id est in corde/ ꝛ habet quīq̄ virtutes. humiles exaltat. diuisos cōgregat. debiles confortat. infirmos vngit. peccatores saluat/ vñ dicit apl's (superedificati ꝛc̄) summo ecce primū (angulari) ecce secūdum (lapide) ecce terciū (christo) ecce quartū (iesu) ecce quintū. Secundo erigitur per spem. erigit aūt spes quatuor parietes/ quia quatuor sunt que sperare debemus. Prima spes siue paries est resurrectionis versus occidentez. Secūda imortalitatis siue ipassibilitatis versus aquilonē vnde pandit oīne malum. Hiere j. Tertia ascensionis versus orientem. Quarta fruitionis versus austrū Canti. iij. Veni auster pfla ortū meū. Circa resurrectionē notandū q̄ est resurrectio

bonoꝝ leta ꝛ malorꝝ tristis. est eñ bonis gaudium de liberatione corruptiõis ad Rom. viij Creatura liberabit a seruitute. Item de claritate. Phil. iij. Saluatorẽ expectam⁹. Itẽ de receptione anie tanq̃ si mater filiã. vxor maritũ diu absentem recipet. Item de dotibus. Sap. iij. Fulgebunt iusti sicut sol ꝛc. De malorꝝ tristicia dicit Job. iij. Pereat dies in qua natus sum ꝛc. Tristant mali de cõfusione quã habebũt de peccatorũ suoꝝ manifestatione. Naum. iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua ꝛ ostendam gentibus nuditatẽ tuam ꝛ regnis ignominiã tuã. Ecc. xi. In fine hominis denudatio operum illius Item de iudicis visione. Luce. ij. Tunc videbunt filiũ hominis. tunc videbũt eũ iudei qui hic eum videre noluerant. Sap. ij. Grauis est nobis etiã ad videndũ. Itẽ mali qui eum in tenebris suis abominant. Itẽ tristantur de coniunctione anime ꝛ corporis. Duo enim perpetui inimici cõiungunt. anima tunc dolebit de corpore tanq̃ si homo ardentem loricam indueret ꝛ quia dupli cabit pena. Apoc. xviij. Quantũ glorificauit se ꝛ in delicijs fuit tantũ. ꝛc. Ps. Periantur sicut dyploide. Circa immortalitatem nota q̃ ꝛ boni ꝛ mali erunt immortales Precipitabit eñ dñs morte in sempiternũ quo ad bonos. y saie. xxv. sed mali optabũt mortem ꝛ fugiet ab eis. Boni tñ erunt impassibiles. Apoc. xxi. Absterget deus oẽm lacrimã ab oculis sanctorꝝ. Mali vero passibiles erunt oi genere passionũ. caloꝛe. frigore. stridoꝛe dẽciũ. site. fame. ifirmitate iustitia odio. iuidia. ꝛ ceterꝝ malis oib⁹. y sa. lxvi Serui mei comedẽt. vos aũt esurietis Circa ascensionẽ nota q̃ quatuoꝛ erũt ordines hominũ in die iudicij. Quidam iudicabunt ꝛ iudicabunt ꝛ regnabũt vt apli ꝛ apostolici viri. Math. xix. Vos qui reliquistis oia ꝛ secuti estis me ꝛc. Quidã iudicabunt ꝛ nõ iudicabũt ꝛ saluabunt vt mediocriter boni Math. xxv. Esurui ꝛ dedistis mihi mãducare ꝛc. Quidã nec iudicabũt nec iudicabũtur vt infideles Joh. iij. Qui nõ credit iam iudicatus est. Quidã nõ iudicabũt sed iudicabunt vt ceteri mali. Mathei. xxv. Esurui ꝛ non dedistis mihi manducare. Sentẽtia malorũ est. Ite maledicti in ignẽ eternum. Non credentes tres habẽt turmas. Paganoꝝ. iudeoꝝ. hereticoꝝ. Mali christiani habebunt septem turmas sub septem vexillis. Prima est homicidarũ quoꝝ dux est cayn. Secũda oppꝛimentiũ pauperes quoꝝ dux est nero. Tertia adulteroꝝ quoꝝ dux est lamech. Quarta est derisoꝝ. quorum dux est cham. Quinta est simoniacoꝝ. quoꝝ dux est hiezi ꝛ symon magus quo ad vendentes et ementes bonũ spirituale. Sexta vsurariorum quoꝝ dux est iudas qui ꝓpter auariciã vendidit dñm. Septima ꝓprietarioꝝ quorũ dux est ananias ꝛ saphira quo ad spirituales. Sententia bonoꝝ est. Venite benedicti ꝛc. Circa fruitionẽ bonoꝝ notandũ q̃ vt dicit Aug⁹. Sine fine videbit. sine fastidio amabit. sine fatigatiõe laudabit. hic visus. hic affectus. hic actus erit oibus. Idez vocabimus ꝛ videbimus. videbim⁹ ꝛ amabimus. amabimus ꝛ laudabimus. ecce quid erit in fine. Ex visiõe vtiq̃ dilectio ꝛ ex hijs fruitio siue cõprehensio. in fruitione siue cõphensione tanta erit dilectio q̃ necessario ꝓrumpemus in laudem. vocalem ſm cassiodorum. mentalem ſm augustinũ. Tercio edificiũ spirituale ꝑficit caritate. qz caritas operit multitudinẽ peccatoꝝ. Jacobi. v. et est vinculum perfectionis. Coloss. iij. Propter hoc dicit apls. j. Coꝝ. xiij. Si linguis hominũ loquar caritatẽ aũt nõ habuero ꝛc. Quarto consecratur vñ ps. Sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Sanctificauit autem oratione. asperſione. vnctione. quẽadmodũ ep̃s templũ materiale. orauit verbo. asperſit lacrimis. vnxit sanguine. De primo Joh. xvij. Ego pro eis rogo. rogat aũt mali amotionẽ. vñ. ibidem. Nõ rogo vt tollas eos de mũdo ꝛc. Item sanctificari veritate. Ibidem Pater sanctifica eos in veritate Item in bono cõseruari. Ibidem Pater serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Item vniri Ibidem vt sint vnum. Item cõmorari secum. Ibidem Pater volo vt vbi sum ego ꝛ illi sint mecum. De secundo dicit Heb. v. Qui in dieb⁹ carnis sue preces supplicationesq̃z ad eũ qui posſit illum saluum facere a morte cum clamore valido ꝛ lacrimis offerens. exauditus est ꝓ sua reuerẽtia. De tertio ad Heb. xij. Accessistis ad noui testamenti mediatorẽ ih̃m ꝛ sanguinis asperſionem melius loquentẽ q̃z abel. Rogat pro peccatoribus cicatricũ ostenſiõe. Ad rom. viij. Qui etiam interpellat pro nobis Hoc

attendant qui raro ⁊ tantuꝫ verbotenus vo
lunt orare ꝓ salute ꝓpria. Scdo sanctifica
uit septies aspergendo. Leui. iiij. dicit̄ ꝙ ꝓ
popl'o offerebat̄ vitulus in cui⁹ sanguine sa
cerdos tingebat digitum ⁊ aspergebat septi
es in conspectu dei. Sacerdos ſm ordinē
melchisedech est xp̄c. ppl's israel est totū ge-
nus humanū. Synagoga est ipsa ecclesia.
Vitulus est corpus xp̄i. Iste sacerdos intin
git digitū in sanguine ꝓprio in quo signifi-
catur redemptio. j. Petri. j. Nō corruptibi-
libus auro vel argēto redēpti estis ⁊c̄. Se-
pties aspergit qꝛ septies suū sanguinē fudit.
Prima effusio in circūcisione eius fuit in ab
lutionē pctī originalis vnde facta est in illo
mēbbro ꝑ qd̄ cōtrahit̄ pctm̄ originale. Se-
cunda effusio fuit in oratione. ad emundati-
onem peccati venialis quia subiecit sensua-
litatē ratiōi. Luc̄. xxij. (pater transfer a me)
ecce motus sensualitatis (verūtamen non si
cut ego volo. ⁊c̄.) ecce subiectio sensualita-
tis sub ratione. ⁊ ex inordinatiōe sensualita
tis eueniunt peccata venialia. Tertia effu-
sio fuit in flagellatione propter ablutionem
culpe omissionis. propter omissionem infli-
guntur flagella. Luce. xij. Seruus sciēs vo
luntatem domini sui ⁊c̄. Quarta effusio fuit
in coronatione. ad ablutioem erroris qui ex
primitur in spina quia non est sine punctio-
ne cordis vnde heretici dicūtur habere cau
teriatam conscientiam. prima Tim̄. iiij. Et
cauteriatam habentium conscientiam pro-
hibentes nubere. Prouerbioꝝ. xxiiij. Per a-
grum hominis pigri transiui ⁊ per vineam
viri stulti et ecce totum repleuerant vrtice ⁊
operuerant superficiem eius spine. Per pi-
griciam ⁊ negligentiā nascuntur spine id est
errores qui pungunt. Quinta effus o fuit in
manuū perforatione in ablutionem morta-
lis. in ꝯmissione. in opere. per manus opera
significantur. per dexteram opera in prospe
ritate. per sinistrā opera in aduersitate. Se-
xta effusio in pedum confixione fuit. ad de-
lendam culpam cōmissionis in affectu siue
in voluntate. Septima in lateris apertiōe
fuit ad delendā culpā ꝯmissiōꝫ in cogitatōe.
per latus ſcant̄ cogitationes que exeunt a
corde. De hijs oībus. Apoc̄. j. Qui dilexit
nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sangui
ne suo. Tertio sanctificauit vngendo. Ps̄.
Vnxit te deus ⁊c̄. Vngitur quis quinqꝫ de
causis. In signum honoris. sic vnxerūt re-
gem salomonē in gyron. sic vngimur in ba-
ptismo in signum regni futuri. Qñqꝫ ad sa-
nitatē. Ecc̄. xxxviij. Vnguētarius conficiet
vnguenta sua. Luce. xvi. Samaritanus ⁊c̄
sic vngimur sacramento cōfirmationis ⁊ ex
treme vnctiōis. Jacobi. vltio. Infirmator
quis ex vobis aliqñ ad suauitatē Hester. ij.
Puelle que prepabant̄ assuero vngebantur
oleo mirtino ⁊ quibusdā vngentis sex men-
sibus. sic vngimur nos vt exemplo quasi bo
no odore alios confortemus. ij. Corinth̄. ij.
Christi bon⁹ odor sum⁹. Ecc̄s. vij. Meli⁹
est nomen bonū q̄ꝫ vnguenta preciosa. qñqꝫ
vngitur in bellū iturus ne possit ab hoste ca
pi sic xp̄c ⁊ apostoli sunt vncti gratia mā̄sue
tudinis qua inuincibiles extiterūt. ysa. lxi.
Spūs dñi super me eo ꝙ vnxit me. Quin-
to vt corpus cōseruet̄ a putredine sic vncta
fuerunt antiquoꝝ corpora ⁊ sic vngimur ne
putrescamus in stercore nostro. i. fetore lu-
xurie. Nobis sic fundatis. erectis. cōsuma-
tis. consecratis. inhabitamur a tota trini-
tate. Joh̄. xiiij. Ad eum veniemus ⁊ mansio
nem apud eū ⁊c̄. Glo. Pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūssan
ctus. pater cui appropriatur potētia veniēs
irascibilē roborat. fili⁹ cui ap propriat̄ sapi
entia veniēs rationalē illuminat. Spūssan
ctus cui appropriat̄ bonitas veniens cōcu-
piscibilē saciat. Ad robur irascibilis ꝑtinet
donū timoris ⁊ fortitudinis. timor fugat ve
ra mala scꝫ mala culpe ⁊ pene eterne. fortitu
do sustinet mala non vera sed trāsitoria ma
la pene ⁊ vtrūqꝫ pertinet ad robur irascibi-
lis Glo. In via dñi timor operatur fortitu-
dinē. in via seculi debilitatē. Prouerb̄. xiiij.
In timore dñi fiducia fortitudinis ad illu-
minationem rationalis pertinet donum cō
silij. scientie. ⁊ intellectus. Dono intellectus
sapientiā legimus in creaturis. Ecc̄. j. De⁹
effudit sapiam super omnia opera sua. Do-
no scientie a deceptione cauemus quam bo
na presentia faciunt que se vera bona menci
untur cum pocius sint vmbra veroꝝ bonoꝝ
Sap̄. vi. Transierunt hec oīa velut vmbra
Item dono consilij bona transitoria in eter
na cōmutamus. Math̄. xix. Si vis ꝑfect⁹
esse vade et vēde oīa ⁊c̄. Aug⁹. Prebe tectū
⁊ accipe celū. Ad sanitatē ꝯcupiscibil' ꝑtinet
donū pietatis ⁊ sapie. dono pietatis proxi
mi mala desipiunt dum de eis dolemus ⁊ ꝑ
sapientiā vera bona sapiunt nobis.

De eodem Sermo. II.
In ordine. 8.

Post dies octo erant discipuli eius intus ⁊ thomas cū eis venit ihesus ⁊c. Joh. xx. Hodie in euāgelio duplex aduētus saluatoꝛ ad discipulos recolit vnus fuit thoma absente. ⁊ alter thoma pñte. tpe etiā isto aduentus saluatoꝛis a fidelibus expectat. ideo ⁊ de aduētu saluatoꝛis ad discipulos ⁊ de aduētu saluatoꝛis ad nos loq̄ ꝓpoſuim⁹

¶ Et si diligēter attendat in q̄ statu erant discipuli q̄n saluatoꝛ ad eos venit appere nob poterit q̄liter saluatoꝛ a nobis expectādus sit. Itē si diligēter attēdam⁹ q̄liter saluatoꝛ ad discipl'os veniēs inter eos se habuerit apparere nobis poterit q̄liter se debeat habere q̄ viuit in ꝯgregatione. Circa primū notā dū q̄ q̄n saluatoꝛ ad discipl'os venit ipi in timoꝛe erāt sero factū erat i vnū erāt ꝯgregati. ⁊ foꝛes erant clause in q̄b⁹ q̄tuoꝛ insinuāt nobis valde nccia ad ħ vt saluatoꝛē quē expectam⁹ digne suscipiam⁹ ⁊ Primū est timoꝛ q̄ domū ꝓscie mūdat ꝑm illud. Ecc. j. Timoꝛ dñi expellit pctm̄ nā q̄ sine timoꝛe est nō poterit iustificari. Timoꝛ dānatiōis introducit amoꝛē saluatoꝛis ⁊ cōsideriū aduēt⁹ ei⁹. ysa. xxvi. a timoꝛe tuo dñe cōcepim⁹ ⁊ q̄si pturiuim⁹ ⁊ pepim⁹ spm̄ sctm̄. amātes saluatoꝛez ab eo amant ⁊ visitant. Prouerb. viij. Ego diligētes me diligo. Joh. xiiij. Si q̄s diligit me mādata mea seruat ⁊ pr̄ me⁹ diliget eū ⁊ ad eū veniem⁹ ⁊c. Visitat dñs desiderantes aduentū ipsius. Aggei. ij. Veniet desideratꝰ cūctis gētibus. Sic in ꝑmo aduētu nō venit nisi desideratus sic spūaliter venit ad eos q̄ eū desiderāt. Scōm est ꝓceptus mūdane glie q̄ significat in ħ q̄ sero fctm erat Ad eū dñs venit cui lux mūdane glie occubuit ⁊ ꝑe eā ꝓtenit. sicut iacob postq̄ sol occubuerat dñm vidit. Gen. xxviij. Amoꝛ mūdane glie multū est causa q̄ saluatoꝛ ad eos nō venit. cū em̄ ad aduentū saluatoꝛis se deberēt ꝑparare. intendūt mūdane glie vel vestes ꝑciosas sibi ꝑpando vel supbos hospites inuitādo. Tertiū est vnitas. Nō visitat saluatoꝛ hoies discoꝛdes nec visitat hoiem singularē sic nec visitauit thomā ab alijs sepatū. ⁊ s̄. In pace fact⁹ est locus ei⁹. ⁊ Coꝛ. vltio. Pacē habete ⁊ de⁹ pr̄ erit vobiscum. ⁊ Coꝛ. xiij. Nō est deus dissentiōis sz pacis

¶ Quartū est stabilitas q̄ aliq̄s in domo ꝓscie manet nō curiose exteri⁹ euagat. Exo. xvi Maneat vnusquisq̄ apd semetip̄m nullus egrediat de loco suo die septimo sc̄z die q̄etis. Foꝛes sensuū claudende sunt ⁊ sic saluatoꝛ est expectandus. ysaie. xxvi. Vade ꝑple meus intra cubicula tua claude ostia sup te. In oratiōe vel studio cū silētio expectādus est saluatoꝛ. Trenoꝛ. iij. Bonū est ꝓstolari cū silentio salutare dei. Circa scōm notandū q̄ saluatoꝛ ad discipl'os veniēs in medio eoꝝ stat/pacē cōmēdat/infirmū ꝓfoꝛtat. absentes laudat. In hijs oīdit q̄liter se hr̄e debeat q̄ in ꝯgregatione viuit. in medio stare debet vt oēs diligat. nō debet se a q̄busdam p discoꝛdiā separe ⁊ alijs carnali amoꝛe ꝓsequi. Ecc. vi. Noli fieri p amico inimicus ꝓximo. Itē debet stare in medio. medietatē inter superfluitatē ⁊ indigētiā tenēdo. ħ medio tutissim⁹ ibit. ħ mediū tenuere bti. ħ est mediū in q̄ virtus ꝓsistit. nō velit esse nimis iustus. nimia iusticia occasio est q̄rele. vñ sup illud Luc. j. Incedētes in oibus mādatis et iustificatiōib⁹ sine q̄rela. ecce tēpata iusticia. plerūq̄z hoīm iusticia durioꝛ q̄relā ꝓuocat. Ecc. vij. Noli esse iust⁹ multū. Mediocritas est via regia qua ꝓ⁹ dei incedendū est. Num. xx. Via publica gdiemur nō declinabim⁹ ad dexterā vel sinistrā. Stare in medio maxie ꝑtinet ꝓgruit. sicut est idecēs in coꝛpe hūano si caput ad humeꝝ dextrū vel sinistrū declinet. sic indecēs est si plat⁹ nō oēs amet. exēplū debet accipe ab eo q̄ ꝑ est oibus de q̄ legit. Sap. vi. Pusillū ⁊ magnū ipe fecit ⁊ eq liter est ei cura de oib⁹. Itē q̄ in ꝯgregatiōe viuit verba pacis debet hr̄e in oꝛe q̄ pacē in turbēt sz poci⁹ eā faciat ⁊ foueat/colūba ramū oliue defert in oꝛe. Gen. viij. Sic q̄ spm̄ sctm̄ hz ꝛba pacis debet hr̄e. Prouerb. xv. Lingua placabil' lignū vite q̄ aut imobata est ꝓferet spm̄. Ecc. xx. Sapiēs in ꝛbis amabilē se facit/grē aūt fatuoꝝ effundēt fere oīm turbationū vel pluriū q̄ sunt in ꝯgregatione occasio ē pctm̄ lingue. Multū timēda ē lingua q̄ nou refrenat. Jacobi. iij. Lingua nr̄a ignis ē vniuersitas iniq̄tatis. Hiere. ix. Sagitta vulnerās lingua eoꝝ. Itē q̄ est in ꝯgregatiōe infirmū debz ꝓfoꝛtare. n̄ dispicere. cō foꝛtauit dñs in ꝑmo aduētu discipl'os ad paciendū infirmos exēplo pacie sue ostendēs eis manus ⁊ latus. qui modus confoꝛtandi multū pertinet ad ꝑlatos qui exēplo suo

alios debent aīare. ad aspitates tolerandas ad idem etiā debet eos aīare memoria dñice passiōis. j. Petri. iiij. Christo in carne passo et vos eadē cogitatiōe armami ꝛc. Bern. Videtes āgustias dñi nr̄i. leui⁹ vr̄as portabitis. Passio christi lignū est aq̄s tribulationis dulcorans sicut figuratū est. Exod. xv. In ligno qd̄ ostensum est moysi a dño. q̄ aq̄ marach sunt dulcorate. In secūdo aduentu ad discipulos thomā in fide infirmū cōfirmauit adeo vt nullus loc⁹ dubitatiōis fidei in eo remaneret. ꝑm em̄ triplicē sensum ostēdit ꝙ ipse erat viuens q̄ prius mortuus fuerat. ꝑm auditū hoc oñdit ꝑ vocem suā q̄ eis nota erat. ꝑm visum dicens. Vide manus meas. ꝑm tactū dicens. affer digitū tuum ꝛ mitte in latus meū. in hoc etiā se esse deum ostendit ꝙ ea que ip̄o absente thomas dixerat ei replicauit scz de videnda fixura clauorū ꝛ mittēda manu in latus vñ dicit Greg⁹. carnotēsis ep̄us. Quid mirū si mira deuotione mox exclamauit. dñs me⁹ ꝛ deus meus Non em̄ erat iam ꝙ de diuinitate illius ꝛ d̄ veritate resurrectionis hesitaret aliq̄tenus quē nec arcerent claustra nec laterent secreta. Item exemplo dñi qui absentes cōmendat. nō presentes. cauere debet qui est in cōgregatione. ne presentes adulando laudet vel absentibus detrahat. Chrisosto. Blanditores in facie laudant coram domesticis. vir aūt sapiens qñ laudat̄ in facie flagellat̄ in corde. timenda est adulatio quia multum est nociua. adulāti potest dici illud. Ps̄. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula acuta furantur barbam adulator virtutez Hiero. Pulcre adulator diffinit̄ apud philosophos. blandus inimicus. Seneca. habet suum venenū blanda oratio. Non est detrahendū absenti licet ipse non audiat. quia deus audit. Sap̄. j. Auris celi audit omnia Greg⁹. ep̄s carnotens̄. loquēs de hoc verbo (mitte manū tuā) Ecce dep̄hēsus es o apl̄e cuncta tibi replicant̄ a dño que pridie locutus fueras velut de absente. Heu mihi dñe tanq̄ non sint oculis tuis omnia nuda ꝛ aperta meos ab illis infideliter ꝛ insipienter auertens. indigna cogito. vana loquor. operor praua. posuisti in neruo pedem meum ꝛ obseruasti omnes semitas meas et vestigia pedum meorū considerasti. at ego miser sicut lepus (vt aiunt) dumetis caput infigēs dum videntē me non video. me quoq̄ videri non reputo q̄ beatus domine qui sub testimonio tuo semper agit. loquit̄. meditatur immo vero qui sub testimonio tuo se viuere semper attendit. naz sine tuo testimonio nemo viuit.

De eodem Sermo. III.
In ordine. 9.

Nisi videro in manibus eius fixuram clauorū ꝛc. Joh. xx. Circa narrationē huius euangelij duo sunt nobis specialiter attendenda scz discipuli infirmitas ꝛ saluatoris pietas. Circa infirmitatē discipuli pensandum nobis est. qualiter saluator nobis permiserit ꝙ beatus thomas in fide dubius fuerit ꝛ similis dubitatio potest esse de alijs discipulis quare permiserit eos cadere. Virtus enim tentationis tempore passionis in eis irruens timore concussiōis oppressit sicut accidit filijs. Job. j. Math. xxvi. Et relicto eo omnes fugerūt. permisit dñs iudam sic cadere vt non resurgeret. permisit etiam vt petrus caderet ter negando eum. petrus negat. Johanes fugit. thomas dubitat. cūcti relinquūt. Huius aūt ꝑmissionis quinq̄ causas possumus assignare. Prima est sanctrau congregationū excusatio. sciebat dñs ꝙ maledici sanctis congregatiōibus detraherent. cum aliquos ex ipsis cadere viderent. Ideo ad eoꝝ excusationem multos vel pocius omnes de illa primitiua cōgregatione cadere ꝑmisit. Maledici libencius bonis q̄m malis detrahūt. Ipsi faciez dñi conspuere non verent̄. Joh. xxx. Facies ecclesie cetus est personarū. que sunt sublimiores in ecclesia. in quarū pulcritudine maxime consistit pulcritudo ecclesie. sicut in pulcritudine faciei maxime consistit pulcritudo corpis. q̄s libēcius maculāt maligni. qui timere possunt illud. Ecc̄. xxxvi. Qui pessimāt plebē meā inueniēt ꝑditionē. Scd̄a cā est penitentiū ꝯsolatio q̄ em̄ peccāt ꝛ penitere volūt. ꝯsolationē in exēplis taliū accipiūt vt de venia obtinēda spez habeāt. Bern. sup can. Oīno ꝓpter māsuetudinē q̄ in te p̄dicat̄ currim⁹ p⁹ te dñe iesu. audiētes ꝙ nō sp̄nas pauperē. pctōres ñ horreas. ñ horruisti ꝯfitētē latronē ñ lacrimātē peccatricē ñ chananeā orantē nō dep̄hēsum in adulterio. nō suppli

cantē publicanum. non negantē discipulum non ꝑsecutorem discipuloꝝ. nō ipsos crucifixores tuos. in odore vnguentoꝝ tuoꝝ currimus. Tertia causa est de se ꝑsumentiū humiliatio. Coꝝ. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Aug⁹. xiiij. li. d. ciui. dei. Audeo dicere supbis esse vtile cadere ī aliquod manifestū pctm̄ vnde sibi displiciant q̄ iam sibi placēdo ceciderāt. salubrius em̄ petrus sibi displicuit qn̄ fleuit. q̄ꝫ placuit qn̄ ꝑsumpsit. Quarta est ꝓfectus electoꝝ qui ex casu eorū sequitur. Rom̄. viij. Scimus qm̄ diligentibus deum oīa cooꝑantur in bonū ꝛc. Resurgent etiā electi post casum. cautiores. humiliores. deuociores ꝛ peccatorib⁹ magis cōpacientes. Quinta quantū ad thomā est cōfirmatio ecclesie in fide. Gregorius in omelia. Nunquid inquit casu gestuꝫ creditis vt electus ille discipulus tunc deesset. post aūt veniens audiret. audiens dubitaret. dubitans palparet. ꝛ palpās crederet. Non hoc casu sed diuina dispensatione gestū est. egit nanqꝫ miro modo supna clementia. vt discipulus dubitās dum in magistro suo vulnera palparet carnis. vulnera in nob̄ sanaret in fidelitatis. plus enim nobis thome infidelitas q̄ꝫ fides credentiū discipuloꝝ ꝓfuit. quia dum ille ad fidem palpando reducit̄. nostra mens omni dubitatione postposita solidat̄. Simile habet̄ de ioseph. Mathei. j. Qui de ꝯceptu marie dubitauit vel timuit. ꝛ ꝑ angelū certificat⁹ vt c̄tificatio ei⁹. c̄tificatio eēt ecl̄ie. Circa pietatē saluatoris notādū q̄ pietas eius multum apparuit in generali cōsolatione discipuloꝝ. qua omnes cōsolatus est pacem eis optando. sicut oēs peccauerāt eū relinquēdo. Amplius vero apparuit in hoc q̄ specialiter eos cōfortauit qui specialiter eū offenderant. vt petrū cui singulariter apparuit. Luce. vltio. Surrexit dn̄s vere et apparuit symoni. petr⁹ etiā singulariter nominatus est cū resurrectionē suā discipulis nūciari voluit. Amplius pietas eius in hoc apparuit. q̄ infirmitati ꝑiculosiori maius remediū adhibuit. scꝫ dubitationi circa fidem in beato thoma. q̄ ꝑiculosa est. qꝛ fundamentū bonoꝝ destruit. ꝛ qꝛ difficilius pctm̄ erroris ab hoībus expellit̄ q̄ꝫ cetera pctā ideo ad confirmaudū beatū thomā saluator venit. ꝛ visioni eius ꝛ palpationi vulnera exposuit ꝛ dehortationē ab infidelitate. ꝛ exhortationē ad fidelitatē subdidit dicēs Noli esse īcredulus sed fidelis. Chrisosto. Cum videris discredentē discipulū excogita dn̄atoris clementiā. qualiter ꝛ ꝓ vna aīa ostendit seip̄m vulnera habentē. i. vulnerū cicatrices. ꝛ accedit vt saluet vnū. ꝛ etiam alijs grossiorē existentē. Pietas etiā eius multū apparuit in generali cōsolatione fideliū quā fecit dicēs quia vidisti me thoma credidisti. Beati qui non viderūt ꝛ crediderūt. Circa qd̄ verbū notādū q̄ valde bonū ē adherere deo. varijs enim ex causis beatificantur adherētes ei. Aliqui credēdo de quibus hic dicit̄. aliqui videndo. Luc̄. x. Beati oculi qui vident q̄ vos vidistis. Aliqui audiēdo. Luce. xi. Beati qui audiunt verbum dei. Aliqui portando Ibidem Beatus venter qui te portauit Aliqui sequendo. Bern. Beatus est dn̄e iesu qui te hominē inter homines conuersantē diligenter obseruans. pro viribus se prebet imitatorē tui. Item notandū q̄ nō qualiscunqꝫ fides hominē beatificat. sed si fuerit recta scꝫ ꝑm dei reuelationem quā sacra scriptura indicat. vnde Mathei. xxvi. Beatus es symon bariona quia caro ꝛ sanguis non reuelauit tibi. Sed pater meus qui in celis est. Item si ꝑme veritati sit innixa vt etiam deficientibus miraculis ꝛ alijs āminiculis maneat. ꝑm illud qd̄ hic d̄r. Beati qui non viderūt ꝛ crediderūt. Item si fuerit magna vt etiam in magnis ꝓmissionibus factꝫ fiduciā habeat q̄lis fuit fides beate virgis. Luce. ij. Beata que credidisti quia perficiētur in te que dicta sunt tibi a domino. In eodem. Beatam me dicent omnes generationes. quia fecit mihi magna ꝛc. Itē si fuerit firma vt nihil contrariū ei preualeat. Mathei. xi. Beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. i. qui pedem intellectus non offenderit ad infirmitatē humanitatis mee. non credens me deum qꝛ videt me hominē.

In vigilia Natiuitatis dn̄i.

Sermo. I. In ordine. 10.

Reuelabitur gloria dn̄i ꝛ videbit oīs caro pariter qd̄ os dn̄i locutū est. ysa. xl. Septuagīta iterptes sic hn̄t. ꝛ videbit oīs caro salutare dei. hec ꝓphia quā ꝓposuim⁹ ꝑtinet ad natiuitatē saluatoris. de q̄ solennisamus et sonat idem qd̄ euangeliū. h̄ excepto q̄ ꝓ

phetia predicit futurū qđ euāgeliū asserit fa
ctum/quam prophetiam vobis explanare
volumus ad dei gloriam ⁊ nostram edifica-
tionē. Gloria dñi est filius dei. gloria enim
patris est filius sapiens/ Prouerb. x. ꝑm aliā
litteram. Si gloria patris carnalis est fili⁹
sapiens/quāto magis gloria patris celestis
est filius ille qui est ipsa sapiētia/ Mira glo-
ria est dei patris habere filium. sūme poten-
tie. sūme sapientie sūme bonitatis. sibi coe-
qualem ⁊ coeternū/qualis pater. talis filius.
pater gloriosus īmo ipsa gloria/⁊ filius non
solum gloriosus sed etiam ipsa gloria vnde
⁊ splendor glorie dicitur. Heb. j. Qui cum
sit splendor glorie/ Glo. patri filius est coe-
ternus. sicut igni splendor est coeuus/ Glo-
ria dñi. incarnatione facta est gloria virgis
Hec est singularis gloria marie. habere fi-
lium cum deo cōmunem/ Nunq̄d filius sa-
piens est gloria matris sicut ⁊ patris/ Ipse
etiam est gloria electorū. Unde symeon te-
nēs eum vocauit eum gloriam plebis israel:
Luce. ij. Plebs israel est cetus electorū qui
deum hic vident per fidem. ⁊ in futuro visu
ri sunt per speciem/ Ipse est gloria replens
ecclesiam militantem et triumphantem. qđ
figuratuz est in hoc ꝙ gloria dñi repleuit ta
bernaculū perfectum/ Exodi. vltimo. Si-
militer ⁊ templū salomonis cū salomon pre
ces complesset. ij. Paral. vij. tabernaculum
figura fuit militantis ecclesie. templū triū-
phantis/ Ipse etiam est gloria tocius gene-
ris humani/ multū em̄ exaltata est humana
natura in hoc ꝙ cum diuina in eadem perso
na est sociata. si crux multum exaltata est. in
hoc ꝙ ad modicū tempus corpori christi est
cōiuncta/ quantū exaltata est humana natu
ra que diuine in vna persona est sociata. nū-
q̄ ab ea separanda/ Ipse etiaz gloria est om
nis creature ⁊ spiritualis ⁊ corporalis/ Un-
de ecclesia cantat de ipso. exiuit per auream
portam. lux ⁊ decus vniuerse fabrice mundi
Hec est gloria quā pecijt sibi ostēdi moyses
Exod. xxxiij. Ostende inquit mihi gloriam
tuam/cui dñs. Ostendā tibi omne bonum.
Gloria ista quā p̄dixit ysaias. reuelandā/est
reuelata cum nascens in mūdo isto in carne
est manifestata/ Modus autem reuelatiōis
subiungitur ⁊ que sit hec gloria ostenditur
cum dicitur (⁊ videbit omnis caro pariter
qđ os dñi locutū est. Qđ os dñi locutū ē. est
verbū dei patris ostensiuū sicut verbū men
tem loquentis ostendit/nec facit hoc ex insti
tutione sicut verba nostra transeuntia ex in
stitutione significant/sed ex expressissima si-
militudine quia pfecta ymago est dei patris
eiusdē potentie. eiusdē sapientie. eiusdē bo-
nitatis. vt qui videt vnū videat alteruz. ꝑm
illud Joh. xiiij. Qui videt me. videt ⁊ patrē
meū ⁊ hec est gloria ipsius patris ꝙ habeat
tantū ⁊ talez filiū/ h̄ verbū oīs caro videbit
. i. oīs homo videre poterit pariter. i. eq̄liter
diues ⁊ paup/nobilis ⁊ ignobilis/ Sicut ap
paruit stella regib⁹. sic angelus apparuit pa-
storib⁹/ Nobilior creatura manifestauit eū
pastoribus q̄ regibus/ Idem ysaias ꝓphe-
tat qđ iohānes euāgelizat. verbū inquit ca-
ro factū est. i. homo ⁊ habitabit in nobis. in
ter pauperes. vt ab omni hoīe/ etiam a pau-
pere possit videri/⁊ vidimus gloriā eius glo
riam quasi vnigeniti a patre/licet em̄ gloria
sacco mortalitatis esset opta. tñ diuinis mi-
raculis ē cognita/ Aliter os dñi itelligi pōt
cetus ꝓphetarū. vt sit sensus (videbit omis
caro pariter. qđ os dñi locutū ē). i. quē cet⁹
ꝓphetarū ꝓmisit/ Littera ergo nostra ipsi⁹
sublimitatē ostēdit vocans eum gloriam et
verbum/littera vero septuaginta interpre-
tum ostendit qđ pertinet ad pietatem vo-
cans eum salutare dei. Ipse saluator est salu
tare. volens. sciens. ⁊ valens/ Bernhardus
Illi secure me credo. qui saluare me velit no
uerit ⁊ possit/loco eius dicit eum iohannes
plenum gratie ⁊ veritatis/ Conueniēs me-
diator est qui est plenus gratia apud deum/
vt qđ vult ab eo impetrare possit ⁊ qui ple-
nus est veritate. vt cōfidentem in se decipe-
re nolit/sicut vanitas innitenti fulcimentū
non prestat. sic veritas innitenti fulcimen-
tū non denegat/ hoc qđ pertinet ad pietatē
expressius ostendit in euangelio. Math. j.
vbi introducit angelus loquens ad ioseph
vocabis nomen eius iesum. ipse em̄ saluum
faciet populū suū a peccatis eoꝝ ⁊c/ Sed q̄
ratio est ꝙ fili⁹ dī tpe sue hūiliatiōis totiēs
gl'ia noiat vt in v̄bo ꝓposito/ Itē in Ps. Ut
inhitet gl'ia t'ra nr̄a. mia ⁊ v̄itas obuiauerūt
sibi/ Itē cātat eccl'ia mane videbit gl'iaz ei⁹/
ysa. xlvi. gl'ia dñi sup te orta ē/ Itē gl'ia ei⁹ in
te videbitur. ysaie. vi/ Huius rei ratio qua-
druplex potest assignari. Prima est. vt super
bia inaniter gloriantium cōfundatur/ Se-

cunda vt eius humiliatio gratior habeat. Tertia vt eius contumelia hoc tpe sumope caueatur. Quarta vt tpe isto eius glorificationi intendat. Recolit hoc tpe gloria domini hoibꝫ reuelata sed sacco induta/ Quis ergo misero vermiculo gloriādi remanet locus, vbi ille qui nō solū gloriosus est, sed ipa gloria sub sacco mortalitatis nostre abscondit/ Ipe est rex niniue, q surrexit de solio suo ⁊ indutus est sacco/ Jone. iij. Saccum carnis nostre. ideo assumpsit, vt in eo ꝓ nobis penitentiā ageret/ Quid ḡ nobis agendū est pro nobis. Aug⁹. Filius dei nō habebat vt flagellaretur/ ad hoc carne indutus est vt sine flagello nō esset/ Multū pōt in eo cōfundi supbia inaniter gloriantiū. Aug⁹. medicina tumoris hoīs est hūilitas christi. erubescat homo esse supbus/ qꝛ humilis factus est deus/ Ideo etiam ostendit humiliati sublimitas, vt gratior sit nobis eius humilitas. Sicut detestabilior est supbia ī paupe q̄ in diuite sic humilitas laudabilior est ī psonis sublimibus q̄ in inferioribus/ Bern. in lib. de consideratione. Cum omni indifferenter persone humilitas sit quedā turris fortitudinis a facie inimici/ nescio quo pacto vis eius maior in maioribus ⁊ in clarioribꝰ clarius comprobet/ Tempore etiam illo ab eiꝰ cōtumelia multum cauendū est. hoc enim requirit eius sublimitas, humilitas, ⁊ caritas. Sublimitas hoc requirit/ cū enim scriptū sit de xp̄i crucifixoribus. q̄ si cognouissent nunq̄ dn̄m glorie crucifixissent/ Cor. ij. q̄ inexcusabiles sunt illi, qui ei quē ex tot testimonijs agnoscunt esse dei gloriam, nō timēt inferre contumeliā/ Humilitas requirit idē quia dei ordinatio est/ vt qui se humiliat exaltetur/ Prouerb. xix. Humilē spiritu suscipiet gloria/ Job. xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria/ quāto ergo tēpore isto magis pro nobis est humiliatus, tanto hoc tēpore magis est a nobis glorificandus/ Caritas etiam ipius hoc requirit/ qua ipse studuit ad hoc vt nos honoraret. in Ps. Annūciate inter gentes studia eius/ Item nos creando honorauit quia ad imaginē ⁊ similitudinem suā nos fecit/ Ecc. xvij. Deus de terra creauit hominē ⁊ ꝑm imaginem suam fecit illum/ Ipse etiam recreando nos honorauit, qꝛ humanā naturā ⁊ diuinā in eadem psona sociauit/ Ipse voluit inglorius apparere vt nos poneret ī honore/ Aug⁹. de ipo Redemit inquit venditus. viuificauit occisus. honorauit iniuriatus/ Ipse morte propria gloriā eternā nobis parauit/ Quāta ḡ ingratitudo est cū aliquis illum inhonorat qui honorem ipsius sic procurat/ Multū etiam pōt deus offendi cum in omnibus alijs creaturis videt suam gloriam. ꝑm illud ysaie. vi. Pleni sunt celi ⁊ terra gloria eius. In hoīe vero qui deū pre ceteris debuit honorare tanq̄ magis honoratus ab eo videt suā cōtumeliā/ Item cū deus creauerit hominē specialiter in suā gloriam. Juxta illud ysa. xxvi. Faciet te dn̄s excelsiorē cūctis gētibus, q̄s creauit in laudē et nomen ⁊ gloriā suā/ quantū pōt offendi cū ipe incessanter infert cōtumeliā/ Item quanta demētia est cū hō semetipsum inhonorat quē deꝰ sic honorat. Ecc. x. Quis honorabit exhonorātem aīam suā/ Tpe isto gl'ie saluatoris nr̄i vēturi intendere debemus, vt ipsi tanq̄ illi qui est gloria dn̄i et rex glorie locū glorie p̄paremꝰ ⁊ ad eius honorē vestes gl'ie assumamus et delicias gl'ie ꝓuideamus/ Hec enim tria facere solemus, cū aliquā personā honorabilē suscepturi sumus/ De primo dicit dauid. q̄ fuit vir ꝑm cor dei. Dn̄e dilexi decorē domꝰ tue ⁊ locū habitationis glorie tue/ Nec est necesse querere deo locuꝫ gloriosiorē corde humano, si tn̄ fuerit modo dbito preparatū Seneca. scitote homines tam bene culmo q̄ auro tegi. contēnite omnia que supuacuꝰ labor velut ornamentū ac decus ponit/ cogitate nihil p̄ter animū esse mirabile cui magno nihil est magnū/ Cor humanū sine cōpatione maius est mūdo. cū sit capax dei cui mūdus cōpatus est q̄si gutta roris. Sap. xi Quasi gutta roris antelucani sic est ante te orbis terraꝝ/ Cor humanū palaciū regium si tn̄ ibi debito mō ꝯsulat. imperet. ⁊ pareat. imo regnū dei. Lu. xvij. Regnū dei int' vos est. Est etiā celū celoꝝ cuiꝰ hitatio est deo ḡtissima. Prouerb. viij. Delicie mee esse cū filijs hoīm. Hic locus est debito mō patus si sit patꝰ vt dictat sūma ps aīe ꝑm quā maxie attendit silitudo eiꝰ ad deū. q̄ pars sp remurmurat malo/ Aīa sic parata locꝰ est gl'ie ꝑm illud Cor. j. In q̄ pace factus est locus eiꝰ Sine hac pace est cor hoīm quasi domus ꝑstillans in qua nō est quies. Prouerb. xxvij. Tecta perstillantia ⁊ litigiosa mulier com-

parãtur/Ad vestes glorie monemur. ysaie. lxj. Induere vestimẽtis glorie tue hierusalẽ ciuitas sancta/vestes glorie dicunt vestes spirituales/ad differẽtiã vestiũ corporis que sunt vestes ignominie. Bern/Qui gloriat in veste similis est furi glorianti de cauterio/quia propter peccatũ ade introductus est vsus vestiũ/Vestes in hoc festo cõuenientes erunt puritas. humilitas. caritas/Puritas est velut vestis de byssо/Humilitas velut vestis violacea/caritas velut vestis purpurata/Delicie glorie quibus deus pascẽdus est sunt eius laudes. ps. xlix. Nunquid mãducabo carnes thaurorum/immola. deo sacrificium laudis ꝛc/Licet deus cibo corporali in se non egeat/tamen pascendus est eo in mẽbris suis/Sed cibus proprius eius est laus/ꝛ sic cibus iste dicit glorioſus/cum scriptum sit/sacrificiũ laudis honorificabit me. Glificatio vero ista nõ debet esse solius oris/sꝫ eẽ cordis/ꝛ corpis/j. Cor. vi. glificate ꝛ/por. de/i cor. vro/Quidã labijs deũ glorificant/corde autẽ ꝛ opere eum blasphemant/Cor. v. Sine cõederit/ꝛc. Glo. Si modũ debitũ immoderatõe voracitatis excedas/ꝛ vinolẽtia te ingurgites/q̃ntascũqz laudes lingua sonet/vita blasphemat ysa. 29. Populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est a me.

De eodem. Sermo. II.

In ordine. II.

Oportet preveni re solem ad benedictionẽ/ꝛ ad ortum solis te adorare/Sap. xvi. Natiuitatꝫ saluatoris eras sumus celebraturi/ꝛ nisi per nos steterit/eius benedictionem accepturi/Ideo vobis ostendemus q̃d facere debeamus vt eius benedictionẽ suscipiamus. ℣m verbum ꝓpositũ debem⁹ eum preuenire/ꝛ orare. Preuenire aũt debemus sex modis/Primo a lecto pigricie surgendo Indecens em est xp̃iano/si ortus veri solis in eodẽ lecto eũ iacentẽ inueniat. Prouerb. xxiij. Usqꝫquo piger dormis ꝛc. Rom. xiij Hora est iam nos de somno surgere/Tecũ do impedimentum seu obstaculũ amouendo/sicut em sol qui oculos corporis illumiat/licet liberalissime lucẽ suam impendat/tñ si grossum corpus oppositũ fuerit officiũ ip̃i⁹ impedit/Sic licꝫ iste verus sol liberalissim⁹ sit/impeditur tamẽ pctõ ꝓ oppõne ne eius beneficiũ recipiat. ysaie. lix./Iniq̃tates vre diuiserũt iter vos ꝛ deũ vestrũ/ꝛ pcta vestra absconderũt faciẽ eius a vobis. Tertio faciem interiorẽ ad eũ querẽdo. meditando. scꝫ de tpe isto/ꝛ aduẽtũ ipsius desiderãdo/De illis qui verterũt ei tergũ ꝛ nõ faciẽ/non est mirũ si ab eo nõ illuminant/Aug⁹. in. li. cõfessio. Dorsum habebã ad lumen ꝛ ipsa facies mea nõ illuminabat/Quarto ad vez solẽ appropinquãdo. ps. Accedite ad eũ ꝛ illuminamini ꝛc. Jacobi. iiij./Appropinquate deo ꝛ appropinq̃bit vobis. Appropinq̃tio ista fit nõ loco sed similitudine/Saluatori hoc tpe appropinq̃t q̃ statũ suũ meliorat/qui ꝓponit eũ de cetero exprẽssius imitari/Quinto se humiliando sicut recepturi bñdictionẽ epiſcopalẽ monet vt se humiliet ad bñdictionẽ. sic qui bñdictionẽ saluatoris hoc tpe volũt recipe. debẽt se ad eũ humiliare. De⁹ em superbis resistit hũilibus aũt dat gratiã. Jacobi. iiij. Sexto saluatori bñdicendo vel in se vel in mẽbris ipsius. De bñdictione ipsius in se dicitur. Ecc. xlij. Bñdicẽtes exaltate eũ quãtum potestis. Maiorẽ em omni laude/exaltãtes aũt replebimini virtute. Prouerb. xi. Anĩa que bñdicit impinguabit/In mẽbris etiã ipsius debem⁹ benedicere saluatori elimosinas abundãter ei dando. vt sic benedicamur ab eo in presenti benedictione gr̃e et in futuro bñdictione glorie. vñ Math. xxv Venite benedicti. Luc. ij./Qui seminat in benedictiõe in bñdictione/ꝛ metet. Cor. vi. Date ꝛ dabit vobis. In hac solẽnitate etiã attẽdendũ ẽ ad orationẽ. ad qõ monet nos ecclia in principio officij matutinalis. dicẽs xp̃c natus est nobis venite adoremus/Ad idem monemur exẽplo regũ q̃ venientes ad locum vbi puer erat/prostrati adorauerũt eũ. Mat. ij. Viri religiosi/pnũciata natiuitate saluatoris/in caplo/pternũt se deũ corde ꝛ corpe adorãtes/Ad idez inuitat nos cõsuetudo scl'arũ/cũ em fili⁹ alicui⁹ principis venit recipe terrã q̃ iure hereditario ad eũ pertinet/recognoscit ei⁹ dominiũ/sic dominũ regz nr̃i ad nos venientes debem⁹ recognoscere adorãdo/Idem etiã reqrit dei ordinatio q̃ vult vt q̃ se hũiliat exaltet/vñ fili⁹ altissimi/p nob hoc tpe hũiliat⁹ multũ a nob est exaltandus que exaltatio maxime fiet adoratione/Ad idem facit q̃ parui multũ solent

adorare magnos.cū dignātur visitare eos/ ⁊ qō negat facultas suplet ī eis deuota vo/ lūtas/zache⁹ paru⁹ gaudens suscepit salua/ torem. Luc.xix./Elizabeth cū beata virgo eā visitasset ait/vñ hoc mihi vt veniat ma/ter dñi mei ad me. Luc.j. et Dauid/ Quid est homo q⁹ memor es ei⁹?⁊c./ Deuotissime ergo suscipiēdus est a nobis fili⁹ dei ad nos/ veniēs Bern. Fratres hic est heres deuote/ suscipiam⁹ eū/ Hic em̄ ⁊ hereditas nr̄a erit./ filius dei nō tm̄ venit regnū accipere.sed re/ gnū eternū dare/ Ideo em̄ filius dei factus est homo.vt heredes faciat filio⁹ dei. iuxta verbum Bern. regnum em̄ est in manu ip̄i⁹/ ad dandū sicut cantat ecclesia Si honora/ uerim⁹ eū erim⁹ ip̄ius coheredes./vult pa/ter vt honoremus eū. ⁊m illud Math.xxi./ Nouissime misit ad eos filiū suū dicens.ve rebuntur filiū meū. sed multi vidētur facto dicere qō ibi seq̄tur. hic est heres. venite oc cidamus eū,/rursum crucifigentes in semet ip̄is filiū dei ⁊ ostentui habentes.ad Heb. vi. Valde reprehensibiles sunt qui a deo re cesserūt. Jere.xvij. Dñe oēs qui te derelin quūt confundentur/ Ip̄i pro pessimo dño opti mū derelinquunt/ tale em̄ bonū est deus vt nemini eum deserēti bonū sit.sic̄ dicit Aug. Osee.vij. Ue eis qui recesserūt a me. Jere. ij/ Uide et vide q⁹ malū est ⁊ amar⁹ te dere liquisse dñm deum tuum/ Ip̄i relinquendo eum piecerunt omne bonū./ Osee.vij. pie/ cit israel bonum. Circa adoratōem vero cui intendendū est notādum,q⁹ adoratio di uine maiestat⁹ est pfessio,/vt maiestatē intel/ ligamus.qō significatur per hoc aduerbiū sume/cū dicit. summe potens. sume sapiēs. summe bon⁹./ Adorans recognoscit plenū dei dominiū in se ⁊ sui plenā subiectōez.que recognitio fit quatuor modis.corde. verbo/ Corpore.⁊ reb⁹/ Recognitio cordis est no/ bilior ⁊ ideo gratior./ Joh. iiij. Uenit hora et nūc est quādo veri adoratores adorabūt pr̄em in spiritu et veritate/ nam pater tales querit qui adorēt eū./ Ad recognitōem cor/ dis ōtuor ptinēt. fides.amor.timor.⁊ spes./ Ad fidei recognitōem ptinet vt credamus deo sic̄ ei credendū est ꝓpter se scilicz ⁊ super oīa tanq̄ pme veritati/ Item ad eā ptinet vt digna deo credam⁹ de eo,vt sumam po/ tentiā.summā sapientiā.summā bōitatem,⁊ p̄sequētia ad hec/vt scz quoniā ip̄se est oīm bonor̄ creator.seruiētiū sibi liberalissimus/ remunerator. Eor̄ vero qui ptinaciter sibi sunt rebelles zelatissimus vltor. Timore re/ cognoscim⁹ dei maiestatē non qualicūq⁹ ti/ more sed tali quali timendus est ille cui⁹ po tētie nemo pōt resistere.vel eam fugere/ cui⁹ sapiētie nichil pōt abscondi.cum sit summa/ summe odit malicia ⁊ sine fine puniet quos in ea pertinaces inuenerit/ Spes etiaz per tinet ad r̄cognitionē.spes inq̄z talis q̄lis po nenda est in eo cuius potentie facillimū est liberare ab omni miseria cuius sapientie no tissima est miseria nostra./ Abyssus enim mi sericordie nō inuocat abyssum miserie nisi agnoscatur/ Item eius bonitati p⁹prium est misereri ⁊ parcere,qui ꝓpter liberalitatē fecit q̄cūq⁹ fecit/ Amor etiā pertinet ad recog nitionē.amor inq̄z talis q̄li ille amād⁹ est q̄ est optimus in se ⁊ ideo amore dignissimus/ qui etiam fons est omniū bonor̄ a quo oia bona suscepimus que habemus,vel habui/ mus ⁊ que suscepturos nos speramus Hec quatuor sunt velut quatuor species aroma tice intyme iamate spūali. De tymiamate ha betur Exod.xxx. Talem cōpositionē nō ha bebitis in vsus vestros,quia sanctū dño est. homo quecunq⁹ fecerit illud vt odore illius perfruatur peribit de populo suo/ p⁹timam speciē non habent mulieres sacrilege plus credentes sortilegis ⁊ diuinis q̄z deo/ Se/ cundā speciē non habet qui timore verbi de risor̄ vel alterius mali transitor̄ cessant a penitentia inchoata vel alio bono/ Terciā spēm nō habent qui nō sperāt se habituros necessaria si deo seruierint,vt sunt vsurarij vel fatue mulieres/ Quartā non habēt aua/ri qui plus amant pecunia q̄z deū qui indu bitanter ydolatre sunt. Glo.super illud. Ad phil.ij. Quor̄ deus venter est ⁊c. hoc ab ho mine colitur qō p̄ ceteris diligit/ Verbo re/ cognoscit ecclesia maiestatē dei ⁊ plenū do/ miniū cū dicit xp̄o tu solus dñs tu solus al/ tissimus Corpore fit hec recognitio. incli/ natione genuflexione ⁊ prostratione. ysaie. xlv. Mihi curuabit̄ omne genu deo excel/ so. Rebus fit hec recognitio cū decime offe runtur dño in signuz vniuersalis dominij.

Et notandū q⁹ adoratio quantū ad mul/ tos videtur esse illusio sicut xp̄o genuflexiōe illusum est a crucifixoribus suis. Math.xxvij. Ut cum ab aliquo xp̄o genuflectit̄ qui dya

boli seruus est ⁊ ei obsequitur. vel cuz aliqs recognoscit bona sua a deo se habere ⁊ tamē cum petit christus aliquid ab eo per paupe rem non vult eī dare. Augustinus in pſona dñi. de eo qō dedi tibi de meo peto ⁊ mihi non donas.

De eodem. Sermo. III.
In ordine. ⁊.

IOseph fili da uid noli timere accipere mariā. Hath. j. Sicut heri in euangelio ostendebāt vnde ex parte matris christus ortus sit. sic in euāgelio hodierno ostendit̄ q̄ patrez carnalē nō habuit/ Sed de spū sancto cōceptus fuit. i. ptāte vel opatione spūssancti ⁊ ad hoc ostendendū introducitur ioseph sup hoc dubitans ⁊ angelus de hoc eum certificans. / Et notandum q̄ ꝓceptio xp̄i triplicit̄ probata est esse nō de patre carnali. sed de spū sancto. testimonio scz dei ⁊ angeli ⁊ hois. Testimonio dei scz miraculo/splendor em̄ procedebat de facie virginis. vt legitur in euangelio nazareor. Testimonio angeli de quo habetur hic/ Testimonio hois scz ysaie. ꝓphete dicētis ecce virgo in vtero habebit. ysaie. vij. / Item notandū q̄ in ioseph quatuor nobis cōmēdāt̄/ Primo iusticia ibi ioseph āt cū esset hō iustus. Joseph tanq̄ homo iustus volēs cauere offensam dei ⁊ scandalū proximi ⁊ facere q̄d eum decebat/ nolebat eā secū retinere ne si res mala esset. videret conscius esse peccati ⁊ reus. Prouerb. xviij. Qui tenet adulteram stultus est ⁊ insipiens. Secūdo commendat̄ nobis eius pietas. ibi ⁊ nollet eam traducere. ne sicut adultera puniret̄/ Interli. p traducere greci habent ꝓpalare/ Tertio cōmendat̄ nobis eius prudentia in hoc q̄ mediā viā elegit vt occulte eā dimitteret/ Dimittere eam voluit quia iustus/ occulte quia pius. Glo. Vera virtus est cum nec pietas sine iusticia nec iusticia sine pietate est/ que separate ab inuicē dilabūt̄/ Quarto maturitas ibi. hoc aūt eo cogitante. Glo. Hic docemur diu deliberādū esse in incertis. ne peccetur temeritate leuitatis/ In angelo vero certificante ioseph/ Primo attendendum est q̄ cum ioseph incertus esset an res esset bona vel mala/ ipe hoc in meliorē partem ō terminat. exemplo ergo eius dubia in meliorem partē interpretari debemus/ Interpretatio dubij in meliorē partē. est interpratio angelica/ Interpretatio vero in deteriorem est dyabolica/ talē interpretatōm fecit dyabolus per serpentē loquens eue dubitanti. Gen. iij. In angelo etiā attendenda sunt tria ptinētia ad officiū angelicū ſm beatū Dyonisiū purgat em̄ ⁊ illūinat ⁊ pficit/ purgat ab inordinato timore quantū ad effectū dicēs Joseph. Noli timere ⁊c. Item purgat a noxia dubietate quantū ad intellectum dicēs. quod in ea natū est de spū sancto est. Glosa. De ea nasci est in lucē pduci. in ea ꝙo nasci est concipi/ Illuminat. ostendens ꝓlis sexū ⁊ nomen dicens. paries aūt filiū ⁊ vocabis nomen eius iesum/ Perficit vero prolē cōmendando. ⁊ sic ad amorē eius inflamando dicēs. Ipse enim saluū faciet populū suum. / Hec tria scz purgare. illūinare ⁊ pficere ptinent etiā ad hoīes q̄z est euāgelizare/ debēt enim purgare ab errore ⁊ inordinata affectione/ Illuminare ad cognitionē visus veritatis/ ⁊ pficere accēdendo ad ordinatū amorem bonitatis. De noīe vero ipsius notandū q̄ est nom̄ bonū. nom̄ gl̄iosum ⁊ nom̄ bndictum. Nomen bonum est. Ps. Expectabo nomē tuum qm̄ bonū est in conspectu sanctorū tuor/ hoc nomen bonū erat in cōspectu beati bernhardi sicut ipse oñdit. sup illud Cant. j. Oleum effusum nomen tuum Si disputes inquit aut conferas non sapit mihi nisi sonuerit ibi iesus/ Jesus mel in ore in aure melos. in corde iubilus. cui fons fortes siccatus est lacrimarū inuocato iesu noīe cōtinuo erumpit vberior fluit suauior/ Nomen saluatoris bonū est timenti suam dānationem ⁊ amanti suam salutē. Et notandum q̄ quatuor sunt que deberent hominē mouere ad amorē ꝓprie salutis/ Primū est desideriū salutis q̄d videm⁹ in creaturis inferioribus/ Columba manēs sup aquas vbi videns vmbrā accipitris fugit/ Cant. v. ⁊ residet sup fluenta plenissima/ Item vir pōt lapis ita caute accipi vt in aues ꝓciaſ/ q̄n agnoscant ⁊ fugiant/ ouis naturaliter fugit lupum. oculus statim se claudit si aliquid ei noxiū approp̄inquauerit/ omnia illa faciūt creature irrationales desiderio ꝓprie salutis/ quō ergo est excusabilis creatura rationalis si ꝓpriam non dilexerit salutem.

Secundū est magnitudo ⁊ multitudo infirmitatuz humani generis. infirmitas ipsius tanta est vt multis sensuz auferat. Bern. in li. de consideratione. Scio mēbrum longi⁹ a salute assistere qđ obstupuit ⁊ egrum se nō sentientem piculosius laborare. Tertiuz est multitudo ⁊ magnitudo piculoꝝ que sunt in mari huius mūdi qđ piculū ꝓbat ꝑm Bernhardū transeuntiū raritas ⁊ peuntiū multitudo. in mari marsilie vix ex quatuor nauibꝫ transfretātibus perit vna. in mari huius mūdi vix ex quatuor animabus saluatur vna. Quartū est future dānationis p̄uisio. diues epulo ignem infernalem sentiens. rogat vt adiutor salutis ad fratres eius mittat̄ ne ad locum tormētoꝝ veniant. Luce. xvij. Sic peccator si frequenter cogitaret suam dānationem confugeret ad saluatorem. Hoc nomen iesus est gloriosum ad gloriam hui⁹ nominis primo facit auctoritas nunciātis illud quia angelus. Luce. j. Item nūciauit illud ioseph De quo habet̄ hic. Secūdo facit ad gloriam huius nominis hoc ꝙ ip̄m est terribile demonibus. Ps̄. Sanctū ⁊ terribile nomē eius. Math. viij. Quid nobis ⁊ tibi iesu fili dei cur venisti ante tēpus torquere nos. Tercio hoc ꝙ in isto noīe facta sunt miracula. Mathei vltimo. In nomine meo demonia eijcient ⁊c̄. Quarto ꝙ in hoc nomine impetrabant apostoli qđ volebant Joh. xv. Quidquid petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. Quinto hoc ꝙ ī ipso omne genu flectit̄ celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ Ad phil. ij. Hoc nomen etiā est benedictū. Ps̄. sit nomen eius benedictū in secula. Itē nomen benedictum maiestatis eius in eternum. ⁊ merito nomen eius benedicit̄ a quo benedictio eterna obtinetur. Ratio vero nominis ostenditur cuz subditur ipse enim saluum faciet populū suū. ⁊c̄. Circa quā rationē duo attēdēda sunt scz a q̄bus saluet ⁊ q̄s saluet. Dicit̄ em̄ saluare a pctis n̄ ab hostib⁹ corpalib⁹. sic̄ fec̄ Josue saluare. n. a pctis soli⁹ dei est dic̄ Interli. Unde in h̄ ostendit̄ esse deus. ysaie. xliij. Ego sum q̄ deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me. Joh. v. Quis potest dimittere peccata nisi solus de⁹. saluat autē populū suum scz veros iudeos peccata sua confitentes. Bern. Quidq̄d remordet conscientiā confitere humiliter ⁊ pure ⁊ fideliter. ip̄e saluat circūcisos noxia desideria vel superflua resecantes Item ipse saluat israelitas in speculo sacre scripture deum videntes. Ipse saluat veros hebreos visibilia ista transeuntes qui loquūtur lingua hebrea vt faciebat paulus Ad corinth. vij. Preterit inquit figura huius mundi. Sic etiam loquebatur Job Nunquid non paucitas dieruz meorum finietur breui. Job. x. Sic loquebatur iesus. Luce. xij. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te.

In die Natiuitatis dñi. Sermo. I. In ordine. 13.

Habitātibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. ysaie. ix Et subditur quibusdam interpositis. Paruul⁹ autem natus est nobis. ꝓphetia est de natiuitate saluatoris de qua hodie solēnizamus // Et ostēdit nobis tria hec ꝓphetia. Primo periculum in quo mundus erat ante saluatoris ortum/ Secundo remedium/ Tertio declarat subueniendi modū qui modus subueniendi fuit per humilitatē/ primū tangit̄ ibi. Habitantibus in regione vmbre mortis/ secundū ibi Lux orta est eis/ Tertiū ibi paruulus enim natus est nobis. Ante ortū saluatoris mundus erat regio vmbre mortis. Sex de causis// Primo ꝓpter obliuionem pertinentiū ad eius salutem/ maxime ꝓpter obliuionē diuine iusticie/ Unde Job. iij. Obscurent eum tenebre ⁊ vmbra mortis Interli. i. obliuio que delet mēoriā. vt mors vitam ideo in Ps̄. Vocatur in terra obliuionis. qui iusticie diuine non meminit/ que eū incessanter percutit. nunc fame. nūc siti. nūc calore. nunc frigore. nunc labore. nunc infirmitate. nunc morte. percutit dei iusticia mūdum de summitate virge. ⁊ tamen vix potest portare. quid fiet cuz percucietur de grosso immo de gladio// Secūdo ꝓpter abundantiam culpe. que culpa est vmbra mortis. similitudo dyaboli que dicitur mors. Apoc. vi Qui sedebat sup illū nomē illi mors/ hec est vmbra quā colūba. i. habēs spm̄scim̄ timet et fugit/ ꝓpter quā ec̄ dep̄hendendā sedet super aquas scripture sacre. Can. v. Oculi ei⁹ sic̄ colūbe sup riuulos aquaꝝ/ Oculi ecclesie sunt clerici. q̄ spēaliter sup aquas scripture

sacre sedere deberēt. vt agnoscentes vmbrā
accipitris infernalis fugerēt eū/ Tertio pro
pter penalis miſ̄ie abundantiā. tanta est mi
seria presentis vite. vt gen⁹ mortis videat̄
Ecc̄i. iiij. Laudaui magis mortuos q̄ viuē
tes Ecc̄i. xxx. Melior est mors q̄ vita ama
ra. Grego. Vita pn̄s laborib⁹ plena est. cū
luctu agitur. et cū lacrimis amittit̄/ Quarto
ꝓpter propinq̄tatem variaꝝ causaꝝ peundi.
causis peundi corpaliter ⁊ spūaliter plenus
est mund⁹/ Sapiē. xiiij. Creature dei in odi
um facte sunt et in tētatōem anime hominū.
⁊ in muscipulas pedib⁹ insipiētiū/ Paulin⁹
episcop⁹ Augustino. hostis noster cui mille
nocēdi artes tam varijs inpugnand⁹ est te
lis q̄ impugnat insidijs/ Ecc̄i. ix. Sup ar
ma dolentiū ambulabis. Dolentes sunt de
mones q̄ secū flāmaꝝ incēdia portare dn̄r/
q̄ visibilibus istis q̄si armis vtūtur ad occi
dendū hominē/ Quinto ꝓpter infernalis mi
serie similitudinē/ miſ̄ia em̄ presentis vite
est quasi q̄dam imago infernalis miſ̄ie. ⁊ sic
est vmbra mortis scz eterne. que dicit̄ mors
scd̄a Apoc̄. ij. Qui vicerit nō ledetur a mor
te scd̄a In iferno sunt tenebre Math̄. xxij.
ꝓijcite eū in tenebras exteriores. ibi est ignis
⁊ vermis Isa. vlti. Vermis eoꝝ nō morieť
⁊ ignis nō extinguetur/ Item ibi est ꝯfusio ⁊
horror Job. x. Vbi null⁹ ordo sed sempiter
nus horror inhabitat/ Ibi etiā est habitatio
demonum. Sic in mundo isto sunt tenebre
ignorātie Ecc̄i. iiij. Via impioꝝ tenebrosa
/ Ibi etiā est ignis ꝯcupiscētie. et vermis re
mordētis ꝯsciētie./ Ibi tot sunt habitatōes
demonū q̄t sunt mali/ Ibi etiā est om̄imoda
ꝯfusio. qd̄ em̄ deberet esse intra est extra. qd̄
deb̄et esse supra est infra. qd̄ deberet esse re
tro est ante. qd̄ deberet esse a dextris est a si
nistris/ Primū accidit in ypochritis q̄ pul
critudinē quā deberēt querere interi⁹ que
runt exteri⁹ Math̄. xxiij. Ve vobis scribe
et pharisei ypochrite q̄ mundatis qd̄ de fo
ris est calicis ⁊ parapsidis/ Ve vobis scribe
⁊c̄. qui similes estis sepulcris dealbatis/ Itē
accidit in homibus mundanis qui se ornāt
exterius ⁊ interi⁹. inornatos dimittūt simi
les sterquilinio exteri⁹ niue tecto/ Aug. Cū
iniquis om̄ia sunt pulcra et ipi sunt turpes.
Scd̄m accidit in his que deberēt obedire
supioribꝫ suis. ⁊ poti⁹ volūt eos sibi obedire/
Heb̄. vlti. Obedite p̄positis vestris ⁊c̄./ Itē
accidit in ſuis dyaboli q̄ sublimātur Ecc̄i.
x. Vidi positū stultū in dignitate sublimi. ⁊
diuites sedere deorsuz/ vidi seruos in equis.
⁊ principes ambulantes quasi seruos super
terrā/ Tertiū accidit in ministris ecclesie q̄
intentionē quā habere deberent ad eterna
habent ad temporalia. Hiere. vij. Facti sūt
retrorsum ⁊ nō ante/ Quartū accidit in eis
qui reputant dextrum qd̄ reputandū est si
nistrum. vt ꝓsperitatē reputāt eis ꝓdesse que
eis maxime aduersatur/ Greg⁹. Dū oīs for
tuna timenda sit. magis timēda est prospe
ra q̄ aduersa/ Hec enim seruiendo erudit.
illa blandiendo seducit. sicut magis timen
dus est excecans q̄ illuminās. sic ꝓsperitas
magis timēda est q̄ aduersitas Ecc̄. x. Cor
sapientis in dextera eius. ⁊ cor stulti in sini
stra illius/ Sexto ꝓpter superbam a vero
lumine auersionē/ Auerterat se mundus ꝑ
superbiam a vero sole. ⁊ ideo vmbra erat et
vmbra mortis. quia vmbra supbie mortife
ra est. sub hac vmbra dormit dyabol⁹. Job
xl. Aug⁹. in li. de confessi. Dorsum habebaz
ad lumen. ⁊ ad hec que illumināt faciez. ⁊ ipa
facies illam que illuminata est cernebat. nō
illuminabatur/ ⁊ sup illud Rom̄. j. Errauе
runt in cogitationibus suis. ⁊ obscuratū est
insipiens cor eorum ⁊c̄. Dicit glo. Quia su
perbia erat in eis obumbrauit eos cecitas/
qd̄ enim curiositate inuenerūt. per superbiā
ꝑdiderūt/ Qd̄ deus dederat gratis tulit in
gratis. Remediū ostendit̄ cuz dicit̄ Lux
orta est eis. christus scz qui est lux vera q̄ illu
minat omnē hominē ⁊c̄. Johannis. j. Eius
dem. viij. Ego sum lux mundi Itē. xij. Ego
lux veni in mundū./ Et notandū q̄ multis
de causis christus lux dicit̄. Primo ad ostē
dendum quō de matre sua natus sit. lux nō
damnificat illud vnde oritur/ Sic christus
matrē non damnificauit auferendo ei virgi
nitatem/ Boet. Nec sideri radius suam mi
nuit claritatem nec virgini filius suam inte
gritatē/ Secundo ad ostendēdā ipsius ⁊ pa
tris coeternitatē/ lux coeua ē ei vnde oritur.
⁊ si illud est eternum ipsa coeterna. sic filius
coeternus est patri/ Tertio ad ostendendā
ipsius cum patre vnitatē. vnitatē inq̄ essen
cie. in luce ꝯtingit. radium generantē et ge
neratum esse vnū. vt quando radius ꝑpendi
culariter descendit in domū per fenestram. ⁊
cadit in terram generat ex se radiū reflexum/

qui radius reflexus reuelatur per eandē viā per quā radius descendit ⁊ ita duo radij generans ⁊ generatus sunt vnum sic pater ⁊ filius sunt vnū. Quartū ad ostendendā virtutem xpi. Lux enim magne virtutis est principiū enim est generationis omnia eīm generantur ſm aliquē lucis influxū vt dicit philosophus. dyonisius in li. de diuinis noib⁹. Nihil est visibiliū quo radius non recipiat ſm ꝓprie claritatis superexcellentē magnitudinem. sed ad generationē corpoꝝ sensibilium cōmittit ⁊ ad vitam ea mouet ⁊ nutrit ⁊ auget ⁊ pficit ⁊ purgat ⁊ renouat Sic xpc principiū est per qō omnia facta sunt. Johānis. j. per quē etiā omnia regenerant. Sap. vij. Vapor est virtutis dei ⁊ emanatio quedam est claritatis omnipotētis dei sincera. Quinto ad ostendendā xpi sapientiam. lux manifestatiua est ⁊ sue ⁊ ceterarū rerum. ipa per se videtur ⁊ alia mediante ipa. sic ⁊ xpc ⁊ se ⁊ omnia alia manifestat. Joh. xiij. Manifestabo meipsum. Eiusdē. xvij. Pater manifestabo nomen tuū hominibus. Eiusdem xiij. Vocatis me magister ⁊ domine. ⁊ benedicitis. sum etenim Sap. vij. Candor est lucis eterne. Sexto ad ostendendā xpi bonitatē. lux inter creaturas visibiles magne bonitatis est. vnde eius bonitas inter creaturas ꝓius indicatur. Gen. j. Vidit deus lucem ꝙ esset bona. bonū habet esse diffusiuum. Lux vero multū est diffusiua vndiqz enim radios diffundit ⁊ se cōmunicat. Dyonisius. Sol omnia que eum participari possunt illuminat ⁊ superextentū habet lumen in omnia. Si quid radios eius nō participat hoc non infirmitatis aut breuitatis est illuminatiue eius distributionis sed per assumptionis luminis importunitatē. Ideo xpc bene dicit lux pro tpe natiuitatis quādo se ipsum dedit. Item lux pulcerrima est visibilium formarū ⁊ oculis delectabilis Eccī. xi Dulce lumen ⁊ delectabile oculis videre solem. recte ergo xpc lux dicitur ⁊ ꝓpter bonitatem que est suauitas ⁊ propter diffusionē vel cōmunicationez ipsius. vnde Sap. vij. dicitur de sapiētia increata ꝙ est ymago bonitatis dei. Et notandū ꝙ vera lux vnica est licet falsi oculi multas fingant sibi luces. falsus oculus est impietas. zacharie. v. hic est oculus eorum in vniuersa terra. Auaricia est oculus auari cui lucet terra q̄ est corpus tenebrosum. Luxuria est oculus luxuriosi vnde de ea que est similis bufoni videtur luxurioso ꝙ sit similis lune vel soli. Cñ quidam de sacerdote cupido conquerēte de tumultu cuiusdā molendini ꝙ si ei daretur in cytharam suauissimā ei verteret. Modus subueniendi declaratur cum dicit. Parvul⁹ enim nat⁹ est nobis. Periculū maximū fuit superbia ideo remediū fuit per humilitatē. Factus enim est qui erat maximus infans parvulus vt exemplo eius ceteri humiliarētur. ysaie. lxiiij. Vtinā dirumperes celos ⁊ descēderes ⁊ a facie tua montes defluerēt. i. superbi humiliarent. Aug⁹. Medicina tumoris hominis est humilitas xpi. Erubescat homo esse superbus quia humilis factus est deus. Greg⁹. quanta virtus humilitatis ꝑpter quā veraciter edocendam. is ꝙ sine estimatione magnus est vsqz ad passionē parvulus factus est. Bern. Studeamus effici sicut paruulus iste discamus ab eo quia mitis est ⁊ humilis corde ne magnus scz deus sine causa factus sit homo paruulus.

De eodem sermo. II. In ordine. 14

Exiit edictum a cesare augusto vt describeret vniuersus orbis. Luc. ij. Euāgelica hystoria que hodie recitat in ecclesia quatuor nobis ostēdit/ Primo vbi saluator natus sit/ Secundo quā curam mater ipsi⁹ de ipso nato habuerit ibi. Et pannis inuoluit eum ⁊c. Tertio quō natiuitas eius pastoribus fit reuelata. ibi Pastores erant in regione eadem ⁊c/ Quarto quomodo ea que de saluatoris natiuitate pastoribus sunt dicta ab ipsis sunt cōperta/ ibi Pastores loquebātur adinuicē./ Vbi ꝙ primū ostēditur duo nobis declarantur/ scz occasio qua ioseph cū vxore sua pregnante in bethleem ascenderit/ Et beata virgo filium suuz ibi peperit. Occasio aduentus ipsorum in bethleem fuit edictum Augusti cesaris de orbe describendo/ ipse enim volens scire numerū prouinciarum. ⁊ ciuitatū ⁊ villarum. ⁊ personarum q̄ erāt subiecte romano imperio/ voluit vt de villis conuenirēt homines ad ciuitates vñ originem duxerant. Ideo ioseph cū vxore

sua venit in bethleem/vñ Dauid de cui⁹ p/
genie erāt fuerat oriundus. j. Reg. xvij. Et
¶ notādum q̄ August⁹ cesar cui⁹ regni anno
xlij. saluator natus est licet inter hoies ma/
xime potestatis esset/tamē dei ordiatōne p/
hibuit ne aliqs eū dñm vocaret quasi cedēs
vero dño in mundū venienti/Tria vero in
¶ regno fuerūt que p̄ditōem regni saluatoris
indicabāt/Subiecti em̄ ipsius. subiectōem
suā p̄fitebātur. soluentes numnū argenteū.
imaginē et supscriptōem ei⁹ habentē/r decē
nūmos vsuales valentē/Ipsi etiā describe/
¶ bātur r pacis abūdantia fruebātur. vñ duo
decī annis circa natiuitatē saluatoris in tā/
ta pace regnauit. vt ad litteram videret esse
impletū illud Isa. ij. Conflabūt gladios su
os in vomeres. r lāceas suas in falces/Pro/
fessio subiectōis attestabatur ei⁹ ptāti De/
scriptō sapiētie seu discretōni/Pax bonitati
que tria habet saluator in sumo Xpi em̄ da/
¶ ta est omnis ptās in celo et in terra Hath.
vlti./In ipo etiā sunt oēs thesauri sapiētie
et sciētie dei. Ad Coloc. ij./Ipe etiā accepit
spiritū nō ad mensurā Joh. iij. Cult salua/
tor eos qui subiecti sunt regno suo. ei⁹ domi
nū libere p̄fiteri/Rom. x/Corde credit ad
iusticiā. ore aūt fit p̄fessio ad salutē/Cult etiā
vt seipos ei reddāt eius imagie insignitos/
non enim placet ei diuisio illor⁹ qui sua offe/
rūt deo. r se ipos dyabolo/Cult etā. vt sui p̄
ter imaginem gre. similitudinē quasi super/
scriptōem habeant. qua mandata decalogi
impleāt/Ipse etiā electos in eternitate de/
scribit. p̄m illud Luc. x. Gaudete q̄ nomia
¶ vra scripta sunt in celis/Ipse est p̄nceps pa
cis Isai. ix. Erat discordia inter deū et ho
minē p̄pter p̄cepti dati homini trāsgressi/
onem./Erat etiā discordia inter homies p̄
pter cultus diuersitatem/Item erat discor/
dia inter homies et angelos Nam sic dicit
Greg. q̄ extranei eramus a deo. extraneos
nos angeli deputabāt Sed hec oīa paci/
ficauit saluator in mundū veniēs Coloc. j.
Pacificās que in celis et q̄ in terris/Ephe.
ij. Ipse est pax nostra Isai. xxvij. Pacem fa/
ciet michi/Ite ad ea que pacis erāt doctria
et exemplo monuit/Ipse pacē nostram care
emit Isai. liij. Disciplia pacis super eum r̄c.
Ipse fines regni celestis pacem posuit. illuc
nō intrat hostis/Isa. xxxij. Sedebit popu/
¶ lus meus in pulcritudie pacis/Circa locū
¶ vero natiuitatis q̄tuor sunt attēdēda/. Pri/
mum est q̄ nascit in terra aliena./Scōm est
q̄ nascit in villa paruula/Terciū q̄ nascit
in bethleem/Quartū q̄ nascit in via In ter
¶ ra nascit aliena/Ad oñendum q̄ hec pars
mundi in qua homo exulat/est ei terra alie/
na licet in ea inueterat⁹ sit/Baruth. iij. In/
ueraſti in terra aliena. Ipse est in ea quasi ad
uena r pegrinus./Aliunde enim venit. r ad
alium locū tendit. De paradiso terrestri fuit
expulsus. r ad paradisum celestē tendit/Ps̄.
Aduena sum apud te r peregrinus. Heb. vl
timo Non habemus hic manentē patriam
¶ sed futurā inquirimus/Ipse est in villa par/
uula conceptus. in villa paruula natus. sed
in ciuitate regia scz hierusalē crucifixus/In
magnis enim ciuitatibus plus est sapientie
mudane que inimica est deo/ibi etiam plus
regnat cōcupiscentia carnis. r cōcupiscētia
oculorum. r superbia vite/Ascensus marie a
nazareth vbi concepat. in bethleem vbi pe/
perit. designat ascensum a flore boni propo
siti ad fructū boni operis/In quibusdā xpc
concipit. r non nascit. immo quasi abortum
patitur. quia bonus ppositū ad opus nō per
ducit/Recte eē. in bethleem christus nascit
¶ cuius nomen domus panis interpretat. cū
ipse sit panis viuus qui de celo descendit.
Johānis. vj. Ante christi natiuitatem erat
mundus plenus famelicis hoibus/Omne
enim q̄ō est in mundo est concupiscentia car
nis. r cōcupiscētia oculor⁹. r supbia vite. pri/
ma Johis. ij/Et quid est aliud cōcupiscētia
carnis nisi fames deliciarum/q̄d cōcupiscē/
tia oculorum nisi fames diuiciarū/q̄d super
bia vite nisi fames honoris. In persona ho
rum famelicorum dicit filius p̄digus. Luc.
xv./Ego autem hic fame pereo. Hos fame/
licos./panis iste saciat. dum xpi gr atia famē
siue ardorem concupiscentie cedat/In hoc
¶ etiam q̄ christus in bethleem nascitur. dat
intelligi. q̄ ad hoc q̄ christus i aliquo nasca/
tur spiritualiter. multum valet refectio ver/
bi diuini/Unde Bern. in sermone/Consi/
dera q̄ in bethleem iude xpc nascit. r solicit⁹
esto quomō bethleem iude inueniaris. et iā
nec in te quidē suscipi dedignat/Bethleem
est aliquis p̄ verbi diuini refectionez/Juda
¶ est per humilē confessionē/Ipse in via nat⁹
est ad ostendendū q̄ vita p̄sens via est ad
mortem. Gregorij in omelia. Quid est vita

mortalis nisi via/ et quale sit fratres mei ppē dite in labore vie lacescere et tamen viam nol le finire/ Nocte et die incessanter ad mortem tendimus singulis diebus vnam magnam dietam ad mortē facimus/ Aug⁹. Nil aliud est tēpus presentis vite q̄ cursus ad mortez/ in quo nemo vel paululū stare vel tardi⁹ ire pmittit sed oēs pari motu vrgemur/ Cura quā pia mater habuit de filio fuit/ q̄ cum eū peperisset ipsa eum pannis inuoluit et recli nauit eum in presepio/ quia non erat ei locus supple alius in diuersorio/ Diuersoriū dicit platea vacua inter duos muros desuper co operta/ habens duos exitus vbi boues di uertere solebant/ ibi manserūt nō inuenientes hospiciū ppter multitudinē que in bethleez cōuenerat vt dicit Crisostom⁹/ Et vident nobis insinuari quatuor defectus in verbis p̄dictis quos beata virgo cum filio suo pas sa est/ Primus est defectus familie/ Solent mulieres cū pariunt habere aliquā mulierē que eis assistit que curam prolis gerit/ quā verisimile est beatā virginē non habuisse/ p hoc q̄ ipa puerū pannis inuoluit et in psepiū reclinauit/ Ad idē facit hoc q̄ extranea erat nec erat in alicuius hospicio sed in diuerso rio/ et nō erat pfunda/ Secundus videtur fuisse defectus opimenti/ pauci enim panni quos paup mater habebat pegre pfecta sine pellib⁹ nō vident bene suffecisse tenero pue ro/ de nocte et in medio hyemis/ Bern. in ℞ mone. Et certe cū tanta necessitas esset/ nul lam audio pelliū fieri mentionē/ De igne eē nulla fit mentio qui valde necessarius fuisz eis/ ad illuminationē et calefactionē/ Terti⁹ defectus videtur fuisse lecti/ presepe p lecto habuit/ presepe non est lectus nec locus dor mitationis sed refectionis/ pocius est mensa iumentor q̄ lectus/ Quartus videt fuisse defectus habitaculi. Non habuit sufficiens habitaculū/ adeo em̄ fuit angustū q̄ nō fuit locus vbi puer collocaret nisi psepiū/ Hos defectus pati voluit ille a quo est omnis suf ficientia/ vt tuos defectus suppleret et vt in ipis cum aliquos defectus pateris solaciuz haberes/ magna enim est consolatio mēbris cū capite vt ait Aug⁹ Circa revelationē do minice natiuitatis duo sunt nobis attendē da scz quare sit specialiter facta pastoribus super gregem suum vigilantibus/ et revelati onis modus/ Multiplici enim ratione fa cta est pastoribus/ Primo ad cōmendatio nem simplicitatis/ mundus deridet simpli citatem ℞m illud Job. xij. Deridet iusti sim plicitas/ deus vero amat eam et est familiarz ei/ Prouerb. iij. Cum simplicibus sermoci natio illius/ Cor. j. Que stulta sunt mundi elegit deus/ Secundo ad cōmendationem vite laborioſe. Bern. in ℞mone. q̄ multi no biles ℞m carnem quā multi sapientes huius seculi hora illa stratis mollibus quiescebāt/ et nemo eoz dignus habitus est nouaz vide re lucem/ Scire magnum illud gaudiū. au dire angelos cantantes Gloria in excelsis deo/ Agnoscant ergo homines quia in labo re hoim non sunt. visitari ab angelis nō me rentur/ Tertio ad cōmendationē vite pasto ralis ad litteram cuius fuerunt antiqui pa tres. Gen. xlij. Viri pastores ouium sumus/ Quarto ad cōmendationē vigilantie in pa storibus spūalibus/ Greg⁹/ Quid est q̄ vigi lātibus pastoribus angelus apparuit eosq̄ dei claritas circūfulsit nisi q̄ illi pre ceteris videre sublimia dei merentur/ qui fidelibus gregibus preesse solicite sciunt/ dumq̄ ipsi pie super gregem vigilant diuina super eos gratia largius cozuscat/ Valde conueniēs fuit vt natiuitas veri agni pastoribus nuci aretur. ysaie. xv. Emitte agnū dñe rē. Jo hannis. j. Ecce agnus dei/ Item valde con uenies fuit vt princeps pastor qui ouem p ditam veniebat querere pastoribus reuela retur/ Ad modū vero revelatiōis spectat Angelus enim per quē fit revelatio iuxta pa storez stat/ claritas dei eos illūinat/ āgelus e os confortat/ gaudiū natiuitatis eis nūciat/ signum eis dat/ et ne parua videatur vnius angeli auctoritas multitudo angelor glori ficat/ et natiuitatis vtilitatē indicat dicens. pax hoibus bone voluntatis. xp̄m scz susci pientibz non persequētibus/ ysaie. lvij. Nō est pax impijs dicit dñs/ In hoc q̄ angelus iuxta pastores stat duo nobis ostenduntur scz concordia et reuerentia angeli ad hominem Greg⁹. Priusq̄ redemptor noster per carnē nasceretur/ discordiam cum angelis habui mus/ a quorum claritate et mundicia p culpe prime meritū pergz quotidiana delicta lon ge distabamus/ Sed quia cognouimus re gem nostrum. recognouerunt nos angeli ci ues suos et quos infirmos abiectosq̄ despe rarant iam socios venerāt/ Hinc est q̄ Ioth

ꝛ Josue angelos adorāt nec eos adorare ꝓ
hibētur / Johes vero ꝓhibet adorare Apo.
vlti. vide ne feceris / Itē angeli humanā na
turā q̄si infirmā ꝯtemnere ausi nō sunt / quā
sup se in rege celi venerant / In h̄ ꝙ claritas
2° dei eos circumfulget ostenditur. ꝙ vera lux
orta sit in mundo Malach. vlti. Vobis ti
mentibus nomē meū. orietur sol iusticie / In
hoc ꝙ d̄r claritas eos circūfulsisse. luminis
abundātia oñditur / qd̄ ꝑm Glo. in tota serie
veteris testamēti nō inuenitur / homie auer
tente se a vero lumīe per p̄cepti transgressio
nem facte sūt tenebre spirituales que comi
3° tabatur horror siue timor / Ido dixit ange
lus. Nolite timere. tenebras ec̄ comitabat
tristicia ꝑm illd̄ Tob. v. Quale gaudiū mihi
4° erit qui in tenebris sedeo / Ideo dixit angel⁹
5° Euāgelizo vobis gaudiū magnū / Item mū
dus supbiā angeli apostate imitabat / Ideo
specialiter humilitas saluatoris nati pasto
ribus indicatur / Inuenietis inq̄t se occultā
tem. infantē. nō se iactantem. pānis inuolu
tum. quantū ad humilitatem habitus / et po
situm in p̄sepio quantū ad domū ꝛ lectū. ha
bentem stabulū ꝓ domo ꝛ presepiū ꝓ lecto. /
Et quia pro nobis humiliatus est. a nobis
6° est glorificandus / Auditur multitudo ange
loꝝ deum glorificās / et exemplo suo ad dei
glorificatōez nos incitans / et vtilitatem na
tiuitatis q̄ est pax nobis indicans / Distribu
tio illa angelica dans gloriā deo. ꝛ homib⁹
pacem licet valde sit vtilis hominibus / sup
bo tamen nō placet vt dicit Bern̄ / gloriam
meā alteri nō dabo / ꝛ supbus. ego inquit eā
licet nō dedit vsurpabo ¶ Circa pastores q̄
ad locū natiuitatis transierūt / et sic ab ange
lo audierūt ꝛ inuenerūt / tria nobis attendē
da sunt. ꝙ transire in bethleem nō differūt /
ꝙ festinanter incedūt / ꝙ cognita saluatoris
natiuitate diuine laudi intendūt / Primū ibi
factum est vt discesserūt angeli / Scd̄m ibi.
venerūt festinantes / Terciū ibi. reuersi sunt
glorificātes / Sic verbum angeli iniciantis
xp̄i natiuitatē nō inaniter audierūt / sic mul
titudinem angeloꝝ glorificātem deum imi
tati sunt /

¶ De beato Stephano Sermo XV

Cum esset Ste
phanus plenus spiritusancto /
intendens in celū vidit gloriā
dei ꝛc̄. Actuū. vij / Solent homīes certamē
libenter aspicere / Hodie vero ꝓponitur no
bis certamen quoddā nō solū hominib⁹ sed
etiā deo et angelis eius spectabile / scz certa
mē prothomartiris Stephani / Certamen
illud ipse rex angeloꝝ militē suū pro ipso le
gittime certantem aspexit / Aspexit etiā mi
les dñm suū eum coronare volentē / Aspexit
illū cui⁹ adiutorio erat triūphatur⁹ / Aspex
it etiā gloriam / quā ab ipso post triunphum
erat accepturus / Hoc certamē hodie debe
mi⁹ oculis cordis attente aspicere. vt ad pu
gnam armemur / ꝛ de modo pugnādi instru
amur / Ostēdebat elephātibus sanguis vue
ꝛ mori ad exacuēdū eos in p̄liū. j. Macha. v
Sic sanguis christi ꝛ martyrum ostenditur
fidelibus / vt ad pugnam animent / Bernh.
In mūdo isto quasi in stadio certaminis po
siti sumus / vbi christus mortuus est / qui er
go hic liuorem vel plagas non susceperit.
in futuro iudicio miles gloriosus minīe ap
parebit / Aug⁹. Ideo natus est dñs. vt more
retur ꝓ seruo / ne seruus timeret mori pro do
mino / Heb. xij. Recogitate eum qui talem
sustinuit a peccatorib⁹ aduersus semetipm
contradictionem / vt non fatigemini animis
vestris deficientes / Sed quia aliquis pos
set dicere nō possuz qd̄ christus potuit / Ipe
enim erat gygas gemine substantie / Ideo
exemplum stephani nobis preponitur. qui
purus homo fuit / August. Si multū a te pu
tas imitari dñm tuum / attende stephanum
ꝯseruū tuū / Idez multū ad te qꝛ infirmos o
culos habes intueri solem / Lucernam vide.
/ Ecce lucet lumē stephani. lucet lucerna ista.
homo erat. homo es. sed non accepit a seip̄o /
Nunquid accepit ꝛ clausit tibi. fons cōmu
nis est. bibe vnde bibit / beneficio dei acce
pit. abundat qui dedit. qd̄ tu pete ꝛ accipe.
¶ Diligenter attēdendus est nobis modus
certandi quem habuit stephanus / vt de mo
do pugnādi in eo instruamur / Septez vero
attendēda sunt circa modū illū / Primū illud
ꝙ celestia intēdit / ꝑm illud intendēs in celū.
Consideratione vero celestiū. terrena ꝛ trā
sitoria despexit / Greg⁹. Vilescunt tempora
lia cum considerant eterna / non curat qui vi
tam mortalem amittit pro christo / cum con
siderat vitam immortalem se accepturū ab
eo. Sap̄. Non est lugenda mors quā imor
talitas sequit / ij. Mach. vij. E celo ista pos

sideo sed propter dei leges hec ipa despicio
qm̄ ab ipso me ea recepturū spero/ Qui diui
cias terrenas pro christo amittit nō curat
si eternas ab eo se recepturū sperat/ Heb. x.
Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio
suscepistis, cognoscentes vos habere melio
rem ⁊ manentem substantiam/ Conueniens
modus seruandi transitoria est perdendo.
Joh. xij. Qui amat animā suam perdet eam/
⁊ qui animā suam odit in hoc mundo in vi
tam eternam custodit eam/ Videtur etiam
pditio ⁊ est in melius cōmutatio/ Mathei.
xvi. Qui voluerit animā suam saluam face
re perdet eam. Glo. Quasi dicatur agricole
frumentū si seruas perdis. si seminas reno
2m ¶ uas. Secundum est q̄ certauit non pcucien
do sed paciendo/ mala pene fortiter sufferen
do. non inferendo/ Non est boni viri mala
inferre sic nec ignis est frigere. prima. Thim̄
vi. Tu autem homo dei sectare pacientiam
Apoc. xiij. Hec est pacientia fides sanctorum
Eccl. j. Usq; ad tempus sustinebit paciens
Et postea redditio iocunditatis. In eodem
Qui timent dominū custodiunt mandata il
lius ⁊ pacientiā habebunt, vsq; ad inspectio
nem illius/ gloriosissimi triumphi sunt triū
phi paciētie. Prouerb. vi. Melior ē paciēs
viro forte ⁊ qui dominat animo suo expu
3m ¶ gnatore vrbium Tertiū est q̄ plus malis p
secutorum condoluit q̄ de proprijs doluit.
Fulgentius. Plus illorum dolebat peccata
q̄ sua vulnera: Plus illorum impietatem q̄m
suam mortē/ nec mirū. illorum impietatē mor
talem sequebatur eterna. Huius autem mor
tem vita ppetua/ Signū vero q̄ magis do
luit de malis persecutorum q̄m de proprio ma
lo est hoc/ q̄ flexis genibus ⁊ cum clamore p
eis orauit. Beda. Pro se stans orauit. p ini
micis genuflexit quia maior eorum iniqui
tas maius supplicandi remediū requirebat/
Aug⁹. Discernit iustum a peccatoribus/ pro
iusto stans petebat. quia mercedem exige
bat/ pro peccatoribus genua flexit/ quia scie
bat q̄m difficile pro tam sceleratis posset ex
audiri/ q̄uis iustus. q̄uis sub corona consti
tutus et nō p̄sumpsit sed genuflexit/ non at
tendens quid dignus esset petendo accipe
re sed quid illi digni essent a quibus nolebat
horrenda supplicia remouere. Beatus stte
¶ phanus in patientia habuit pietatem iuxta
verbum. ij. Pet. j/ Sicut si frater tuus insa
nus manu vna gladio se transfoderet ⁊ alia
tibi alapam daret/ plus doleres de magno
malo quod inferret sibi q̄m de paruo quod
inferret tibi/ Sic amplius dolendum est de
spirituali morte persequentiū q̄m de corpo
rali pacientium. Quartum est q̄ mala culpe 4m
diligenter cauit/ peccata sunt peiores ho
stes quas habemus/ Alij em̄ hostes nō pos
sunt nobis nocere nisi per istos. Nulla enim
nocebit aduersitas si nulla dominetur ini
quitas ideo totis viribus hijs hostibus resi
stendum est. Augustinus. Frenate iram que
vos stimulat ad vindictam. ira em̄ scorpio
est. Si te sitis internis flāmis excitauerit
magnum aliquid putas si te de inimico tuo
vindicaueris. Si vindicare te vis de inimi
co tuo. ad ipsam iram te conuerte quia ipsa
est inimica tua que occidit animam tuam.
in istam seuias quia melior est qui vincit irā 5m
q̄ qui facit ciuitatem. Quintum est q̄ ma
gna bona diligenter seruare voluit. scz spm̄
sanctum ⁊ bona spiritualia vt innocentiam
suam/ Prouerbiorum. iiij. Omni custodia ser
ua cor tuum. Domine inquit suscipe spiritū
meū. suscipe inq̄ in celum qd̄ ostendisti mo
do apertum. Augustinus. Accipe spiritum
meum ⁊ redde mihi promissum tuum. Ps.
Custodi innocentiā. Seneca. Ridiculū est 6m
odio nocentis innocentiam perdere. Se
xtum est q̄ cōtrarijs repugnauit sicut aqua
repugnat contra ignem. sicut sapientia repu
gnandum est contra stulticiam/ bonitate cō
tra maliciam/ mansuetudine contra iram.
caritate contra odium. conferendo bona. in
ferentibus mala/ Noli imitari in hoste tuo
qd̄ in eo odis ⁊ detestaris/ Septimū est q̄ 7m
ad orationem recurrit. orando omnipoten
tis adiutoriū impetrauit. ij. Paral. xx. Tur
ris fortissima nomen dei. ad ipsum currit iu
stus ⁊ exaltabitur/ cum adiutorium omnipo
tentis dei impetratur. orādo impetrans for
cior ⁊ quodāmodo altior hoste efficitur. In
hijs septem imitari debemus stephanum in
certaminibus nostris/ in quibus continuo
sumus. Milicia enim id est tentatio seu pu
gna est vita hominis super terram. Job. vij.
Attendere etiam debemus q̄ curia celestis
certamina nr̄a aspicit sicut certamen stepha
ni aspexit. prima. Corinth. iiij./ Spectacu
lum facti sumus mundo ⁊ angelis ⁊ homini
bus. Aspicit christus pugnantes pro ipso q̄

victores coronabit/ Et econtra vero vi-
ctos cruciabit Jacobi j. Beatus vir qui
suffert tentationem quoniā cum ꝓbatus
fuerit accipiet coronam vite/ Viriliter er
go nobis pugnādum est ne in aspectu ei⁹
confundamur/ Cauendū ꝟo nobis est ne
soli pugnare p̄sumam⁹/ Solus pugnare
presumit qui in tribulatione ꝓ adiutorio
ad deum orationem non mittit. j. Cor. x
Fidelis est deus. qui non permittit vos
tentari supra id quod potestis/ sed faciet
cum tentatione ꝓuentum vt possitis su-
stinere/ Specialiter ꝯmendare debemus
nos orationibus beati stephani. quia iux
ta verbum beati Augustini/ Multoma-
gis nunc exaudietur ꝓ veneratoribus q̄ꝫ
tunc exauditus est ꝓ lapidatoribus/ Q̄
multum efficax sit eius oratio ostendit
Aug⁹. hijs verbis/ vt nouerit sanctitas
vestra. quātū valuit oro sancti stephani
martiris/ recurrite nobiscum ad saulum/
qui cum ipse lapidaretur. lapidantium ve
stimenta seruabat/ vt tanq̄ꝫ manibus om-
nium ipse lapidare videretur qui ad lapi-
dandum exertos reddebat/ Hic audiuit
vocem dicentem sibi. Saule saule quid
me ꝑse queris/ propter mala que habuisti
in me olim. habui perdere te. sed stephan⁹
orauit pro te./ Igitur elisus est filius ꝑdi
tionis et erectus est. vas electionis/ Si
sanctus stephanus nō sic orasset. ecclesia
Paulum vsq̄ꝫ hodie nō haberet/ sed ideo
erectus est paulus quia in terram inclina
tus. exauditus est stephanus.

De beato Johanne euangelista
Sermo. I. In ordine. j6.

Dilectus meus
mihi et ego illi qui pascitur in-
ter lilia. Cant. ij. Hodie solen
nizat ecclesia de singulari amico christi
scilicet beato Johanne/ Generaliter sunt
amici christi. qui eius mandata custodiūt
ꝟm illud Joh. xv. Vos amici mei estis si
feceritis que ego precipio vobis. Speci
ales amici christi fuerunt apostoli/ quib⁹
secreta sua reuelauit/ Joh. xiiij. Jam nō
dicam vos seruos. sed amicos/ ꝛc. Vos
aūt dixi amicos. quia omnia que audiui
a patre nota feci vobis/ Singularꝫ vero
amicus eius fuit Johannes quē christus
ꝓ se sue matri tradidit Joh. xix. Mulier
ecce filius tuus/ Sicut singularis ꝑsona
ꝓprio nomie ab alijs personis discernitur
sic. Johānes dilectione xp̄i ab alijs disci-
pulis distinguitur. Joh. xix/ Conuersus
petrus vidit discipulum quem diligebat
iesus/ Si magnū est esse seruum regis ce-
lestis. Seruiens enim regis. par dicitur
esse comiti. et seruire deo regnare est/ q̄m
magnū est esse amicū dei nō solū generalē
sed specialem/ sed etiam singularem/ Item
cum ꝟm Tulliū in libro de amicicia. Om
nibus rebus humanis amicicia sit ante-
ponenda humana/ quantū appetenda est
amicicia dei Au⁹/ Respice ad munera ec-
clesie ꝛ vniuersis excellenti⁹ caritatis mu
n⁹ cognosces/ De h̄ singulari amico xp̄i.
de q̄ solennizamus vobis loqui volumus.
Ideo ad eius ꝯmendationē. et nostrā edi
ficationem. verbum ꝓpositum de cantico
amoris sumptum prosequi volumus/ In
quo duo nobis ostenduntur ꝑtinētia ad
christi et iohānis amiciciā/ scilicet mod⁹
amandi et ratio amoris/ modus amandi
ibi. Dilectus meus mihi et ego illi/ Ratō
amoris ibi. Qui pascitur inter lylia.

Circa primū attēdendus est defectus
locutōis. et quomō suppleri possit/ Mos
est amantium cum defectu loqui/ propter
vehementiam enim affectionis singultu
et gemitu loquela interrumpit/ Quadru-
pliciter vero verbum propositum suple-
re possumus. Primo sic. Dilectus meus
cooperat mihi et ego illi./ Sicut vir. vel
mulier non est arbor sufficiens ad fructū
carnalem producēdum/ immo oportet q̄
sint duo in carne vna prolis procreande
Ideo maximus amor est inter coniuges/
Sic homo non est sufficiens ad spiritua
lem fructum producendū scꝫ ad opus me
ritorium/ immo deus et homo cooperan
tur/ homo per arbitrij libertatem/ deus ꝑ
gratiā. j. Chorin. iij. Sufficientia nostra
ex deo est/ Ideo maxim⁹ amor debet esse
hominis ad deū/ Secūdo sic potest sup-
pleri. Dilectus meus ꝯgruit mihi et ego
illi/ Ipse est candidus ꝛ rubicund⁹/ Cant.
v/ et talis esse studio. Eccī xiij/ Omne al
diligit simile sibi/ Dilectus fuit candidus

in ingressu mundi. fuit enim velut lilium ex lilio virginali. Rubicundus vero in egressu mundi. quia sanguine passionis rubricatus/ Ipse fuit candidus p̄fecta puritate/ Rubicūdus caritatis igne qui duo colores amantibus sunt gratissimi. Tercio potest sic supleri. Dilectus meus est mihi. id est ad meā vtilitatem. mihi natus est/ mihi vixit. mihi mortuus est/ mihi resurrexit. mihi ad dexterā patris sedet/ Mihi natus est p̄m illud Isa. ix. Paruul⁹ natus est nobis/ mihi vixit quia suam vitam in meā vtilitatem expendit/ Nocte intendebat orationi et die p̄dicatiōi ⁊ miraculoꝝ opatiōi./ Mihi mortuus est. ad Thy. tū. ij. Dedit semetipm p nobis Gal. ij. Dilexit me ⁊ dedit semetipm p me/ Mihi resurrexit. Resurrectio em̄ sua. pignus ⁊ securitas fuit resurrectōis mee. j. Loꝝ. xv Si resurrectio mortuorum non est/ neq; christus fuit vel resurrexit/ Mihi ad dexteram patris sedet. ad Hebr̄. vij. Accedens p̄semetipsum ad deū semper viuens ad interpellandū p nobis/ ⁊ Eiusdem. ix. Jesus introiuit in templū vt apperet vultui dei p nobis. Specialiter vtilitati beati Johānis xp̄c intendit quando faciebat sp̄ialem gratiā tribus discipulis quorum Johānes vnus erat ex eis. vt in trās figuratione Mat. xvi. Ad quā admissi sē ⁊ in Marc̄. vi. Suelle suscitationi/ quādo faciebat gratiam duobus/ ipse erat vnus ex eis/ vnde ipse solus ⁊ Matheus duas habent dignitates in ecclesia dei/ Ipsi sunt de numero q̄ttuor euangelistarum/ ⁊ duodecim apostoloꝝ/ Fecit etiaz ei gratiam quā nūlli alij creature fecit/ q̄ matri sue p̄ se eum tradidit. Sequitur (Et ego illi) Sicut christus nobis. id est ad nostrā vtilitatem fuit sic nos debemus ei. id est ad eius honorē esse Ro. xiiij. Nemo nostrum sibi viuit ⁊ nemo sibi moritur/ Siue em̄ viuimus domino viuim⁹ siue morimur. dño morimur. In eodē. In hoc xp̄c mortuus est ⁊ resurrexit vt ⁊ viuoꝝ et mortuoꝝ dominet/ Berñ. cui mihi iustius viuendū est q̄z eisi nō moreretur ego non viuerem/ iuste sibi vendicat vitam meā. qui p mea posuit suam./ Johānes vt se totaliter daret deo, voluit nō esse in matrimonio. j. Loꝝ vij. Qui cum vxore est solicitus est. q̄ sunt mundi quomō placeat vxori ⁊ diuisus est/ Quarto mō sic potest supleri. Dilectus me⁹ mihi est omne qō desidero. ps̄. Qui replet in bonis desideriū tuū. ipse est om̄e bonum/ Exo. xxxiij. Ego ostendā tibi omne bonū. Ideo diligens non expressit q̄d sibi esset dilectus q⁹ illud ineffabile est qō omnē sensum ⁊ intelligentiā excedit. Sequitur (Et ego illi) Quid diligens sit dilecto non expressit/ causa iactantie vitande/ q⁹ magnum quid est ei/ ipse eius reputatione est filius matris ipsius/ et ideo quasi frater est eius. immo quod plus est. ipse est ei alter ipse/ Tullius. verū amicum qui intuetur tanq̄z exemplar aliquod intuetur sui/ Quo circa. et absentes assunt et egentes abundant et imbecilles valēt. ⁊ qō dictu facilius est mortui viuunt. Johānes christo mortuo loco eius vixit matri sue/ ipse vero potuit dicere. illud Gal. ij. Viuo ego iam nō ego. viuit vero in me christ⁹/ magnum quid. christus eum reputauit/ cum eum p̄o se matri sue reliquit. Si enim meliorem in mundo inuenisset. Verisimile est q̄ eum p̄ se matri reliquisset. Sequitur (Qui pascitur inter lilia) In quo ostenditur quare christus Johānem dilexerit/ ideo eum sic dilexit. quia lilium. sicut christus fuit Cantioꝝ. j. Ego flos campi et lilium conuallium/ Lilium habet candorem ⁊ odorem. ⁊ mitigat dolorē Triplicem candorē habuit Johānes. Ipse habuit cādorem sapientie/ ⁊ hec est candor lucis/ ideo ille qui est candor lucis etne. eum dilexit/ Eccī. xv. Repleuit eum spiritu sapientie. Ipse recubuit supra pectus domini. Joh. xiij. Et celestis haustū sapientie ceteris altius potauit. vt dicit Aug⁹/ In pectore enim christi erant oēs thesauri sapientie et scientie absconditi/ Ipse sedit supra fontem, vite a quo fonte abundātiam ipse habuit/ vt esset vnus de magnis fluuijs paradysi/ ad terram ecclesie irrigandā/ habuit etiam Johannes candorem innocentie/ mala enim in mansuetudine sustulit non intulit/ habuit etiam candorem mūdicie carnis. Virgo enim est electus a domino ⁊ virgo semp̄ mansit/ Primus candor pertinet ad vim ratio

nalem. Secundus ptinet ad irascibilem Tercius ad concupiscibilem. Ipse etiam lilium fuit quantū ad odorem. multe eniz redolentie fuit. Triplex potest esse causa magne redolentie. Prima est flatus venti sicut accidit in ortis vbi sunt arbores et herbe aromatice que ad flatuz austri multum redolent Cant. iij. Ueni auster perfla ortum meum. et fluent aromata illius Secunda est cōtritio specierum. vt cum species puluerizantur plus em̄ redolent puluerizate q̄z integre. Cāticoꝝ. iij. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et vniuersi pulueris pigmentarij. Tercia est causa ignis vt accidit in thure. Ecc̄i. .j. Quasi thus ardens in igne. Hijs trib⁹ modis Johannes magnam redolentiam habuit. Ipse fuit ortus deliciarum. si delicie sunt ei esse cum filijs hoīm. Prouerb. .ix. Quāte delicie ei sunt esse cum filio hominis. scz cū illo quē filium virginis haberi voluit. Ille ortus delitiarum austro spiritussancti aspirante et archana dei ei inspirante. celestis doctrine redolētia abundauit. Ipse etiam fuit apoteta sancti spiritus. specierum gratiarum plenus. vnde et Johannes id est in quo est gratia dictus est. specie aromatice sunt contrite in eo quodāmodo. quia tribulationibus est afflictus. Ipse in feruente oleo est positus et in exilium missus. ipse etiam venenum bibit in quo magne redolentie fuit. In mansuetudine enim tribulationes sustinuit. et de ipsis deo gratias reddidit. Ipse etiaz fuit velut fornax spiritussancti. Sicut enim a deo multum est dilectus. sic deum. et in se. et in membris eius multum dilexit. Magna eius caritas omne bonū dilexit. et bonis operib⁹ abundauit. et sic ignis caritatis in eo redolentie causa fuit. Unde vt breuiter colligam⁹ ipse habuit redolentiā sapientie dicēdo. Sapientia em̄ sicut cynamomū vel balsamū aromatizans odorē dat. Ecc̄i. xxiiij. Habuit etiā redolentiā caritatis. bona amando ⁊ agendo. ⁊ redolentiā māsuetudinis mala cum gratiaꝝ actione sustinendo. ip̄e etiam fuit lilium quantum ad dolorz mitigatōnem. miseriam hominū non solum spūalem sed etiam corporalem releuādo. vnde gemmas valde p̄ciosas. q̄s Anton philosophus in foro ob mundi gloriam frangi fecerat. oratione facta solidauit vt eaꝝ precium pauperibus posset erogari.

¶ De eodem Sermo. I.
In ordine. j7.

dierum numerum et finem incertum/ hec plane vespera est ad quā demorabitur fletus/ sed necesse est addi matutinā letitiā/ vt auditam faciat nobis mane dominus misericordiā suam/ Sic em̄ fit vespere ⁊ mane dies vn⁹/ Est aūt dies ista dies iustitie/ reddens vnicuiq; qđ suū est. nobis miseriam. deo misericordiā. in hac die puer nascitur// Secunda est prudentie./ In hac particula auertit. et de p̄senti seculo neq; fugere eligit/ dicens cum prophetā. Odiui ecclesiā malignantiū ⁊c̄/ Sed nō dum sufficit hoc. forte em̄ vult eligere solitudinem non satis attendens ppriā infirmitatem./ Ideo necessaria est tercia dies. que est dies fortitudinis/ In hac die eligit congregationem/ que p̄ fortitudine sua terribilis est sicuti castrorum acies ordinata/ ve aūt soli quia si ceciderit nō habet subleuantem. Ideo po⁹ dicit/ Odiui ecclesiam malignantium. et subdit. Dauid. Lauabo inter innocētes manus meas./ Elucescat in te dies temperantie. vt queras quomodo refrenari possint incontinentes motus voluptatis/ cernicosi elationis/ deinde necesse est. vt elucescat dies pacientie/ per quam omnia dura ⁊ aspera tacita amplectaris conscientia/ in cognitione tua semper partem magistri quā potes aduersum temetipsum iuuās. ⁊ te quidem in omnib⁹ accusare illum magis excusare laborans// Horro iam in hoc cauendum tibi arbitror a superbia/ vnde dauid/ verumtamē deo subiecta esto anima mea/ ab ipso em̄ pacientia mea.// Nonne tibi videtur hoc occasione pacientie tentationem sensisse superbie. ideo necessarius est dies humilitatis/ Deinde dies deuotionis/ in qua nihil laboriosum est/ sed totū suaue hec dies paucorum./ Si quis videt hanc habere nō continuo credat sibi/ Necesse est maxime si nouitius est/ nec p̄fatos ascendit gradus. plus enim dominus pusillos corde blandicijs solet allicere/ Sed nouerint qui h⁹ modi sunt gratiam hanc p̄stitam esse non datam// Hoc autē timēdum est ei. qui tanta deuotione omnia facit/ ne dum sequitur affectionem. corpus destruat per immoderatā exercitationem/ Ergo necessarium est lumen discretiōis/ que mater virtutum est ⁊ consumatio p̄fectionis/ Hec est octaua dies in qua circumciditur puer/ vt non plus vel minus fiat/ Sed quia rara ista. fons est. huius discretionis/ locum suppleat virtus obedientie/ vt nihil plus nihil minus. nihil aliter q̄m imperatum sit faciatis. ¶ De noie pueri notandum q̄ euangelista ostendit prius nominis publicationem. ibi vocatum est nomen eius ihesus// Secundo dignitatem ibi. Qđ vocatum est ab angelo p̄usq; ⁊c̄. Origenes. Vocabulum ihesu gloriosum omi odoratu. cultuq; dignissimū nomen/ quod super omne nomen non decuit ab boibus appellari. nec ab eo offerri in mundum/ Sed ab excellentiori quadam maioriq; natura/ hoc nomē vocatū est ab angelo salutante Mariā/ priusquā in vtero conciperetur Luce. j// Hoc etiā vocatum est ab angelo certificāte ioseph de conceptu Marie/ postquā puer in vtero conceptus est prius quam natus esset. Math. j. Et sicut hoc nomen prius vocatum est ab angelo. q̄m ab homine/ ita rē nominis salutem sez prius adoptatus est angelus q̄m homo/ vnde Bern̄. in p̄mōe Idem saluator et angeli ⁊ hominis. sz hominis ab incarnatōe/ angeli ab initio creature ¶ Et notandum q̄ nomen istud quadrupliciter excellit alia nomina// Primo sublimitate. vnde Phyl. iij. Dedit ei nomen quod est sup omne nomen/ vt in nomine ihu. omne genu flectatur// Secūdo suauitate Bern̄. Mus mel in ore in aure melos. in corde iubilus Canticor. j. Oleum effusum nomē tuum// Tercio potestate in mirabilibus faciendis/ Marc. vlt. In noie meo eijcient demonia ⁊c̄/ Quarto vtilitate Act. iiij. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus/ in quo oporteat nos saluos fieri/ De hoc nomine reḡre in p̄mōe illo. in vigilia natalis Joseph fili dauid ⁊ cetera

¶ In Epiphania domini Sermo. I.
In ordine. 35.

In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera dyaboli. p̄ma Joh. .iij. Hodie apparitionem saluatoris celebram⁹ ¶ Circa quā quattuor sumus vobis ostensuri. scilicet qualiter/ et quare saluator apparuerit./ et qualiter. ⁊ quare eius apparitio celebranda sit ¶ Duo p̄ma insinuātur nobis in v̄bo proposito/ Primum. ibi. filius dei ¶ Secundū ibi. vt dissoluat. ⁊c. ¶ Circa primum notandum. q̄ saluator hodie sic apparuit/ q̄ acies fidei ad cognoscendā virtutem deitatis penetrauit/ Ambrosi⁹ in sermone/ Quomodo apparuerit requiramus/ non q̄ in mundo antea non fuerit. cum mundus per ipsum factus sit/ Sed q̄ tunc primis signis atq3 miraculis credentium cordibus/ deus christus illuxerit/ Idem si prius natus ex virgīe oculis carnalibus videbatur/ tamē non apparebat. q̄ v̄tutē ei⁹ adhuc fidei acies ig̃rabat/ ¶ In natiuitate apparuit fili⁹ hoīs. s3 hodie appet fili⁹ dei. ⁊ d̄s Jo. j. Vidim⁹ gl'am ei⁹ quasi vnigeniti a patre/ In natiuitate apparuit eius humanitatis infirmitas. infantuli paruitas/ hodie vero apparuit ei⁹ celsitudo. virtus et magnitudo/ Augu⁹ in sermone/ Que est ista humilis celsitudo. infirmi fortitudo. paruuli magnitudo. ¶ Triplex hodie memoratur saluatoris apparitio/ Prima facta fuit tredecima die ab eius natiuitate/ Secunda fuit tredecima die ⁊ tricesimi anni eius/ quādo scilicz baptizat⁹ fuit a iohāne/ Tercia fuit sicut creditur eadez die anno reuoluto/ cum in nuptijs aquam mutauit in vinum ¶ Prima facta fuit in apparitiōe stelle/ per quā ostendit seipsum esse. cui celestia famulantur/ Aug⁹ in sermone. Quid erat illa stella. nisi mirifica lingua celi/ que narraret gloriam dei/ inusitatum virginis partum/ inusitato splendore clamaret/ Cui postea non apparenti. euāgelium toto orbe succederet/ Secunda in bapstimo vbi testimonio patris. gloria eius quasi vnigeniti apparuit/ Hic est inquit filius meus dilectus ⁊c. Joh. ij. Vidimus gloriam ei⁹ quasi vnigeniti ⁊c. Tercia in nuptijs vbi aquā mutauit in vinū in qua mutatiōe se dominū terrenoꝝ esse ostendit/ Ambrosi⁹ in s̄mone. Nemo potest mutare naturam nisi q̄ dn̄s est nature/ Idem Magnū plane signū. ⁊ ad dei credendā sufficiēs maiestatē. hoc signo manifestauit gloriā suā. ⁊ crediderunt in eū discipuli eus. Joh. ij. ¶ In secūda apparitione ostensus est vnigenitus patris. ⁊ sic eiusdē substātie cū ipso/ In p̄ma ostensus est. domi⁹ celestium/ in tercia terrenoꝝ. ⁊ sic eiusdem potentie cū patre. ¶ Circa scd̄m notandum q̄ dyabolus tria opera in hoc mundo fecerat/ ¶ Procurauerat em̄ hominū excecatōnem/ inquinationē/ afflictionem/ Ad tantam cecitatem deuenerant homies/ q̄ diuinū honorē lignis ⁊ lapidibus exhibebant/ et cultum quē soli factori suo impendere debebant/ opibus manuū suarum impendebant/ Cecitatē vero secuta est inquinatio/ Qui em̄ lutū non videt nō cauet/ vñ omī genere spurtino inquinati erāt/ Inq̄natiōnē vero peccati iuste sequitur afflictio/ Aug⁹ in libro. de libero arbitrio/ Nullo tempis interuallo ista duo diuiduntur. vt quasi alio tempe nō faciat qd̄ debet. ⁊ alio patiat̄/ ne vel tempis puncto vniuersalis pulcritudo turpet̄. vt sit in ea pcti dedec⁹ sine decore vindicte. puer. xiiij. Miseros facit ꝓpl'os pctm̄/ Osee. iiij/ Maledictio homicidiū. mendatiū. furtū. ⁊ adulteriū inundauerūt/ Et subiditur. ꝓpter hoc lugebit t̄ra/ Et vt h̄ tria opa dyaboli dissolueret apparuit filius d̄i/ Apparitio facta p stellam fuit ꝯtra cecitatem mundi/ stella em̄ que exteri⁹ splenduit. figurabat lumē fidei. quod in cordibus gentiū radiare fecit/ sicut tenebre solis in passione christi/ figurabant tenebras infidelitat̄/ que erāt in cordibus iudeoꝝ/ vñ Aug⁹ in s̄mone. Istā nouā stellā declarauit nat⁹/ q̄ ātiquū solē obscurauit occis⁹/ illa luce inchoata est fides gentiū. ist̄ tenebris accusata ē p̄fidia iudeoꝝ/ Stella em̄ figurabat lumē celest̄ doct'ne. q̄ regēda erat ecc̄ia/ Scd̄a apparitio q̄ facta fuit in baptismo fuit cōtra scd̄m op⁹ dyaboli. scz inq̄natōnē/ sponsus em̄ eccl'ie q̄ est splēdor gl'e/ Heb. j. Parauit balneū/ quo ipse se balneauit. baptismum scz/ non aquam maculans/ sed virtutem abluendi donans/ Ambro. in s̄mone Qualis saluatoris est baptismus in quo

purgantur potius fluenta q̄z purgant/no uo em̄ sanctificatiōis genere christū non tam lauit vnda q̄m lota est/Tercia apparitio vbi aqua in vinum mutata est/fuit contra tercium opus dyaboli scz afflictionē/Mutatio em̄ aque in vinum. significauit aquam tribulationis mutandā esse in vinū ꝓsolationis/Que mutatio in parte iam facta est.quia filius dei mala pene tolerando.ea nobis toleranda reddidit./Magna enim consolatio membris ex capite. vt dicit Augu⁹. Spes etiam futuri gaudij tribulationes presentes quodammodo dulcorat/Perfecte vero hec mutatio fiet in futuro.tunc vna gutta aque tribulationis in mille modios gaudij vertetur/Pro vna em̄ hora qua aliquis afflictionem penitentie sustinuerit/mille annis in delicijs paradysi erit. Circa tercium notandū q̄ sic filius dei in hoc mūdo apparuit vt opera dyaboli dissolueret/sic apparitionē ipsius ita celebrare debemus.vt eisdem operibus destruendis intendam⁹/lumen celestis doctrine amando. puritati adquirēde ⁊ conseruande studendo.aqua tribulationis penitentialis ydrias implendo.que nobis vertatur in vinum spiritualis ꝓsolatōnis in presenti ⁊ eterne in futuro. Eccī. j. Usqz in tempus sustinebit paciens/et postea redditio iocunditatis Greg. Si dulcia querimus necesse est vt amara toleremus. Circa quartū notandum q̄ cum gaudio magno celebranda est apparitio saluatoris.sicut em̄ ōt Greg. Natiuitas hodierna altior est q̄dāmodo natalisalu atoris nr̄i/Possum⁹ distinguere quadruplicē natiuitatē. dequa hodie gratulari debemus. Prima est natiuitas eterna/de qua filius dei de patre nascitur.que testimonio patris nobz hodie declaratur./In natali celebramus temporalē christi natiuitatem ex matre.sed hodie celebramus digniorem illā/que ex patre.vnde Ambro. Pater q̄ tunc obumbrauit in virtute. nunc clamat in voce.qui tunc vmbram prestitit natiuitati.modo testimonium perhibet veritati. Hic est inquit filius meus dilectus. ꝛc. Preclarior est secunda q̄m ꝑma natiuitas. Secunda est spiritualis natiuitas q̄ per fidem in cordibus gentium verus sol nasci cepit. Tercia ꝙ est natiuitas sacramentalis qua in membris suis in aquis baptismi nascitur/quā Ambrosi⁹ comparat natiuitati saluatoris que fuit ex virgine dicens/Gloriemur quia filium genuit mater et casta est/et quia christum lauit vnda et sācta est/illi est collata virginitas isti collata fecunditas/illa virum procreauit et virgo est/ista generat plures ⁊ pura est.ista ꝑter christum nescit alium. ista cum christo mater est populorum/Quarta est natiuitas beata qua inchoatur vita eterna que in mutatione aque in vinum est figurata. vnde Ambrosius in sermone Credēdum est iam ex hoc. mortalem hominē in immortalē posse conuerti/quādo vilis substantia in preciosam conuersa est substantiā. (In hoc apparuit filij⁹ dei ꝛc.)

Possum⁹ distinguere sex opera dyaboli ad q̄ dissoluēda filius dei carne assumpta mōdo appuit./Primū est obscuratio. de q̄ Isa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Eiusdem. lx. Ecce tenebre operiēt terram ⁊ caligo populos. Dyabolus odit lucem. Joh. iij. Omnis qui male agit odit lucem et amat tenebras. Job. xxiij. Oculus adulteri obseruat caliginem. Contra hoc opus dyaboli. venit filius tanq̄z lux vera. Secundum opus dyaboli est cōgelatio. ventus aquilo. id est dyabolus flauerat ⁊ congelauerat cristallū ab aqua Eccī. xliij. Non solum corda hominū congelata erant in glacie sed etiam in cristallum Congelatio diuersarum naturarum res contingit/facit em̄ lapides sic adherere terre vt vix separari possint./Sic flat⁹ tentationis dyabolice corda hominuz que quasi celestia sunt terre per cupiditatē ⁊ auaritiam fecerat adherere vt a terrenis non possent separari. Contra hanc congelationē venit filius dei legem igneam afferens. ignē amoris. verbis. exemplis. et beneficijs. in cordibus hominum succendens. Terciū opus est ligatio. Prouer. v. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum quisq̄z constringitur/De hoc seruitio/seruit peccator dyabolo q̄ manibus propijs funes facit quibus

se ligat et dyabolo ligatum se tradit/ Cõtra hoc opus dyaboli venit filius dei qui soluit compeditos et potestatem soluẽdi ministris ecclesie dedit/ Mat. xvj. Quartum est oneratio. Ps. Iniquitates mee supgresse sunt caput meũ. sicut onus graue grauate sunt sup me/ Congregauerũt homines materiam ignis infernalis. trahebant eñ quasi plaustrum spinis peccatorum omnium quibus in inferno incendendi erant. Iay. v. Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. ⁊ quasi vinculum plaustri peccatũ/ Contra hoc opus dyaboli venit filius dei et onꝰ peccatoꝝ nostroꝝ quantũ ad penam super se sumpsit Isa. liij. Vere languores nostros ipse tulit. ⁊ dolores nostros ipse portauit. j. Pet. j. Peccata nostra ipe ptulit in corpore nostro sup lignum Joh. j. Ecce qui tollit peccata mũdi. Quintũ opus est deformatio cuius triplex causa erat/ Prima erat monstruosa puersitas. ꝙ eñ posuit deus in summo aĩam. scz volens eã dominari carni. dyabolus posuerat eam in imo. Item faciẽ anime quã deus vult esse versam ad anteriora scz spũalia ⁊ eterna/ dyaꝰ ꝯuerterat ad posteriora scz ad caduca. ps. Pones eos dorsum Hiere. ij. Verterunt ad me tergum ⁊ nõ faciem/ Eiusdẽ vij. Facti sunt retrorsum ⁊ nõ ante/ Qđ debuerat esse intus posuerat extra. ꝑm illud Eccl. x. qđ dicit de auaro/ piecit intima sua in vita sua/ Scđa causa est membroꝝ precisio. Ezech. xxiij. Nasum tuum et aures tuas pcident Tercia đcoloratõ Treñ. iij. Denigrata est facies eoꝝ sup carbones. Sic dyabolꝰ pingit imaginẽ suã in aĩabus peccantiũ/ Sap. j. Imitant eũ qui sunt ex pte ipsiꝰ. Cõtra hoc opus venit filiꝰ dei qui est ymago patrꝫ vt hoĩes ꝯformantes se ei a deformitate hac reformarent Sextum est vilificatio quã dyabolus dupliciter pcurat/ Uno mõ dum homies venales efficit p momẽtanea voluptate feda/ puer. xvi. Preciũ scorti vix est vnus panis/ Secũdo cũ homines ad peccata redire facit. Hiere. iij. q̃ vilis facta es nimis iterans vias tuas. puer. 26 Quasi canis qui reuertitur ad vomitum suum. sic homo prudens qui iterat stulticiam suam/ Contra hoc opus filius dei apparuit ⁊ vt pciosos nos faceret seipm nobis pcium posuit/ vt nõ minori precio nos de cetero venderemꝰ Augꝰ Appẽdete ex precio nẽ tibi vilescas. Septimũ opus est tyrannica dominatio/ dyabolꝰ tanq̃ symia regnũ effigiare voluit. ⁊ se dẽ sibi ex aduerso statuit/ Isa. xiiij. Ponam sedem meã ad aquilonẽ. ipse ad modũ symie sup humeros hominũ sedere ꝯtendit/ Contra hoc opus eius filius dei apparuit qui tyrannidẽ eius cõpescuit. Joh. xij. Sic princeps mundi huius eijciet foras

De eodem Sermo. II.
In ordine. 36.

Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei ad Tytũ. iij. Quadruplicem statum saluatoris possumꝰ distinguere/ In pmo apparuit benignitas ⁊ humanitas/ In secũdo latet humanitas apparet tñ benignitas/ In tercio appet humanitas et seueritas/ In quarto apparebit non solũ benignitas ⁊ humanitas sed etiam diuinitas/ Primus status fuit. dũ erat in hac vita mortali/ Secũdꝰ est mõ. Tercius erit in h̃ mundo/ Quartus post mundũ. Circa pmum notandũ ꝙ benignitas dicit abundans bonitas se et sua ꝯmunicãs. qualis est dei bonitas. que creature capaci sui scilicz creature rationali si digna fuerit se ꝯmunicabit/ vt sicut beatꝰ est clarissime suam pulcritudinem inspiciendo. et summe suam suauitatẽ amando. sic creatura rõnalis beata erit manifestata eiꝰ visione. ⁊ pfecto eiꝰ amore/ hanc benignitatẽ seu bonitatẽ abundantẽ voluit dñs psuadere hoĩ ⁊ in creatõe vsus est ad h̃ q̃si argumento vniuersitate creaturaꝝ/ q̃s non solũ liberaliter. imo etiã liberales creauit deꝰ vt dent seipas/ lux dat se silr calor. ⁊ sic de ceterꝫ Augꝰ Indiciũ maxie diuine bonitatꝫ est. ꝙ q̃libet res cogit dare seipsam/ Sed quia posset aliq̃s dicere nõ secure. ⁊ si dei bonitas det sua. ꝙ ꝓpter hoc det seipaꝫ. imo dñs se visibilem facit. vt donatione sui visibili. inuisibilem sui donationem psuaderet. et sic apparuit benignitas et humanitas. i. in humanitate

Non ex operibus ⁊c. Quasi diceret hoc beneficium non fuit ꝓportionale meritꝫ nostris sed sue misericordie/nec potest cogitari maior fluuius de fonte diuine misericordie ꝓcedens/Scom magnitudinē fontis fuit magnitudo fluuij/vnde subditur. Scom misericordiā suā saluos nos fecit. Filius dei factus est filius virginis/vt q̄ donabilis erat a deo. donabilis essꝫ a virgine/Solent dicere sapientes huiꝰ mundi. sufficit vnus datoꝛ in vna domo. Econtrario diuina liberalitas videtur dixisse/Non ē bonū. patrem esse datoꝛem filij solum/faciamꝰ ei adiutoꝛiū scz beatā virginem/Solent auari oblata ab alijs recusare/ne opoꝛteat eis sua dare/ecōtrario dei bonitas voluit accipere de nostro. vt nos accipemꝰ de suo Augꝰ. Dubitas q̄ non velit tibi dare bona sua qui nō dedignatꝰ est ꝓ te suscipere mala tua/Sicut apparuit saluatoꝛis benignitas. sic apparere debet ⁊ tua/Noli deo esse auarꝰ tempoꝛe illo quo fuit tibi tam largus/Apparere etiā debet tua humanitas. In q̄busdam tamē apparet bestialitas. Bernardꝰ Puto iumenta dicerent si loqui fas esset. Ecce adam factus est quasi vnus ex nobis/Seneca. Quosdam ventri obedientes loco animaliū numeremꝰ. non hoīm/Non apparet humanitas in detractoꝛibus qui canes vel serpentes esse videtur. Eccī.x. Si moꝛdebat serpens in silentio/nihil minus eo habet qui occulte detrahit. Detractoꝛes ad modum canis homines moꝛdēt. Gal.v. Si adinuicem moꝛdetis/videte ne abinuicem ꝓsumamini/Non apparet humanitas in raptoꝛibus qui vrsi. vel lupi. vel leones esse videntur/Pꝛouer.xxviij. Leo rugiens et vrsus esuriens. ꝓnceps impius super populū pauperem. Danielꝭ.vij. Ecce bestia alia similis vrso cui dictum est/Surge comede carnes plurimas/Mich.iij. Pꝛincipes eius in medio eius. quasi leones rugientes. iudices eius lupi vespere/In hominibus dolosis non apparet humanitas. vulpes eīm esse videntur Luc.xiij. Dicite vulpi illi. vulpem vocat herodem. Et notādum q̄ aliquis leo est ꝓ supbiam. serpens ꝓ inuidiam/aper ꝓ iram/testudo ꝓ pigriciam. vrsus ꝓ gulam. vrsus eīm seq̄n do dulcedinem mellis capitur. poꝛcus ꝓ luxuriam. talpa per auariciam. Circa scōm statum notandū q̄ tunc apparet saluatoꝛis benignitas. licet lateat eius humanitas/Specialiter autē apparet in sacramentis ecclesie. in baptismo et penitētia/vbi peccatoꝛibꝰ peccatū dimittit/pacem eoꝛum adeo care emens q̄ dat eis regnum celoꝛum. et licet non appareat nob eius humanitas. patri tamen apparet ꝓ nobis Joh.j. Si quis peccauerit aduocatum habemꝰ apud patrem ⁊c. in psalmo Respice faciem christi tui. Bern. Securum habes o homo accessum ad deū. vbi habes filium ante patrem/et ante filium habes matrem. filius ostendit patri latus et vulnera/mater ostendit filio pectus et vbera. nec vlla ibi timeri poterit repulsa vbi tot caritatis cōcurrunt in signia.

Circa terciū statum notandū q̄ in mūdo apparebit humanitas ⁊ seueritas. vñ ꝑm illum statum vocat eum ꝓpheta leonē Osee.xj. quasi leo rugiet Amos.iij. Leo rugiet quis non timebit Bern. in sermōe Quoniā benignus apparuit. vltra omnē spem vltra omnē estimationē similem expectare possumus iudicij districtionem/Ex magnitudine indulgentie magnitudinem vltionis attende./Immensus est enim deus et infinitus in iusticia. sicut et in misericoꝛdia. multis ad ignoscendum multis ad vlciscendum. ꝓpter hoc. benignitatem ꝓgauit vt per eam recōciliati seueritatem videamus securi. Circa quartū statum notandū q̄ post iudicium apparebit electis non solū benignitas et humanitas. sed etiā diuinitas Job. xxiij Videbunt faciem eiꝰ in iubilo. in ps. Letificabis eū in gaudio cū vultu tuo Isa. xxxiij. Regem in decoꝛe suo videbunt In illa apparitiōe erit ꝓfectum gaudium electoꝛum. Bern. Reuera illud est verum et solum gaudium quod nō de creatura sed de creatoꝛe accipitur/quod cum possederis nemo tollet a te/cui compata omnis aliūde iocūditas meroꝛ ē. ois sanitas doloꝛ. omne dulce amarum/omne decoꝛuꝫ fedum. omneq̄ cū aliud delectare possit molestū. Augꝰ Si mali possent. mallent in infernō deum videre ⁊ in penis/q̄m ex tra penas deum non videre.

De eodem. Sermo. III.
In ordine. 37.

AMbulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui Isa. lx. Prophetia est de vocatione gentium ad fidem christi. hec videtur hodie esse impleta quantum ad vltimam partem. Ambulauerunt enim reges in splẽdore stelle que signũ erat regis nati. De cuius natiuitate ꝓlocutus erat Isa. dicens ad hierusalem. Super te ozietur domin⁹. Sup dicitur. quia super merita hominũ fuit christi aduentus. vel qz visitauit nos oriens ex alto. Luce. j. Vel quia qui de celo venit sup omnes est. Joh. iij. Natiuitatem istam. dixit ꝓpheta esse populi illius. quia christus populo illuminatus est. ſm illud Isay. ix. Paruulus natus est nobis. Ambulauerunt etiam reges in splendore christi cum ceteri reges ad fidem eius conuersi sunt. vt Constantinus eraclius. et theodotius. Et potest hoc intelligi de quadruplici splendore christi. scilicz splendore doctrine. gratie. exempli et miraculorum. vel specialiter splẽdor põt esse sine ꝓpria gloria in quo splendore reges ambulauerunt. cum contempta ꝓpria gloria. christi gloriam quesierunt. Apocal. xxj. Ambulabunt gentes in lumine eius. et reges terre auferẽt gloriam suam et honorem. et ſm ß. hec duo. Ambulabunt gentes in lumine tuo. et reges in splendore ortus tui. Respondent duobus que premisit Isay. venit lumen tuum. Et gloria domini super te orta est. christus lumen est humani generis ⁊ gloria patris Johã. viij. Ego sum lux mundi. Prouer. x. Gloria patris filius sapiẽs De splendore glorie dicitur Baruth. v. Ostendet splendorem suum. in te reges q̃ fidẽ xpi susceperũt. ecclie valde deuoti fuerunt. ſm illud Isay. xlix. Erunt reges nutricij tui et regine nutrices tue. vultu in terram demisso adorabunt te. ⁊ puluerem pedum tuorum lingent. Eiusdem. lx. Damilla regum lactaberis. hodie ⁊ reges in splẽdore christi ambulabunt. dum fideles bene se regentes. ad splendorem doctrine et exempli christi proficiunt.

Et notandum. q̃ christus voluit reges esse illos qui primi de gentibus ad fidem eius venerunt. ad designandũ q̃ deo seruire est regnare. et quia seruientes ei regnum celorum sunt accepturi. Ideo christiani in baptismo inungũtur. Et hoc triꝑliciter. In vertice vt in superiori pãrte anime dignitatem regiam conseruẽt. nec seruituti viciorum eam subijciant. In pectore vt viscera misericordie in ꝓximos habeant. In scapulis vt onus christi mãsuete portent. Fideles q̃ bene se regũt viã regiam ducunt. In eis enim debito mõ consulitur. impatur. obeditur. Seneca. Multos reges si ratio te reperit. Luce. xvij. Regnum dei intra nos est Seneca Vis magnũ impium. dabo tibi. impera tibi. Tullius. Omis sapiens liber. omis stultus seruus. nec putatur hoc nomine imperator dignus. quomodo vel cui libere imperabit. qui suis cupiditatibus imperare non potest. hoc q̃ tres reges fuerunt referri potest ad fidem trinitatis. vl̃ ad hoc q̃ fideles tria habent regere. manum. linguam. cor. Primum regnũ latius Scõm latius. Terciũ latissimũ. regẽda sunt hec tria. vt a malis cohibeant. ⁊ bonis actibus seruire cogantur. Regenda est manus vt a tribus cohibeatur. scilicz a tactu immunditie. a peccato violentie. et auaricie. ꝓpter ꝓmum monachi sunt accincti. Eccli. xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Caro ad modum picis inquinat tangentem. De secundo arguũtur iudei. Isay. lviij. Percutitis pugno impie. ad Roma. xij. Non vos defendentes carissimi sed date locum ire. De tercõ habetur Eccli. iiij. Non sit manus tua ad accipiendum porrecta ⁊ ad dandum collecta. Qui excutit manus suas ab omni munere ipse in excelsis habitat. Regenda est lingua vt cohibeatur a detractõne. et adulatione. ⁊ alijs vanis. Hiere. j. Dispergite satorem de babylonia. ⁊ tenentẽ falcem in tempe messis. Sator babilonie est detractor. qui seminat inter fratres discordias. lingua vo adulatoris falci ꝓpt q̃ amplectãdo secat lingua. et detractor est q̃si arc⁹ occulte feriẽs Hiere. ix. Extẽderũt linguã suã quasi arcum mendacij. Regendũ est cor ab imũdis cogitatõib⁹

vt a prauis desideriis cohibeatur/ locus eñ est sacrificij. ps. Sacrificiū deo spūs ptribulatus. cor ptritū ⁊c. legitur Genes. xv. De sacrificio abrae. q descenderūt volucres super cadauera et abigebat abraam/ sic cogitatiões male a corde sunt abigende. Dulce morientes perdunt suauitatem odoris/ siue vnguēti/ Ecc. x. Occupanda sunt etiam tria predicta bonis actib⁹/ benedicta man⁹ q a bono ope non cessat. ps Labores manuū tuarum quia māducabis. beat⁹ es ⁊c. benedicta lingua q solum benedicit/ Jaco. iij. Ex ipso ore procedet maledictio. ⁊ benedictio/ Nō oportet fratres mei h̄ ita fieri/ Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam. Ephes. iiij. Omnis ſmo malus de ore vestro non procedat/ Benedictum cor quod est quasi auis cadauera ⁊ stercora fugiens. ⁊ floribus virtutum insidens ⁊ aromata diligens/ puer. xxviij. Unguento ⁊ varijs odoribus delectatur cor. Circa hos reges nob attendenda sunt quattuor que ad edificationem nostram valere possunt/ Primum est q lumē celeste. stella scilicz fuit occasio perueniendi ad saluatorem/ sic lumen celestis sapiētie est initium pueniēdi ad salutem Sap. vj. Initium sapientie est verissima discipline concupiscentia/ Secūdum est illud q audacter querunt vbi est qui natus est rex iudeorum/ Exemplo ergo eorum non erubescas de hijs querere. que pertinent ad salutem anime tue/ Attendēdum vero est q christus rex iudeorum est. ad est confitentiū. Illi eñ ab eo regunt. qui frequenter defectus suos recolligunt ⁊ confitent/ Bernar. Computatio dilata multa facit oblīuisci. Aug⁹ Initiū iusticie nostre. cōfessio peccatorum nostrorum. Bernard⁹ in sermone. Quidquid minus est perfectionis/ humilitas suppleat confessionis/ Hiero. in epistolis. Secunda post naufragium est tabula. humiliter confiteri culpam/ Tercium est q videtes stellam multum gaudent/ Exemplo ergo eorum gaudeas ad lumen celestis doctrine. quod nō minus amandū est q̄m lumen stelle. stella illuminabat oculos corporis/ lumen doctrine illuminabit oculos cordis/ Stella ducebat ad christum mortalem/ doctrina celestis ad christum imortalem/ stella ducebat ad diuersoriū et presepium/ doctrine lumē ad celum glorioſum/ Stella ad christū ducebat ad regionem suam reuersuros/ lumē doctrine ducebit ad christum sine fine cum ipso mansuros. Attendendum est etiā q dicit. Gauisi sunt gaudio magno valde. Triplex eñ est materia gaudij. scilicz vita nature cum hijs que ad eam ptinent/ vita gratie cum suis pertinentijs. ⁊ vita glorie. De primo legitur Joh. xvi. De muliere que peperit q non meminit pressure pter gaudium/ quia natus est homo in mundo/ De secūdo Luce xv. Gaudium est in celo sup vno peccatore penitentiā agente. In eodem. Epulari autem ⁊ gaudere oportebat/ quia frater tuus hic mortuus fuerat. ⁊ reuixit. De tercio dicitur Luce. x. In hoc congaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis. lumen celestis sapientie facit. vt homo de hijs tribus debito modo gaudeat/ Ipsuz facit. vt vita nature homini sit vtilis sine ipso enim est noxia. vt patet in hominibus et animab⁹ damnatis. quibus melius esset non esse q̄m sic esse/ Ipsum dat vitam gratie quia doctrina dabit gratiā. puer. xiij. Ipsum producit ad vitā glorie Sap. vj. Concupiscētia sapientie deducet ad regnum perpetuū/ Gaudendum est de illo gaudio magno quia dat vitam gratie gaudendum etiam est valde gaudio magno. quia ducit ad vitam glorie Quartum est q procidentes adorant in quo dant nobis exemplum humilitatis. que valde efficax est in oratione/ Ecci. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit/ Unde mulieres male prepant se ad orationem/ que tunc ornatos superbos assumūt. cum causa orandi ad ecclesiam vadunt/ Adoratio est diuine maiestatis professio. Maiestas vero dicitur/ qō intelligitur p hoc aduerbiū summe cum dicitur summe potens. summe sapiens. vel sūme bonus. vt adoratio est recognitio diuine dominationis siue sit interior recognitio siue sit exterior Interior fit fide spe caritate/ Aug⁹ in Ench. Fide spe caritate colim⁹ deum. Exterior ꝓ fieri potest voce. aut inclina

tione aut genuflexione/vel pstratiõe. Quíntum est q tunc thesaurum aperiunt qñ cum saluatore sunt. Greg⁹. Depredari desiderat qui thesaurum publice in via portat/ multi de quibus percipiebatur q ferrent pecuniam iugulati sunt a latronibus/ qui se eis sociebant./ Ezechias amisit que nuncijs regis babilonis ostendit. iiij. Regũ. xx. Ecc. xlij. Ubi fuerint multi manus claudit. Sextum est q munera christo offerunt aurum thus ⁊ myrram qõ quantũ ad seculares põt referri ad elemosinam. orationem ⁊ ieiuniũ./ Thobie. xij. Bona est oratio cum ieiunio. et elemosina: magisqm thesauros auri condere. Agustinus in sermone/ A nobis aurum accipite si elemosinã faciamus/ thus si orationem fundamus/ myrram si pro eo moriamur. Aurũ offert qui deum recognoscit omnium bonorum suorum dñm ⁊ se solum dispensatorẽ. Prouerb. xiiij. Acceptus est regi minister intelligẽs. Luce. xiij. Omnis qui non renũciauerit omnibus que possidet. nõ potest esse me⁹ discipulus./ Sunt multi qui diuicias suas dyabolo plus qꝫ deo offerũt/ dum in eius seruitio eas expendunt/ Seruis diaboli prodigi. paupib⁹ xpi auarissimo diuicias suas ydolum faciũt dũ eas sup oia diligũt./ Thus offerunt humiles qui ad modum thuris ad ardorem diuini amoris quasi annichilant se in odorem deo suauissimũ. Cantico. j. Nardus mea dabit odorẽ suũ. Nardus humilis hic beatã humilitatẽ designat/ ⁊ sicut humiles thurificant deo sic superbi dyabolo quia ad odorem diuini ardoris ad nihilum rediguntur/ Superbia ſm veritatem nihil est in valore. Galathas. vi. Qui putat se aliquid esse cum sit nihil ipse se seducit./ Capita mulierum mala intentione ornata. sunt velut thuribula dyaboli/ que alijs mulierib⁹ fetorẽ ingerunt. dũ ad similitudinẽ ea⁹ exẽplo. puocãt/ supbi fetorẽ itolerabilẽ deo ingerunt. ꝓpter quẽ fetorẽ dominus in celo luciferum tolerare noluit/ sed eum de celo precipitauit. Luce. x. Videbam sathanam de celo cadentem./ Hirram offert qui carnem suam pro xpo macerat/ sed sunt aliqui qui tunc pocius mirram apponunt cum iam corpus cõputruit ⁊ vermibus vitiorum plenum est/ Sunt etiam aliqui qui cũ grano myrre corpora condire volunt. non attendentes q modicum myrre ad corporis et cordis conseruationem non sufficit./ Quantũ ad religiosos exponit. Bernhardus. Has oblationes hijs verbis./ Si solũ aurum obtulissent. videri poterãt pauperta ti matris consulere/ Hunc autez thus ⁊ mirram pariter offerentes spirituales oblationes insinuant/ Aurum inter diuicias seculi videtur excellere/ qõ per dei gratiam nos omnes obtulimus. qui pro eius nomine ex integro dereliquimus substantiam huius mundi./ Jam vero necesse est vt qui terrena ꝓtemsim⁹ flagrãti desiderio celestia, reqramus/ Si offerimus ⁊ thuris odoramentuz erit etiam gratum sacrificium ⁊ acceptabilis oblatio nostra/ si cũ auro ⁊ thure myrra fuit que licet amara sit tamẽ parualis, conseruat corpus qõ moruuz est per peccatum ne fluens in vitium putrefiat./ Possunt etiam hec tres oblationes referri ad tria genera hominum. scilicet Laycos clericos ⁊ claustrales laycí offerunt aurum qui dotant ecclesias. assignantes ministris ecclesie tanꝫ advocatis suis. vnde sustenstentur/ etiam confidunt q ipsi causam eorum tueantur/ quia ipsi nesciunt defendere./ Unde ministri ecclesie sunt proditores. si bona eorum recipiunt ⁊ de cã eor defendẽda se ñ intromittũt./ Clerici debent thus offerre/ quia caritatis ignẽ ⁊ zelo salutis animarum. in flãma odoris bone fame populo debent ministrare. et ad moduz thuris per humilitatem quasi in nihilum resoluí/ Claustrales myrram offerre debent. cum enim ipsi mundo sint mortuí/ carnẽ suã ꝓdire debẽt myrra disципline. Septimum est q responso accepto non redeũt ad herodem. sicut moyses tacens clamabat/ Exodi. xiiij. Et susanna. Danielis. xiij. Sic isti affectu interrogabant quid diuia vellet voluntas/ de reuersione ad herodem meruerunt responsionem. Et notandum q talis est insania eorum qui ad peccata relicta redeunt/ qualis esset si quis voluntarie rediret ad carcerẽ inimici sui/ de q euasit. vel rediret per viam in qua spoliatus est ⁊ grauiter vulneratus/ Talis brutis insipientior videtur esse. q ad laqueos ñ redeũt quos euaserũt Aues ceteraqz animalia in easdem pedicas retiaqz nõ incidũt. Ecc. xi. Quasi a facie colubri fuge peccatuz. ⁊ si accesseris ad ea suscipiunt te.

De eodem Sermo. IIII.
In ordine. 38.

Qm natus esset ihesus in bethleem iude ⁊c. Math. ij. Circa seriem euangelice hystorie quatuor sunt nobis attendenda. scz regis nati celsitudo/ Magor discretio/ iudeor duritia. ⁊ herodis malicia. Celsitudinem regis nati quinqz nobis indicat. Primu est multiplex ppheria de ei⁹ natiuitate scripta que ab euangelista ostendit esse impleta/ Quando rex vel alius magnus venturus est ad ciuitatem aliquam/ premittunt varij nuncij. ⁊ multu est si per dimidiu annu mittunt ante/ Sed rex iste in mundu venturus nunciatus est a diuersis ppbetis ante. p multa tempa/ Prophetauit micheas. Et tu bethleem ⁊c. locum natiuitatis eius nucias Michee. v. Que ppbetia ostenditur esse impleta/ cum dicit in bethleem iude/ ppbetauit iacob de tempore natiuitatis. Ben. xlix. Non auferetur sceptru de iuda. ⁊ dux de femore suo donec veniat q mittendus est. ⁊ ipe erit expectatio gentiu/ hoc tempus aduenisse ia ondit euangelista dicens. In dieb⁹ herodis regis. Finito enim regno iudeorum herodes alienigena regnum sibi iam occupauit/ Prophetauit balaam de signo natiuitatis huius regis/ Numeri. xxiij. Oriet stella ex iacob/ Que ppbetia ostendit impleta cu dicit. Vidimus stellam eius in oriente/ Conueniens fuit vt eius natiuitas qui saluaturus erat credentes in se tam ex iudeis qz ex gentilibus non solum prenunciaret p iudeos/ sed etia per gentilem balaam/ Secundu est q ipse natus est rex iudeor/ alij postqz sunt nati. reges effecti sunt/ ipse vero rex erat cu natus est. non solum iudeor sed etiam seculor./ Magi gentiles eum regem iudeorum dixerunt/ Pylatus etia gentilis nulla aura veritatis afflatus/ in eius passione titulum scripsit rex iudeor/ que titulum iudei conati sunt ingere do se. emendare vt dicit Aug⁹. Velint aut nolint rex est iudeor/ cu etia per seruos suos eis dominet/ Judei em serui sunt christianor. Tertiu est stella que eu demonstrauit. Aug⁹. Abscondebat in stabulo ⁊ cognoscebatur in celo/ Idem celos angeli habitat ⁊ sydera exornant/ vtriqz celi enarrauerunt gloriam dei cum verbum caro factum est/ cu celestia a gloria christi non tacuerunt/ Pater testimonio suo eu glorificauit/ Spusanctus desuper eu in specie columbe descendit/ ioseph pastoribus apparendo. stella magos dirigendo. celum super christum baptizatum se aperiendo/ Cum ergo verbu caro factum laudet lingua celestis quomodo ab ei⁹ gloria cessare pot lingua carnis. Quartum est q reges tres de longinquo venientes regem natum quesierunt et adorauerut et muneribus honorauerunt/ Augustinus. Magnum sacramentum/ in presepio iacebat ⁊ magos ab oriente ducebat/ Quintu est q a rege herode timebatur. August. Quid erit tribunal iudicantis/ quando superbos reges curia terrebat infantis Idem. Pietimebant reges ad patris dexterā iam sedentem qō rex impi⁹ timuit ad huc matris vbera lac sugentem.

In octaua Epiphanie Sermo 39.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris et dicetis in illa die confitemini domino ⁊ inuocate nomen eius ysa. xij. In verbis istis duplex effectus sacramentor agitur. sufficienter exprimitur/ Mundus quippe duplici incomodo tenebat. scz pene ⁊ culpe siue miserie/ Omnes enim peccauerut. ⁊ egerunt gloria dei/ Rom. iij. Sed christus attulit abundantia gratie ptra culpam/ ⁊ leticia glorie contra miseria/ gratiam enim ⁊ gloriaz dabit dns sicut ait ps. Hoc duplex beneficiu pdixerat in christo. ysaias habendu dicens. Haurietis. pmittens in primo in presenti abundantia gratie saluantis a culpa ibi. haurietis aquas./ Secundo in futuro leticiam resurrectionis glorioseliberantis ab omni miseria ibi. Et dicetis in illa die/ Gratia vero lauantis a culpa declarat tres conditiones. largitate scz ibi haurietis aquas. vtilitatem in gaudio. phennitatem de fontibus saluatoris/ Largitate quidem in anima sicut temporibus noe ad purgationē mundi ⁊ factu est diluuiu aquaz corporaliu./ Ben. vij. Sic temporibus xpi ad mundi purgationē factu est diluuiu aquaru spiritualiu. ſm illud Ecc. j. In diebus eius emanauerut putei aquarū ⁊c/ In cui⁹ signu delatere eius fluxit aqua in ablutionē peccatorum. Joh. xix. Factus est fons patēs domui

dauid scz vulnus in latere apertum in ablu-
tionem peccatoꝝ actualium ⁊ oꝛigenalium
zacharie. vi/ Necessariū autem erat diluuiū
gratiarū quia in mundo inundauerat dilu-
uium aquarum culparū. ꝑm illud Osee. iiij.
Maledictū ⁊ mendatiū. furtum ⁊ homici-
diū ⁊ adulteriū inundauerūt/ cē. has aquas
antiqui haurire non poterāt quia nō dabat
gratia in sacramentis eoꝝ sicut cisterne dis-
sipate que continere non valēt aquas suas.
// ꝓpter qō dñs ꝓquerit de iudeis seruantib⁹
legalia post eius aduentū. Hiere. ij. Me de
reliquerunt fontem aque viue ⁊ foderūt sibi
cisternas ⁊c. Sacramenta vero noue legis
continēt abundantiā gratiarū. Ideo monet
ysaie. lv. Omnes sicientes venite ad aquas
// Utilitatē gratie sacramentalis ostendit. cū
addit in gaudio/ peccatū quippe aufert du-
plex gaudiū internū. s. mentis ⁊ gaudiū di-
uine visionis Thobie. v. Quale inquit gau
diū mihi erit qui in te. se. ⁊c/ Sed gratia sa-
cramentalis tollit tristicie causam. i. pcm̄/ ⁊
restituit vtrūq; gaudiū/ fluminis nāq; id est
gratie sacramentalis impetus letificat ciui-
tatē dei. Auditui meo ait. ꝑs. dabis gau-
diū ⁊ leticiā. Eccī. v. Jocunditatē ⁊ exulta-
tionem thesau. s. eum. Perennitatem gratie
V/ sacramentalis ostendit cum addit (de fon-
tibus saluatoꝝis.) aquaꝝ enim fontium iugi-
ter fluit sic gratia sacramentoꝝum euangeli-
coꝝ phēnis erit ꝑm illud. Joh. iiij. Qui bi-
berit ex aqua hac siet in eo fons aque salien-
tis in vitam eternam/ Quia sacramentoꝝ
quidē veterū vsus cessauit. Leui. ix. Nouis
superueniētibus vetera ꝓpicitis/ sed sacra-
mentoꝝ nouoꝝ virtus semp durabit. ysaie
lvij. Erit sicut fons cuius nō deficiēt aque.
/ De fontibus vero saluatoꝝis. pluraliter di-
cit. quia septem sunt fontes sacramētales ex
quibus aquarū sacramētaliū abūdātia fluit.
peruenit in xp̄m. ysaie. ix. Fluuiū in septē riuis.
/ De fonte quidē baptismi fluit aqua ad mun
dationē cl'pe oꝛiginalis/ De fonte penitētie
ad mūdatiōez cl'pe mortal'. De fōte vnctiōis
extreme ad emūdationē culpe venialis/ De
fonte sacre oꝛdinis ad emundationē ignorā
tie macule oculū intellectiue obscurantis qz
in ea confert clauis scientie/ De fonte euca-
ristie ad mundationē malicie qz macule affe
ctum coꝛrūpentis. De fonte cōfirmationis
ad mūdationē infirmitatis q̄si macule irasci
bilem deturpantis. De fonte cōiugij ad mū
dationem ꝓcupiscentie quasi macule concu-
piscibilē anime partē fedantis/ hijs quippe
septem ablutionibus mundat lepꝛa huma-
in generis in aquis iordanis/ qui interpꝛeta
tur humilis descensus. i. in vertice passiōis
que inest sacramētis. iiij. Regū. v. Hoc est la
uacrū aque in verbo vite in quo ecclesia mū
datur. vt exhibeat xp̄o nō habens maculam
aut rugā/ aut aliquid huiusmodi in die glori
V/ ose resurrectionis/ Eph̄. v. Sic ergo in ver
bis istis pꝛimo tangit effectū gratie a culpa
lauantis/ Deinde tangit effectū glozie a mi-
seria liberātis. ibi ⁊ dicetis in illa die ⁊c. quē
describit a tribus/ vnus em̄ effectus glozie
in sanctis erit ꝑfecta illuminatio in secretoꝝ
reuelatione quia dies erit/ Alter deuota gra
tirūactio de euasione maloꝝ omniū qz erit
confessio/ tertius assidua laudatio de ade-
ptione omniū bonoꝝ. qz erit noīs dei inuo-
catio/ Erit quidē ꝑfecta illuminatio in reue
latione secretoꝝ/ veniet em̄ dñs qui reuela-
bit abscondita tenebꝛarū. j. Coꝝ. iiij. Oriet
in timentibus nomē dñi sol iusticie/ Mala-
chie vltimo. Nec vltra occidet eis sol. ysaie
lx. Non occidet vltra sol tuus/ vnde nō erit
vltra noꝝ sed dies ⁊ claritas in perpetuum.
zacharie vltimo. Erit dies vna qne nota est
dño. O inquit Bern. Vere meridies pleni
tudo feruoꝝis ⁊ lucis. o solicitatio ⁊ vmbꝛa-
rū exterminatio. o qm̄ hyems abijt ⁊ recessit
/ Erit etiā deuota gratiarūactio ꝑ euasione
maloꝝ omniū. neq; enim moꝛs. neq; luct⁹.
neq; doloꝝ erit vltra. Apoc. penultio. Sed
de euasiōe eoꝝ deuota gratiarūactio. ysaie
lj. Gaudium ⁊ leticia audietur in ea gratia-
rumactio ⁊ voꝝ laudis/ Confitebunt enim
celi mirabilia tua dñe/ etenim veritatē tuaz
in ecclesia sanctoꝝ/ benedictio enim ⁊ clari-
tas ⁊ gratiarūactio. honor virtus ⁊ foꝛtitu-
do deo nostro Apoc. iiij. Sic eē erit assidua
dei laudatio de adeptione bonoꝝ omniū./
videbimus em̄ vt ait Aug⁹. vocabimus at-
q; laudabimus nam tota die ⁊ nocte non ta
cebunt sancti laudare nomen dñi. ysaie. lxij.
Hoc erit vnum ⁊ cōmune officiū angeloꝝ
⁊ hominū laudare deū/ Sic ergo in verbis
ꝓpositis tangit. ysa. duplicem sacramētoꝝ
effectum. scz gratie in pꝛesenti ⁊ glozie in fu-
turo/ quē duplicem effectuz tangit scꝛiptura
ꝑ oleum samaritani ⁊ vinum. Luce. x. Quo

duplici remedio sanant vulnera sauciati generis hūani tam penarū qm culparum prestante ipo samaritano redemptore humani generis qui est benedictus in secula seculorum Amen.

De beato Antonio Sermo. I. In ordine. 40.

IUstum deduxit dñs per vias rectas ⁊ ostēdit illi regnum dei. Sumptū est de libro Sap̄. x. vbi sic legitur. Sapientia pfugum ire fratris iustum deduxit per vias rectas ⁊ ostendit illi regnū dei. ⁊ est scriptum de iacob qui maliciam fratris sui esau irati sapienter fugit cuius viam dñs direxit ⁊ regnū suuz ei ostendit. vidit em̄ in somnis scalam stantem super terrā ⁊ cacumen eius tangens celum ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendētes per eam ⁊ dñs innixū scale. Genesis. xxviij. Ecclesia tū. verbū ppositū in laudē bti antonij assumit ⁊ oñdit nob in ꝑbo isto meritū ⁊ pmiū ipsius. meritū ibi Justū deduxit dñs ⁊c. Vbi vero meritū ostendit. Primo oñdit meriti radicē. deide oñdit meriti varietatē. Radicē meriti in h̄ qꝫ dic̄ iustū varietatē meritorū in hoc qꝫ dicit eū p vias rectas deductū. Circa primū notandū qꝫ btūs antonius tanq̄z ꝑe iust⁹ nihil de re aliena male retinere voluit vnde intelligens se omnia a deo habere. omnia voluit ei reddere. omnia in seruitio eius expēdēdo ⁊ hec est vera iusticia Bern. etiā ifidelē vrget natura lis iusticia se totum tradere ei a quo se totū habet. Ipe vt liberius posset deo fuire voluit se a mundo elongare ⁊ vitam heremiticaz ducere. iuxta illud Ps̄. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine. vnde vicini eum deicolā nuncupabant vt refert Anastasius alexandrinus epus. Justicia serui est dño obedientissimū esse. Justicia amici est p amico ꝓpria dāna negligere. Ipse se cognoscēs dei seruū xp̄o obedientissimus fuit. vnde nō solum precepta sed etiā consilia eius implevit ideo in laudē ipsius assumit illud. Eccī. xlv. Dedit ei deus coz ad precepta. Ipse humilis dei amicus pro ipso damna ꝓpria neglexit. amore em̄ xp̄i suos ⁊ sua reliquit. Pro uerb̄. xij. Qui negligit damnū ꝓpter amicū iustus est. Circa meritoz varietatē notandum qꝫ beatū antoniū dñs de loco piculoso eduxit de virtute in virtutē duxit. ⁊ per vias rectas ad visionē regni pduxit. Primū ptinet ad statū incipientis. Secundū ad statū pficientis. Tertiū ad statuz pfectionis. De loco piculoso deductus est cū mundū deseruit. Mundus est locus periculosus causis peundi plenus. j. Joh. v. Totus mūdus in maligno positus est. Aug⁹. Amas seculum absorbebit te. Amatores suos vorare nouit non portare. Idē sup Johānē. Si delectat te mundus semp vis esse immūdus. Fuga q̄ btūs antonius vt ceteri sancti mundū fugerunt ꝓueniēter figurata est per fugā qua iacob fugit esau. Amatores em̄ mundi sunt similes esau. homines em̄ sunt beluini. sicut esau hō pilosus fuit ⁊ quasi beluinus. Aug⁹ in libro de disciplina christiana. beluin⁹ es amando talia qualia belue. beluas deus in faciem prostratas fecit pastū querentes. de terra te in duos pedes erexit. de terra tuam faciem sursū attendere voluit. Non discorret coz tuum a facie tua vt habeas faciē sursum et coz deorsum. Quid est sursum habere coz nisi qd̄ dictum est. Diliges dominum deū tuū. ⁊c. Beluini sunt qui ad modū bestiarum statuerūt oculos suos declinare in terram. fuit esau gule obediens. venatiōi intendens. mortē fratris sitiens. Damna primogenite vēdite paruipēdens in q̄bus amatores mundi ei assimilantur. Primū ptinet ad carnis concupiscētiā que in eis regnat. ⁊ sic iumentū nō habet in ptāte viso aliq̄ delectabili sibi refrenare cōcupiscentiā suaz sic nec ipsi sicut accidit in esau. Geñ. xxv. En morior. quid mihi proderūt primogenita. Secundū ptinet ad cōcupiscentiā oculorū siue ad auariciā que in amatoribus mundi regnat qui multū venant sed parum capiūt imo ipsi postea capiūtur. Aug⁹. Preda quā vis capere in muscipula est. tenes alienū ⁊ teneris a dyabolo. Greg⁹. Ad cōpedes onerat quidq̄d preter necessaria curat. Tertiū ptinet ad superbiā vite. veniet inquit esau luctus patris mei ⁊ occidam iacob fratrem meū. Geñ. xxvij. Ulentus superbie in eo succenderat ignem odij ⁊ ire qd̄ frequēter accidit in amatoribus mūdi qui etiam paruipēdunt spiritualia damna. sic legitur de esau q̄ abūt puipendēs qꝫ primogenita vendidisset

De sancto Antonio

Sicut porci margaritas pedibus calcãt sic ipsi bona spũalia despiciũt Math. vij Nolite sanctũ dare canib⁹ z margaritas nolite spgere ante porcos. btm̃ Antoniũ dñs de ꝓu. i ꝑ. duxit Justoꝝ semitas q̃si lux splendens ꝓcedit z crescit vsq; ad pfectum diẽ. puer. iiij. Ecõtrario iniusti deteriorando ꝓcedũt Eccl. xxij. Filia fatua in deminoratõe fiat. aia remissa dicit filia ꝓpter defectũ virilitatis seu virtutis Fatua vero ꝓpter defectũ discretõis. cuius bona quottidie diminuunt. similis est statue nabuchodonosoꝛ cui⁹ caput melius erat q̃; cetera mẽbra. btm̃ Antoniũ p vias rectas dñs ad regni visionẽ duxit. Et notandũ q; rectitudo duplr agnoscit. scz regule recte applicatõne z medij ad extrema ꝓpatiõe. Rectũ em̃ est cui⁹ medĩũ non exit ab extremis. vita bti Antonij recta fuit qz xpo z sanctis fuit ꝓformis. Regula recta est vita xpi q̃ speciosus est forma pre filijs hoim. ipse pulcerrimã nobis regulam viuendi oñdit. Alij sancti potuerunt errare ipe non. beat⁹ Antoni⁹ xpo se ꝓformare voluit vnde audiens illud euãgelicũ in ecclesia legi. Si pfect⁹ vis esse rẽ Vox illõ impleuit. ipse qõ rectũ in viris sanctis aspiciebat imitabat. Unde legit in vita ipsius q; ꝓprias gratias fratꝛ q̃s visitabat velut apes mellis dulcedinem a floribus bauriebat. vita etiã eius recta fuit qz mediũ ab extremis nõ discrepabat Initium vite homis non ht diuicias cũ homo nudus nascat. nõ ht gl'am cũ de immundo semie ꝓcipiat. nõ ht delicias. puer em̃ a plorando incipit. vt dicit Aug⁹ Finis etiã homis non ht diuicias cũ hõ nudus in terrã reuertat nec delicias cum in magno dolore hõ moriatur. nec gl'am cũ sub terra ponat z ab homib⁹ z brutis aialib⁹ ꝓculcetur. hjs extremis mediũ vite beati Antonij ꝓforme fuit. Ipse em̃ diuicias et delicias z mũdi gl'am ꝓtempsit. Nz ꝓtẽpserit diuicias. patz p hoc q; discum argenteum quẽ dyabol⁹ ꝓiecerat in via p quam ipse transitur⁹ erat accipe noluit. Deinde ingentẽ massam auri iacentẽ in itinere cõspiciens rapido cursu quasi magnũ incendiũ deuitauit. Delicias etiã ꝓtempsit. semel in die post solis occasum comedebat. non nunq; tribus diebus vel q̃tuoꝛ ieiunans. Quarto die z panem z salem z potum aque p modicũ sumebat. Quieti ꝓ mẽbra ꝓtendens. coniunco. ꝓtecto. atqz cilicio vtebatur. Aliquotiẽs em̃ sup nuda humũ iacebat Gloriã ꝓtempsit ꝓpter quã vitandã interi⁹ desertum adijt. vere ergo p vias rectas eum dñs duxit. Isay. xxvi. Semita iusti recta est z rectus callis iusti ad ambulandũ Quattuoꝛ virũ iustum deducunt p vias rectas scz sapia que velut lucerna vie rectitudinẽ indicat. Justicia que vt p eam ambulet indicat vel imperat. Tpantia que facit vt nõ declinet ad dexterã. Fortitudo q̃ facit vt nõ declinet ad sinistrã. Ad dexteram declinat q; boni transitorij cupiditate deuiat. Ad sinistrã q; timore trãsitorij mali vie rectitudinem derelinquit Neutro mõ beatus Antoni⁹ declinauit qz et bona trãsitoria pfecte cõtempsit z mala trãsitoria fortissime sustinuit. Eccl. ij. Ue illis qui dereliquerunt rectas vias z diuertunt in vias prauas Legitur (z ostẽdit illi regnũ dei) p fidem viuam vidit beat⁹ Antoni⁹ regnum dei. dum fuit in hac vita mortali. Manifeste ꝓ illud vidit cũ de⁹ in illud ipm induxit cum dictũ est ei. Intra in gaudiũ dñi tui Mat. xxiiij Uidit etiã regnũ dei in ꝓtẽplatione. cum em̃ a demonib⁹ laceratus esset eleuans oculos ad celũ. celo aperto vidit ad se lucem influere z ỏmones disparere z recessit dolor corpis penit⁹. Et ꝑsentiã dñi intelligens ait vbi eras ihu bone vbi eras. quare a ꝓncipio non affuisti z vox ad eum Antoni hic erã. scz expectabã videre certamen tuum. Nunc aũt qz viriliter dimicasti in toto orbe te faciã nominari. Aliq̃n ab angelis in sublime capt⁹ est cui⁹ transitũ demones ꝓhibere voluerunt cõtra eum pcã ab exordio natiuitatꝛ replicantes. liber tamen cũ angelis ascẽdit et statim ad statũ pristinũ redijt. Et notãdũ q; sicut dñs iustũ deducet p vias rectas. sic dyabol⁹ iniustũ p vias prauas z q̃q; per manifeste prauas. q̃q; p eas que vident. recte cũ sint prave Manifeste prave sunt vie illoꝝ qui aliena rapiũt. Recte ꝓ vident z prave sunt. qui aliena nõ rapiũt sed sua nimis diligunt qualis fuit diues euangelic⁹ Luce. xvi. puer. xvi. Est via que videtur homi recta scz nouissima illi⁹

ducunt ad mortem. Dyabolus hijs quos ducit regnũ suũ non ostendit imo abscondit. Oculis em̃ velatꝫ eos vult ducere ad patibulũ infernale Prouer. iiij. Via impiorum tenebrosa.

De eodem Sermo. II.

In ordine. 4j.

Venatio leonis onager in heremo. Eccĩ. xiij Solent homies libenter videre animalia siluestria Solent etiã libẽter videre venationẽ vel auiũ vel terrestrium aĩalium ⁊ tanto libenti⁹ quãto venatio est magis extranea ⁊ minus cõsueta. Siluestre aĩal volo vobis ostendere onagrũ in solitudine habitantẽ. scꝫ btm̃ antoniũ vitam heremiticã ducentẽ. venatõem etiã volo vobis ostendere. nõ venationẽ homis feras insequentꝫ. sꝫ venationẽ leonis infernalis circa captionẽ onagri. scꝫ bti antonij studiose laborãtis. de qua venatione p̃t intelligi verbũ ꝓpositum. Venatio leonis. ꝛc. Circa qđ verbũ quattuor volo vobis ostendere. scꝫ q̃re beatus antoni⁹ onager dici possit. ⁊ quare vitã heremiticã sibi elegerit Itm̃ quare dyabol⁹ leo vocetur. ⁊ q̃re onagrũ studiose venet̃.

Circa p̃mũ notandũ ꝙ asin⁹ domesticus est aĩal onerifer ũ multũ ꝑuituti addictũ ⁊ ꝑuam gratiã ꝯsequit̃. ꝑm multitudinem laboꝝ quos patitur. vnde ꝑcat mũdi amatores qui multũ sunt onerati. Mat. xj. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Ipsi sunt onerati onere culpe ⁊ pene. ps̃. Iniq̃tates mee supgresse sũt caput meũ ⁊ sicut onus graue grauate sũt sup me. Ipsi hñt molã asinariã ad collum ligatã. de qua loq̃tur dñs Math. xviij. Ipsi dimissi spinis pctõꝝ vadunt ad infernale incendiũ. Ipsi in magna ꝑuitute sunt Malus em̃ vt dicit Aug⁹. tot dñoꝝ seru⁹ est quot vicioꝝ. Ipsi hñt tot dños quot possessiões. nõ em̃ res eoꝝ ip̃is sunt subiecte sed ip̃i rebus. vnde viri diuiciaꝝ dicunt̃ in ps̃. Ex sua subiectõe ꝑuã gr̃am ꝯsequunt̃. In fine em̃ mund⁹ eos nudos trãsmittit Harena est termin⁹ maris que est infructuosa ⁊ ponderosa Sil'r accidit in mari h⁹ mđi Amatores em̃ mđi fructũ. nõ habẽt de labore suo ⁊ onerati remanẽt debito multe pene. Ro. vj. Quẽ fructum habuistis in quib⁹ nunc erubescitꝫ. Asin⁹ domesticus onager efficitur qñ ab onere dicto aliq̃s expedit⁹ ⁊ a ꝑuitute dicta liberatus mđm deserit ⁊ solitudinẽ eligit. vt beat⁹ antoni⁹ qđ nõ facit ꝓpria virtute sꝫ dono diuine gr̃e. vñ Job. 39. dicit domi⁹ ad Job. Quis dimisit onagꝝ liberum ⁊ vincula eius q̃s soluit. supple nisi ego. ꝑm Greg. Onager ꝑcat eos qui remote ꝯuersatõis secreta appetũt qui dei dono liberant̃ a ꝑuitute negotioꝝ seculariũ q̃ magna est ⁊ vincula eoꝝ soluunt̃ in terra. scꝫ retinacula carnalium desiderioꝝ. ⁊ nõ est ꝑuum beneficiũ. in ps̃. Dirupisti vincula mea tibi sa. h. lauđ. Seq̃tur (Cui dedi in solitudine domum) hoc fit cũ sancti a carnalibus desiderijs remoti silentiũ mentꝫ inhabitãt. Osee. ij. Ducam eum in solitudinẽ ⁊ ibi loq̃tur ad cor eius ⁊ tabernacul' eius in terra salsuginis supple dedi. Salsugo sitim accendere solet. Q̃ꝫ viri sancti q̃mdiu in hui⁹ mđi vite sancte tabernaculis degunt eternã patriã sitiũt. in terra salsuginis hr̃e tabernaculũ ꝑhibent̃. De hac siti legit̃ in ps̃. Sitiuit aĩa mea ad d. fon. viuũ. Contẽnit multitudinem ciuitatis. ⁊ qꝛ nõ vult ei cohabitare nec ei in morib⁹ ꝯformari cohabitationẽ fugit q̃si ꝑiculosam. Sene. Quo maior est populus cui admiscemur hoc plus ꝑiculi est. Eccĩ xviij. Ne oblecterꝫ in turbis nec in modicis. Assidua em̃ est cõ missio illoꝝ Hiere. xlviij. Relinq̃te ciuitates. nõ ꝯformatur mltitudini. ꝑm illud Ro. xij. Nolite cõformari huic seculo. Exo. xxiij. Non seq̃ris turbã ad faciendũ malũ. Clamorẽ exactoris nõ audit. exactor est dyabol⁹ q̃ semel homi nummũ male suasionis ꝯtulit ⁊ q̃tidie h⁹ mõi debiti reatum querit. vel exactorem ventrẽ dixit qui quotidie a nobis quoddã debitũ exigit. Abstinẽtes ꝟo dũ violenta gule desideria rep̃mũt quasi clamãtis exactoris verba ꝯtemnũt sed recte petentis verba audiũt. Circũspicit montes pascue sue. altas scꝫ ꝯtemplatõꝫ int̃ne refectionis vel altas sentẽtias scripture sctẽ vel mõtes dicũt̃ angeli, vl' viri sancti quos circumspicit vel vt inde veniat sibi auxiliũ vel vt inde sumat exẽplũ ⁊ mente q̃ꝫ ꝑquirit eterna. scꝫ que nulla successiõe

temporũ marcescunt quoꝝ ꝯsideratione terrena despicit. Circa scdm notandũ ꝙ beatus antoni⁹ merito deserti habitationẽ. habitatõi mũdi ꝑelegit. Desertum em̃ mũdi ꝑiculosi⁹ est quacunq; solitudie plures causas hñs ꝑeundi spũaliter q̃ solitudo corꝑalit̃ Quidq̃d em̃ in hoc mũdo aspicitur occasio ꝑt esse homi ꝑeundi Jõ hõ sapiens in omnib⁹ metuit. Ecc̃i. xviij. Sap̃. xiiij. Creature in odiũ hoim facte sunt ⁊ in tentationẽ anie hoim ⁊ in muscipulã pedib⁹ insipientiũ. In solitudine sũt fere indomite sꝫ domabiles. Tanta est ibi indomabilitas ꝙ vnũ membꝝ scꝫ lingua domari nõ ꝑt Jaco. iij. Omis natura bestiaꝝ volucrũ ⁊ serpentũ ⁊ ceteroꝝ domãtur ⁊ domata sunt a natura humana. linguã aũt nullus hominũ domare põt. Innumerabilia sunt aĩalia venenata ĩ deserto mũdi. Quis venenũ lingue poterit explicare. Lingua est inquietũ malũ plena veneno mortifero. in ps̃. Venenũ aspidũ sub labijs eoꝝ. Multi sunt serpentes in deserto mũdi. ꝟm illud Ecc̃s. x. Si mordeat serpens in silentio nihil min⁹ eo ht qui occulte detrahit. Multi in eo vrsi et leones. ꝓuer. xviij. Leo rugiens et vrsus esuriens. ꝑnceps impius sup populũ pauperẽ. Multi sunt apri in eo. ps̃. Exterminauit eam aper de silua ⁊ singularis fer⁹ depastus est eam Multi etiã lupi ꝟm illd̃ Michee. iij. Judices eius lupi vespere. Non videtur minus ꝑiculosum esse venire inter homies q̃m inter lupos. Interrogatus q̃dam phs̃. quid esset inimicissimũ hoĩ Rñdit alter hõ. veniẽs inter homies timere debet ⁊ occidere ⁊ occidi. ledere ⁊ ledi. ꝑiculosum est ei videre ⁊ videri. audire vel audiri. Berñ. Detrahere aut detrahentẽ audire qd̃ hoꝝ damnabili⁹. nõ facile dixerim. oculi hoim q̃si vim venenãdi hñt. bona nr̃a quo ad valorem ad nihilãt ad modũ basilisci Visus homis occasionaliter nos interficit Solo ore lupus nobis nocet. homo ꝟo non solum ore nec minus ore q̃m lupus. quasi ignis exit de ore homis Jaco. iij. Lingua nr̃a ignis est

Circa terciũ notandũ ꝙ dyabol⁹ ꝑ leonẽ figurat̃ eo ꝙ in multis ei assimilatur Leo habet collum rigidum ⁊ inflexibile. Non em̃ est collum eius articulosũ sꝫ est vnius ossis in quo significat̃ inflexibilitas dyaboli et suoꝝ Job. xli. Cucurrit aduersus deũ collo extenso ibidẽ. In collo eius morabitur fortitudo. Itẽ leo habet os latum ⁊ fetidum in quo figuratur capacitas dyaboli et suoꝝ Isa. v. ꝓpter hoc dilatauit infern⁹ aĩam suam. ꝓuer. j. Deglutiam⁹ eum quasi infernus viuentẽ ps̃. Sepulcrũ patens est guttur eoꝝ. Itẽ leo ht vngues recuruos in quo figurat̃ rapacitas dyaboli ⁊ suoruꝫ. Ecc̃i. iiij. Non sit manus tua ad accipiendũ porrecta. ⁊ ad dandũ collecta. Itẽ leo habet ossa durissima ⁊ sine medulla in quo significat̃ durities ⁊ imiꝟicordia dyaboli et suoꝝ Job. xli. Indurabitur cor eius quasi lapis. absq; medulla pie affectõis sunt mẽbra dyaboli Rom̃. j. Sine affectõne. sine federe absq; miꝟicordia. Si ossa leonis colliduntur adinuicẽ exit inde ignis. sic cũ ĩpatiẽtes verbo se collidũt exit inde ignis ire. ꝓuer. xvi. Vir insipiens fodit malũ et in labijs ei⁹ exardescit ignis. Eiusdem. xxvi. Sic carbones ad prunas ⁊ ligna ad ignem sic homo iracundus suscitat rixas Circa quartũ notandũ ꝙ sicut diuites h⁹ mũdi habent aĩalia domestica vt gallinas porcos anseres que impĩguãt refectione abũdanti ⁊ quiete ⁊ ista habent ad manũ sine labore ⁊ impinguata occidũt Sic dyabolus habet homies mũdanos velut aĩalia domestica que impinguat abũdantia tꝑalium ⁊ ocio. Dicit̃ in libro de natura aĩalium ꝙ multa animalia crassa sunt in ventre ⁊ maxime que sunt pauci motus. hos habet dyabol⁹ quasi ad manum ⁊ impinguatos occidit ⁊ magnũ festũ facit Zach. xi. Pasce pecora occisionis que q̃ possederant possidebunt. tñ cum dyabolus leccator sit non sufficit ei hoc. immo vult habere venationẽ. vnde viros spũales venatur et circa eorum captionem studiose laborat Abacuc. j. Incrassata est pars eius ⁊ cibus eius electus. Qualiter beatũ antonium venenatus sit Require in sermõe precedenti vel in vita ipsius.

De Fabiano et Sebastiano
Sermo. 42.

Sancti per fidē vicerūt regna. operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones ad Hebreos. xj. Hijs verbis meritū sanctoꝝ martirū. et p̄miū nobis indicat̄. fidēs eoꝝ ꝯmēdatur ⁊ q̄lis fides nr̄a eē debeat īsinuat̄. Meritū indicat̄ cū d̄r. sancti vicerūt regna operati sunt iusti. p̄miū cū d̄r. adepti sūt repromissionē. Fides eoꝝ ꝯmendat̄ cū ostenditur fuisse causa ꝙ regna vicerūt. iusticiā fecerunt. repmissiōes adepti sunt. q̄lis fides nr̄a esse debeat insinuat̄ cū virtus fidei eoꝝ declarat̄ que nobis in exemplū ꝓponitur. Circa p̄mū notandū ꝙ meritum sanctoꝝ in duob⁹ fuit. scz in hoc ꝙ mala vicerunt ⁊ bona fecerunt. De p̄mo ibi. vicerūt regna. De scd̄o ibi. opati sunt iusticiā. Sancti fide vicerūt regna mūdi carnis ⁊ dyaboli. Regnū mōdi. ꝯtēnendo diuicias. Regnū carnis ꝯtemnēdo delicias. Regnū dyaboli ꝯtemnēdo honores De p̄ma victoria d̄r. j. Joh. v. Hec est victoria q̄ vincit mōm fides nr̄a. q̄dam mūdū vincunt diuicias sibi subijciēdo. alij eas abijciendo. Subijciēdo qꝛ eas retinentes ⁊ habētes sub se ex hoc quodāmō sunt altiores ⁊ ad expugnationē inimici potentiores. faciunt em̄ inde largas el'as Qui mod⁹ expugnādi inimicū valde efficax est. vñ sup illud. Misericordia mea et refugiū meū. dicit Augu. De nulla re sic vincit̄ dyabol⁹ vt de mia. ⁊ Ecc̄i. xxix. d̄r de el'a. sup scutum potentis ⁊ sup lanceā aduersus inimicū tuū pugnabit. Ecōtrario cupidi ⁊ auari nō subijciunt sibi terrena sed se terrenis Que em̄ male adquirūt sup humeros suos ponunt ⁊ quasi viuos se sepeliunt. sil'es talpe que terrā quā fodit sup se ponit. Abijciendo mōm vincūt qui amore xp̄i mōm relinquūt q̄ ad modū luctantiū se terrenis sploliant ne dyabolus habeat quo eos teneat ⁊ sic eos deijciat ⁊ deuincat Luc̄. xiiij. Omis ex vobis q̄ nō renūciauerit oībus q̄ possidet non p̄t me⁹ esse discipul⁹. Sancti fide diuitias ꝯtēpserūt eas esse in muscipula dyaboli agnouerūt. Aug. Preda quā vis rape in muscipula est tenes alienū ⁊ teneris a dyabolo Item q̄ futuras diuicias hijs longe meliores intellexerūt. Heb. xi. Rapinā bonorum vr̄oꝝ cū gaudio suscepistis. ꝯgnoscētes vos hr̄e meliorem ⁊ manentē sub̄am. Greg. Uilescūt tp̄alia dū ꝯsiderāt̄ eterna sup illō Thym̄. vlti. Sectare iusticiā. pietatem fidem. dicit glo. Qui verā fidē de deo h̄t non cupit in miserijs seculi fieri diues. Delicias fide ꝯtempserunt. qꝛ corpa sua morti esse ꝯdemnata ꝯgnouerūt. Sene. Oēs capitali supplicio ꝯdēnati sum⁹. Corpus em̄ s̄uus maliuol⁹ quē nō decēt delicie. Ecc̄i. 33. Seruo maliuolo tortura ⁊ ꝯpedes Isa. xj. Erit fides cinctoriū renū eius. Honores ꝯtēpserūt qꝛ eos ꝯfusione plenos intellexerūt. Phyl'. iij. Gl'ia in ꝯfusione eoꝝ qui terrena sapiūt. Luce xvi. Qd̄ homib⁹ altū est abomiatio est añ deū Hec tria regna moyses fid̄ vicit. vñ Hebre. xi. Fide moyses grandis fact⁹ negauit se esse filium filie pharaonis. Ecce ꝯtempt⁹ honoris magꝫ eligens affligi cū populo dei q̄ꝫ peccati tp̄alis hr̄e iocunditatem. ecce ꝯtemptus deliciaꝝ. maior es diuicias estimās thesauro egyptioꝝ improperiū p̄xi. ecce ꝯtemptus diuiciarū. aspiciebat em̄ in remuneratōnē. Sancti iusticiā opati sunt a q̄ nullo tormēto cessare voluerūt. Sene. Uir bon⁹ ab honesto nulla re deterrebit̄. ad turpia nll'a re inuitabitur. hec fuit esuries ⁊ sitis sanctoꝝ vt possent iusticiā opari. beatos se reputabāt cum ꝓ iusticia tormēta sustinebāt. Mat. v. Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiā Itē beati q̄ ꝑsecutionē patiunt̄ ꝓpter iusticiā. j. Pe. iiij. Si q̄d patimini ꝓpter iusticiā. beati. ⁊ sicut sancti cauerūt mala ꝓhibita ⁊ impleuerūt mādata sic adepti sunt repmissionē. De qua subditur. adepti sunt repmissionē. s. coronā quā repmisit de⁹ diligentibus se. Jaco. j. Oīm aūt hoꝝ fides radix fuit. Cetere ꝑtutes radices sunt suorum opm. sed fides radix est ceteraꝝ virtutū. Aug⁹. sup iohem. Sicut in radice arboris nulla apparet prorsus spēs pulcritudinis. ⁊ tñ q̄dquid est in arbore pulcritudinis ⁊ decoris ex illa ꝓcedit. sic ex fidei humilitate quidq̄d meriti q̄dquid beatitudinis aīa susceptura est ꝓcedit. Itē Greg. Sic̄ rami sine radicis virtute arescunt. ita quelibꝫ opa licet bona videant̄ nulla sunt si a fidei soliditate distinguant

Et notandū ꝙ fides sanctoꝝ fuit mag̃ viua et firma. Magna fuit. vnd̃ sua magnanimitate regna vicit. viua fuit. vnd̃ fructum iusticie ꝓtulit. firma fuit. ꝯstant' em̃ omia aduersa sustinuit. sic fides nr̃a magna debet esse vt ea omia transitoria ꝯtemnam⁹. viua etiā debet esse ne a bonis opibus ignauia cessemus. Fides em̃ sine opibus mortua est Jac̃. ij. Item debet esse firma vt in ea ꝑseuerem⁹. vitā em̃ illam expectam⁹ quā deus datur⁹ est illis q̄ fidem suam nunq̄ mutant ab eo. Tob̃. j. Item notandū ꝙ beat⁹ Fabian⁹ mala vicit. vñ cum tractaret̃ de electōe pape in signum sanctitatꝫ candida colūba sup caput eius de celo descendit. ⁊ ab omib⁹ in papā electus est. Ipse etiā iusticiā fecit. qꝛ factus papa in ministerio suo diligentiā habuit. vñ misit septē diacones ꝑ omēs regiōes xp̄ianoꝝ tradens eis septē subdyacones q̄ notarijs p̄fuerunt et sic gesta martirum collecta sunt. Ipse reꝓmissiōes adept⁹ est ꝑ martirij em̃ palmā ad vitaꝫ transiuit beatā. Beatus etiā sebastian⁹ regnauit. q̄ imꝑatorem rep̄hendere nō timuit. Justiciā oꝑatus est xp̄o em̃ quottidie sedulū exhibebat officiū et fideles inter tormēta deficientes ꝯfortare curauit. vñ ei p̄t dici illd̃ Job. iiij. Vacillantes ꝯfirmauerūt s̄mones tui ⁊ genua tremētia ꝯfortasti Interl̃ In genib⁹ p̄us appet tremor. Ipse etiā intelligens ꝙ xp̄c ꝑ ip̄o mortu⁹ fuerat ei vicem reddens mori pro eo voluit et sic ad gaudia a christo ꝓmissa ꝑuenit

De beata Agnete.

Sermo. 43.

Pulcre sunt gene tue sicut turturꝫ. Cant̃. j. Vox est sponsi ad sp̄osam scꝫ xp̄i ad ecclesiam. tñ p̄t esse vox xp̄i specialiter ad beatā Agnetē cui⁹ hodie celebramus solennitatē. Circa verbū hoc tria nobis ꝯsideranda sunt. Primū ꝙ sponsa inter aues p̄mo turturi assimilat̃. Scd̃m est ꝙ a pulcritudine genaꝝ p̄usq̄ a ceterꝫ membris ꝯmendat̃. Terciū est in quibus pulcritudo genaꝝ turturea attēdat̃ In p̄mo sponsa de castitate amāda et fide thori s̄uanda ā monetur q̄ sponsus in sponsa maxime requirit. Hoc em̃ in turture significat̃ que amisso cōpare quasi voto vidualis ꝯtinentie se astrinxerit alium vlterius nō admittit sed ab osculo alieno ⁊ a tactu impollutam se custodit. Bernard⁹ Turtur ē luctus amica. opace solitudinis familiaris incola. forma simplicitatis. exemplum castitatꝫ. sic eccl'ia q̄ est a sponso suo viduata. qui corporalem presenciam ei subtraxit et in celum ascendit immaculatam ab hoc seculo se custodit. instar turturis solitudinem eligens s̄m illud ecce elongaui fugiens et mansi in solitudine Apoc̃. xij. Date sunt mulieri due ale vt fugiat in desertuꝫ. hee due ale possunt intelligi ꝯtemptus mundi. et amor celestis regni. et si nō habeat solitudinē corꝑis. habet tamen mentis. de qua Bern̄. O ania sancta. esto sola vt soli oīm serues teip̄aꝫ quē ex omib⁹ elegisti In hoc etiā ꝙ inter aues. turturi primo assimilatur q̄ turtur pro voce habet rugitū sic̃ columba gemitū Insinuatur ꝙ prima vox venientiū ad deū ⁊ copulantiū se xp̄o sponso debet esse rugitus penitētie Ps̃. Rugiebā a gemitu cordis mei In hoc ꝙ sponsa primo a genaꝝ pulcritudine ꝯmendatur. insinuatur ꝙ hij qui habent ecclesiam. de honestate amāda admonētur. gene em̃ que ꝯtinent dentes cibū ꝯterētes ⁊ in quibus magna ꝑs pulcritudinis corꝑis ꝯsistit doctores ecclesie designant q̄ cibū scripture ꝯterūt et auditorib⁹ ꝯmestibilem reddunt. quoꝝ honestas deo multū placet ⁊ ad pulcritudinē ecclesie multū valet qꝛ parum ꝓficit eoꝝ doctrina si desit vita honesta. Itē d̃t sponsus sponse Cant̃. ij. Ostende mihi faciem tuam sonet vox tua in aurib⁹ meis. vox em̃ tua dulcis et facies tua decora

Circa terciū notandū ꝙ ad pulcritudinem genarū turtureā tria ꝑtinent. Primū est castitas debent em̃ esse sine corruptiōe doctrine vel vite. ij. Coꝝ. iiij. Non ambulantes in astutia neq̄ adulterātes verbū dei. Scd̃m est rubor. Rubricati em̃ debent esse q̄druplici rubore. Primus est rubor sancte verecūdie. que verecūdia est timor in turpifacto et fuga rei indecentis. Oēm em̃ inhonestatē timere debēt ⁊ fugere. Ecc̃i. vij. Gratia verecūdie mulierꝫ sensate sup aurum. Alius est rubor passionis dñice. debent em̃ habere memoriā eius ⁊

desideriū imitādi eam. Cant. iiij. Sicut fragmē malipunici ita gene tue. Terci⁹ ē rubor pacie Quart⁹ ꝑpassiōis. pacientes debent esse in ꝓpriis malis. ꝑpacientes in alienis malis. Et hec sunt duo genera martirij. de pacia dicit Greg. Sine ferro ⁊ flamma martires esse possum⁹ si pacīam in anio ꝑseruem⁹. Martiriū ꝙo ꝑpassiōz nō vnico genere tormenti. sed quasi omni genere hoiem torquet. Fm illud. ij. Cor. ix. Quis infirmat ⁊ ego non infirmor ?ē. Rubor iste q̄ in genis eccl'e debet esse intelligitur iu hoc q̄ gene turturis colorē rubeū aspectib⁹ hominū inferūt cui ūmixtus color esse videtur iacinctin⁹ color scz ethere⁹ p quē celestis intentio designatur que genas eccl'ie pulcras reddit. labores em̄ ⁊ passiones eccl'e ⁊ ꝑpassiōes exornat Sic̄ terzena intentio labores ⁊ dolores reprobor denigrat Hiere. ix. vt inique agerent laborauer̄t. et hec celestis intentio est quartum ptinens ad pulcritudinē genaz eccl'ie. Spēaliter verbū ꝓpositū pōt esse vox xp̄i ad dilectā sponsam suam. scz beatā agnetē q̄ ad modū turturis casta fuit. ⁊ fidem thori integre xp̄o seruauit. De ea dr Ambro. Pulcra facie sz pulcrior fide. fidelitate pulcrior fuit. q̄ntā dicebat filio p̄fecti eam solicitāti. Discede a me fomes peccati qz iam ab alio amatore p̄uenta sum. Non potero aliū aspicere ⁊ illum derelinq̄re. illi soli seruo fidem. genas ei⁹ ornauit rubor sancte verecūdie q̄ oēm rē indecentē timuit et cauit. De verecūdia dicit Bern̄. sup Cant. Nescio si quicquā grati⁹ verecūdia in moribus hoim deprehendi queat. verecūdia oim est ornat⁹ etatum. sz in tanta etate amplius pulcriusqz enitescit. Genas beate agnetis rubor dominice passiōz ornauit scz duas vires aie vim cognitiuā. scz ⁊ vim affectiuam. In cognitiua fuit memoria dn̄ice passiōz In affectiua desideriū imitatōis ipsi⁹. vnde ipsa dicebat. sanguis ornauit genas ei⁹. et itez posuit signū in faciem meā. vt nullum p̄ter eum amatorē admittā. posuerat signuz in faciē eius scz amoris maximi q̄ dilecta fuerat a xp̄o. s. beneficiū redēptōz qō in memoria habebat. de quo Joh. xv. Maiorē hac dilectionē. i. maius signum dilectōis nemo habet q̄m vt animā suā ponat quis ꝓ amicz suis Amor iste totum amorē ei⁹ exigebat. Bern̄. sup cant. Sup omia reddit te amabilē mihi bone ihu. calix quē bibisti opus redemptōis nr̄e. hoc oīno amorē nr̄m facili vendicat sibi totū Redemptōis beneficiū totius vite nostre requirit obsequiū Bern̄. Juste sibi vendicat vitā meā qui ꝑ mea posuit suā Exemplo b⁹ beate virginis ⁊ nos genas mentz pulcras hr̄e studeam⁹ vt cui ipsa placuit placere valeam⁹ Facies mentis intentio est cui⁹ gene pulcre sunt si aia intēdat rei cui debet. ⁊ fine q̄ debet. Bern̄. sup cant. Cogita anie faciem mentis intentionem ex qua nimirū rectitudo opis. sic̄ ex facie pulcritudo corpis estimat̄. Jnq̄rere deū ꝓpter se ipm̄ solū. hoc plane est vtrāqz faciem biptite intentōis hr̄e pulcerrimā. Jn tēdere aūt q̄si in deū ⁊ nō ꝓpter deū ypo plane q̄si aie est. porro ecōtrario intēdere in aliū. tm̄ ꝓpter deū non ocium marie sed marthe negocium est.

De beato Vincentio Sermo. I. In ordine. 44.

Vincenti da bo edere ō ligno vite quod est in padyso dei mei. Apoc. ij. Cū tria sint necessaria ei qui pugnat vt vincere valeat. scz discretio. fortitudo. audacia. benign⁹ dn̄s militantē ecclesiam scripturis sacris instruit ne defectu discretiōz in certamine succumbat. Adiutorium etz gr̄e ei p̄stat vt fortitudinē bēat Exēplis ⁊ pmissionib⁹ eā aiat vt audacem eā reddat Circa p̄mum notandū q̄ discretio multum valet ad victoriam. puer. xxviij. Vir sapiens fortis est et vir doctus robustus et validus. qz cum dispositōe initur bellum et erit salus vbi multa ꝑsilia sunt. Eccs. ix. Dicebā ego sapientiā meliorem esse fortitudine. Jn eodē. Melior est sapientia q̄z arma bellica Sapie. vj. Melior est sapiētia q̄z vires et vir prudens q̄z fortis. Et quia sapia tm̄ valet in bello ideo poete fabulati sunt palladem deam sapie deam esse belli. Duodecim stultitias q̄b⁹ multi in bello spūali succūbunt. Require in tractatu de prudentia ca⁹. iij. Circa scd̄m notandū q̄ tria multū valent ad h̄ q̄ aliq̄s adiutoriū gr̄e habeat ⁊ sic fortis

in bello fiat. Primum est humilitas Jacobi. iij. Deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. aque gratiarum ad vallem humilitatis confluunt. humilitas ostendendo suam miseriam incitat ad miserēdum dei misericordiam. Abyssus eī abyssum inuocat. abyssus miserie. abyssum misericordie. Oratio humilis. est nūcia succursum dei impetrans Eccī. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit Humilitas gloriam victorie deo attribuit et propter hoc totum pondus prelij eidem imponit. Cuius eī est victorie gloria. eius est et pugna Secūdum est spes Bonus enim dominus. sperantibus in eum. Trenor. iij. Hieremie. vij. Benedictus est qui confidit in domino. et subditur. Erit tanq̄ lignum quod plātatur super aquas. Ipse est velut arbor iuxta fontem diuine misericordie plantata. a qua sperat se adiuuari. a qua habz robur Isa. xxx. In silentio ⁊ spe erit fortitudo vestra Eiusdem. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Ps̄. Qui confidūt in domino sicut mons syon. Tercium est pietas. pietati proximo subueniēti in suis necessitatibus. diuina pietas in certamine non deest. Ideo hosti preualet. vnde dicitur de elemosina. Eccī. xxix. Suscutum et lanceam potentis pugnabit p te contra inimicos tuos. Circa tercium notandum. q̄ inter exempla quibus ecclesia militans in certamine animatur vnum de magis efficacibus est. Exemplum beati Vincentij cuius hodie festuz celebratur. Inter promissiones vero vel de consolatoria est promissio nobis proposita que in ipso impleta est indubitanter. Ipse vincentius fuit et re et nomine. ipse vt dicit Augustin⁹. Vicit in penis. vicit exustus in ignib⁹. vicit submersus in fluctibus. vicit viuus. vicit mortuus. Non est victus a malo vel culpe vel pene. sed vicit in bono malum. Ipse vicit dyabolum tentationibus eius non consentiendo. j. Jaco. v. Resistite dyabolo ⁊ fugiet a vobis. Vicit etiam eius ministrum scz Dacianum adeo manifeste. vt nō diceret dacianus verbum malum. Ait enim victi sumus. Ipse vicit in aere etiam aculeo extentus. Ipse vicit in igne super candētis ferri machinam positus. ipse vicit in terra intestis acutis super eam pstratis Ipse vicit in aqua in mari proiectus. et post glorioſam victoriam ad esum ligne vite est recept⁹. Si vis vincere sicut ipse vicit. tribulationes non fugias Non est strennui militis tormenta fugere. sed in hūs potius absq̄ peccato in armis se exercere. velut torneamenta tribulationes sunt. has beatus Vincentius non fugit. Vnde scriptum est de eo Intrepidus dei athleta candentis ferri machinam vltro conscendit. Item moras carnificum arguendo ad penas alacriter properabat. Jacobi. j. Omne gaudium existimate fratres mei cum in varias tentationes incideritis. In tribulatiōibus pacientia addiscitur Judicū. iij. Hec sunt gentes q̄s reliquit vt eis erudires israhel. Item si vincere vis noli magis timere equo tuo q̄m ascensori id est corpori q̄m spiritui. Math̄. x. Nolite timere eos qui occidūt corpus. Animā autem non possunt occidere. Item nunquā incedas inermis. cōtinue enim es in bello Ephe. vj. Accipite armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Si quid in armis tuis diruptum fuerit illud non differas reparare. Frequenter reparare debemus arma spiritualia vt pacietiā ⁊ humilitatē. Eccī. ij. Fili accedens ad seruitatē dei sta in iusticia ⁊ timore ⁊ prepera te ad tentationē. nec hosti adiutores pcures. nec arma ministres. hosti familiari. scilicz carni Adiutores pcurat qui varias delicias ei preparat quod periculosum est. Si enim caro que concupiscit aduersus spiritum. ceperit habere deliciarum preparamenta et irritamenta. fiunt duo contra vnum ⁊ periclitatur conscientia vt habetur in epistola ad fratres de monte dei. Hosti arma ministrātur cum immoderato cibo ⁊ potu corpus impletur. Item caue ne solem ante oculos habeas vt gloriam mundanam concupiscas. Hec enim multis fuit occasio vt vincerentur. Job. xxxi. Si vidi solem cum fulgeret. ⁊c. Johā. v. Quomō potestz credere q̄ gl'iam accipitz ad inuicē⁊c̄ Item caue ne hostis in ocu-

los tuos terram iniȝciat vt in bonis que agis terrenam intẽtionẽ habeas Math. v j. Si oculꝰ tuꝰ fuerit simplex totũ corpꝰ tuũ lucidum erit si autem nequam totum corpus tenebrosum erit Oculus dicitur intentio. corpus cõgeries operum Item caue ne habeas crines nimis longos immo ad modũ pugilis habeas eos breues et iunctos ne per eos a dyabolo capiaris Crines nimis lõgos habet q̃ varijs cogitacionibus nimis per ea que mundi sunt euagatur Crines iuncti sunt si fuerint ꝺ hijs que ad caritatem pertinent vel accendendam vel conseruandam Item caue ne hostis te altior existat. tu potius procura vt eo altior sis. vt scilicȝ conuersatio tua in celis sit. tunc dicere poteris. illud Ps. Sup inimicos me. de. o. m. id est deorsum aspexit. tormenta eoꝝ despiciendo. hoste altior fuit beatus Vincentius cum dicebat Daciano. Ecce iam in sublime agor et ipsos principes tuos altior despicio. Qui exemplo vincentij vicerint ad esum ligni vite peruenient. Lignum vite hic intelligitur summa bonitas que hic p̃ gustatur. ꝑm illud Gustate et videte quoniam bona est negociatio eius. sed in futuro pleno esu ipsius satiabũtur. ꝑm illud ps. Saciabor cũ apparuerit gloria tua.

De eodem Sermo. II. In ordine. 45.

Vincenti dabo edere de ligno vite. qꝺ est in paꝺyso ꝺei mei Apoc̃ .ij. Circa verbum ꝓpositũ quattuor sunt nobis attendenda. Primũ quare tempore gratie promissiones fiant vincentibus cum tempore veteris legis soleant fieri mãdata seruantibꝰ. Deutro. .xxvij. Si audieris vocẽ ꝺomini ꝺei tui vt facias atq̃ custodias omnia mandata eius que ego p̃cipio tibi hodie. faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentibus ꝛc̃. Secundum est q̃ vincere debemus vt promissiones assequamur. Tercium est qꝺ sit lignum vite cuiꝰ esus vincentibus promittitur. Quartũ est quare esus ligni ꝺandus non rꝺꝺen ꝺus esse asseritur. Circa primum notandum q̃ ꝑm Bernardũ. Bona vita est bona agere et mala pati ꝛ sic perseuerare vsq̃ ad mortem. Initium iusticie fuit veteris legis. scilicet mandata seruando bona agere. Ad tempus vero gratie pertinet perfectio iusticie vt nõ solum bona agamus sed mala sustineamus et in hijs perseueremus et sic victores existamus. Ad tempus veteris legis pertinet iusticiam operari. ad tempus vero gratie non solũ iusticiam operari sed etiam necesse est pro iusticia pati. Math. v. Beati qui psecutionem paciuntur ꝓpter iusticiam. j. Pet̃. iij. Si quiꝺ patimini ꝓpter iusticiam beati ꝛc̃. Circa scm̃ notandũ q̃ septẽ regna vincere debemus vt christi promissiones assequamur. id est septem capitalia vicia que significata sunt per septem gẽtes quas expugnauerunt filij israel vt terram promissionis haberẽt. de quibus legitur. Judicũ. iij. Vere hec sunt regna que sancti per fiꝺem vicerunt Hebr. vij. Septẽ autem promissiones in apocalipsi cõtinentur vincentibus facte que ad victoriam horum septem viciorum possunt referri. quarum vna est verbũ ꝓpositum que potest referri ad vicium gule. hoc viciũ priꝰ infestat hominem. hoc vicio tentati sunt primi parentes. hoc etiam primo tentatꝰ est dominus in deserto Math. iij. vbi ꝺt Glo. In pugna christi prius contra gulã agitur quia nisi prius hec refrenetur frustra circa alia vicia laboratur. Vincenti hoc vicium ꝺat dominus edere ꝺe ligno vite. plongatur enim ei in p̃senti. vita corporis et continuatur in eo vita spiritual In futuro vero ꝺabitur ei vita beata ꝛ immortalis. Primi parentes vicio gule devicti de ligno vite non comederunt quo immortales fierent ꝛ necessitati moriendi addicti sunt. homines abstinentes diutiꝰ viuunt. Eccl̃. xxxvij. Qui abstinens est adꝺiciet vitam. Econtrario vigilia et colera et tortura viro infrumito. Eiusdem xxxi. Secunda promissio est. Apoca. iij. Qui vicerit vestietur vestimentis albis quod potest referri ad vicium luxurie. Qui vicerit hoc vicium in p̃senti pulcrũ

habet vestimentum scilicet candorem castitatis ⁊ in futuro pulcrius habebit. luxuriosus habet vestimentum mixtum sanguine quod erit in combustione ⁊ cibus ⁊ ignis Isa. lx. Fonicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus Hebre. xiij. Tercia p̄missio est. Apoc. ij. Qui vicerit non lediture a morte secunda que potest referri ad vicium ire. Qui hoc vicium vicerit mala huius mundi pacienter tolerando que solent concitare hominem ad iram et odiū ⁊ impacientiā non leditur a morte secunda. Prima mors est in corporis dissolutione. Secunda in damnatiōe. Qui timēt presentia non futura. sunt vt equi vmbratici. vmbram timentes malorum ⁊ nō vera mala. Sap̄. v. Transierunt omnia illa tanq̄ vmbra. Quarta p̄missio est Apoc. .ij. Vincenti dabo manna absconditum quod potest referri ad vicium inuidie. animus benignus qui sine inuidia est. socius christi est ⁊ membrorū eius. bonis ipsorum ꝓgaudens et malis compatiens. ⁊ sicut hic socius ē passionis sic socius erit ꝓsolationis. vnde habebit manna absc̄onditum. Animus vero inuidus socius est dyaboli. in lucro et in damno. De malis proximi gaudens de bonis dolens. vnde socius erit dyabolice desolationis Quinta p̄missio est Apoc. iij. Qui vicerit faciā eum columnā in templo dei mei ⁊ potest referri ad vicium superbie qui hanc vicerit columna est in templo inferiori p̄sustētationem aliorum. Insuperiori vero erit columna per ornatum ⁊ decorem. Superbus non potest esse columna cum sit flexibilis vt arundo. Sexta p̄missio est Apo. .iij. Qui vicerit dabo ei sedere in throno quod potest referri ad vicium accidie. hic non est locus quiescendi sed in futuro. Bernard⁹. loquens ad luciferum. O impudens ⁊ imprudens milia milium ministrabant ei et decies centena milia assistebant ei. ⁊ tu alijs ministrantib⁹ ⁊ assistentibus sedere presumis. hic est locus laborandi. ij. Thym̄. ij. Labora sicut bonus miles christi. Septima p̄missio est. Apoc. xxj. Qui vicerit possidebit hec et ero illi deus et ipse erit mihi filius. Hec p̄missio referri potest ad vicium cupiditatis. quod qui vicerit ꝓtemnendo terrena possidebit celestia. beat⁹ ille qui terrenas possessiones ꝓtemnendo fit dei heres et christi coheres. Item quia dicitur vincēti simplicit̄ sine determinatōe aliqua potest intelligi. vincenti vniuersa dabo edere ⁊c̄. vult dominus militem suum tante virtutis esse vt totum mundū vincat sic̄ ipse vicit. Joh. xvj. Confidite quia ego vici mundum. Mundum vincit qui omnia transitoria despicit. Desinit enim timere qui desinit sperare ⁊ amare. Qui nihil in hoc mundo sperat et amat. nihil in hoc mundo timet. Circa. tercium notandum q̄ lignum vite christus est. Pō. Tanq̄ lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Ipse est principium triplicis vite. scilicz nature. gratie. ⁊ glorie. De vita nature dicit Gen̄. ij. Inspiravit in faciē ei⁹ spiraculū vite. De vita gr̄e Joh. vi. Verba que ego loquor spiritus et vita sūt. Epbe. ij. Conuiuificauit nos in christo. De vita glorie Joh. vi. Domine ad quē ibim⁹ verba vite eterne habes. Eiusdem. xj. Et vitam eternam do eis.

Circa quartum notandū q̄ p̄miū promissum vincētib⁹ omne meritum excedit. Jō bene dicit dabo nō reddam Ro. viij Non sunt ꝓdigne passiones hui⁹ temporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. vincentiōr ꝫ pusillanimes pugnā nō aggrediētes vel contra remissos semper pugnantes ⁊ nunq̄ vincentes vel cōtra molles ante victoriam deficientes. dabo dicitur contra p̄sumentes.

In Conuersione sancti Pauli. Sermo. 46.

Paulus adhuc spirans minarum/et cedis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotū et pecijt ab eo epistolas in damascū. Act. .ix. Hodie cum magna exultatione ⁊ dei glorificatione recolitur in ecclesia beati pauli conuersio/et merito quia eius conuersio et peccatoribus ⁊ conuersis/felix est instructio/Erigit enim peccatores ad spem ⁊ conuersis dat viuendi formam. Ideo et iustis ⁊ peccatoribus diligenter

attendenda est ne pctōres despiciāt. Qui em peccator est. sanctus futur⁹ est. immo iam in dei prudentia sanctus est. vt patet in paulo. qui nunc est sanctus. in dei pre scientia iam est quasi dyabolus. vt ptz in iuda Joh. vj. Nonne ego duodecim vos elegi. et vnus ex vobis dyabolus est. habe bat paulus maliciam in corde. sm illud spirans cedis. id est anhelans ad cedem. habebat etiam minas in ore. sm illud spi rans minarum. Minas enim vt ignem spirabat. non ab alio incitatus. sed alios succendens. habebat maliciam in opere. sm illud. Accessit ad principem sacerdo tum. ꝛc. Non ꝓponebat parcere etiā mu liebri sexui. vnde subditur. Vt si quos in ueniret huius vite viros et mulieres. ꝛc. Nec se prepabat ad conuersionē per ali quam bonam operationem. immo dum psecutioni christi in membris eius inten deret. christi misericordia conuersus est. Peccatoribus etiam attendenda est ipsi⁹ conuersio. spem enim illorum erigit et ig norantiam instruit. Sunt aliqui pecca tores. qui conuersi volunt vti voluntate imperfecta. sicut vult et non vult piger. Prouer. xiij. Sed diffidentia et ignoran tia eorum conuersio impeditur. Sed at tendenti pauli ꝓuersionem nullus locus relinquitur desperatiōi. In ea et peccato res circa suam conuersionem multum in struuntur. Bernard⁹ in sermone. loquēs de memoria huius conuersionis. In hac inquit memoria. et peccator spem venie concipit. vt ꝓuocetur ad penitentiam. et qui iam penitet perfecte conuersionis ac cipit formam. Duodecim vero nobis sunt attendenda circa beati Pauli cōuer sionem. que valere possunt ad nostrā edifi catione. Primū est q̄ lux eum circumful get. per quam intelligitur dī gratia ad cō uersionem necessaria. Sine ea enim nō fit vera conuersio. Osee. xiij. Perditio tua israel tantūmodo ex te. ex me autem auxi lium tuum. occidere potest se homo ꝛ nō a morte suscitare. spiritus est vadens et nō rediens. piscis per se potest nassam in trare. sed per se non potest inde exire. Se cundū est q̄ in terram cadit in quo desig natur motus humilitatꝛ. qui multum va let ad conuersionē. humilibus enim deus dat gratiam. Jaco. iiij. Ad terram cadit qui terram se esse agnoscit. Gen. iij. Pul uis es. et in puluerem reuerteris. Qui ha bet castrum forte situm in rupe nō est mi rum si guerram velit habere cum potente. sed fatuus est ille. qui non habet mansio nem nisi ō palea que cito comburi potest. si cum potente guerram habere velit. An gelus cum immortalis sit habet quasi ca strum super rupem situm. Homo vero q̄ habet corpus mortale habet māsionem que facilime potest comburi. solo enim calore febrili sine igne in cinerē redigit. Jdeo valde fatuus est si omnipotenti re pugnare presumit. Tercium est q̄ a dō reprehenditur dicente sibi Saule saule q̄d me persequeris. et subditur. Ego sum ihs id est saluator. durum est tibi contra stimu lum calcitrare. Ad hāc questionem. quid me persequeris. nulla causa rationabilis potest responderi. duabus de causis perse quitur aliquis alium. aut propter ipsius culpam. vel propter vtilitatem propriam. Propter culpam saluatoris eum non per sequebatur. non enim saluator nocuerat ei. immo ab eo multa beneficia acceperat pro quibus potius debuit ei obsequi q̄m persequi eum. Item persequēdo eum vti litatem non cōsequebatur. immo potius sibi nocebat. Sicut enim bos recalcitrās stimulum sibi infigit. sic peccator deo re pugnans non nocet. sed seipsum ledit. ho mo enim p maliciam occidit animam su am. Sapie. xvj. Quartum est quod cum dicit. Domine quid me vis facere ostē dit deo voluntatem suam paratam ei ad obediendum. Glosa. Indica voluntatem tuam. et ego obediam. Intellexi q̄ stimu lus compellebat eum ad opus sicut dicit Glosa. stimulus inquam diuine percussi onis. Aug⁹. Non est conuersus quando ꝓstratus est in terram. sed quando dixit. Domine quid me vis facere. verissime ab angelis dictum est. Pax hominib⁹ bone volūtatis. Luce. ij. Bona voluntas que diuine voluntate est subiecta. qua habi ta pax habetur. sicut cera mollis abilis est vt in ea ymago sigilli imprimatur. sic voluntas prompta ad obediēdum quasi materia est totius honestatis. Bernard⁹ In epistola ad fratres de monte dei.

Quicunq; bonam voluntatē habet, totū habet quicquid ei ad bene viuendū op⁹ est/in eadem epistola/Simplicitas volū tatem simplicem et bonā quasi futuri boni in formam materiam in primordio sue cōuersionis auctori suo offert formandā Bern̄. Loquens de hoc verbo. Domine quid me vis facere. hoc plane fratres perfecte cōuersionis est forma/ Paratum inquit cor meum deus. paratum cor meum/ parat⁹ sum et nō sum turbat⁹/vt custodiā mandata tua. et subdit/O verbum breue. sed plenum. sed viuū. ⁊ efficax/sed dignum omni acceptōne/Quam pauci inueniuntur in hac parte obedientie forma./Idem heu plures habemus illius euangelij ceci. quā noui apostoli imitatores/ Quid vis ait domin⁹ ad cecum vt faciā tibi. Quintū est ꝙ ad discipulū mittitur. vt ab eo instruatur. in quo ꝑm Glo. Exemplum discendi datur. et supbia increpatur. vt nullus alium indignum estimet. a quo doceatur quod ignorat. Seneca. Primum documentum vt nullā doctrinam contemnas, nō dedigneris doceri etiā a formica. Prouer. vi. Vade piger ad formicam et disce sapientiā. Sextum ē/ꝙ apertis oculis nihil videbat et erat tribus diebus nō videns. in quo ostensum est/ꝙ oportet eū qui cōuertitur sensum proprium deponere. vt sensuz domi possit recipere/Rom̄. j. Putantes se esse sapientes stulti facti sūt Augustinus. Si dicendo te esse sapientē stultus factus es/dic te stultum et sapiēs eris/Prouerb̄. xxvi. Vidisti hominem sapientem sibi videri/magis spem illo habebit insipiens. sicut nimietas salis deterior est in cibo quā modicitas/sic nimietas terrene sapientie animalis et diaboli ce. potius impedit cōuersionez q̄ simplicitas. Augustinus in sermone. De cōuersione pauli/vt interiori luce fulgeret/cor eius. eiecta est exterior ad temp⁹/subtracta est persecutori vt redderetur p̄dicatori. et subdit causam/ Eo em̄ tempore quo cetera non videbat/iesum videbat. ita vt in eius cecitate misterium informabatur credentiū/quoniam qui credit in xp̄m ipsum intueri debet. cetera nulla cōputare. Creatura vilescat. vt creator dulcescat. Septimum est ꝙ ad manus trahitur, in quo intelligitur exemplū bonum qd̄ multum necessarium ē ei qui cōuertitur/Qui inter malos cōuersantur. quasi ad manū in infernum trahuntur. Seneca. In vitium alter alterum trudim⁹/quomodo ad salutem reuocari possuut. quos vulgus retinet. populus impellit/Illi v̄o qui inter bonos cōuersantur quasi ad manū in paradisum trahuntur/Prouerb̄. xiij. Qui cum sapiētibus graditur sapiēs erit. amicus stultoꝝ similis illis efficietur. Ecc̄i. vij. Discede ab iniquo et deficient mala abste. Eiusdem. xxxiij. Cum viro sancto assiduus esto/quemcūq; cognoueris habere timorem dei/Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea et qui cōcomitauerit superbo induet superbiam. Eiusdem. xiij. Octauum est ꝙ paulus inuenitur orans. Luce. xviij. Oportet semper orare et non deficere. ante cōuersionē debet orare peccator saluatorem. vt operi manuū suaruz dexteram porrigat/et opus manuum suarum non despiciat. sine em̄ respectu misericordie ipsius/peccator nō corrigitur. Ecc̄i. vij. Considera opera dei. ꝙ nemo possit corrigere quem ille despexerit/post cōuersionē vero debet orare vt deus gratiam datam custodiat ei/Cito enim bonum amittitur. nisi a largiente custodiat̄. vt dicit. Grego/poeta. Non minor est virtus. quā q̄rere parta tueri/Nonū est ꝙ surgens baptizatus est. Qui cōuersus est ad sacramenta ecclesie. frequēter debet accedere et ad sacramenta penitētie/Sacramenta fontes gratiarum sunt/Qui enim debito modo ad ea accedit vel gratiam vel augmentum gratie recipit/Isaie. xi. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Decimū est ꝙ accepto cibo cōfortatus est. illi qui nouam vitā inchoant valde necassariū est. vt refectionem spiritualem frequēter recipiant/Verbum dei audiēdo. panis enim est qui cor hominis coufirmat/Multū enim valet panis iste ad augmētū et robur noui hominis. Undecimum est ꝙ ingressus in synagogās p̄dicabat de iesu ꝙ esset filius dī/gratia dei in eo vacua nō fuit. j. Corinth̄. xv. immo in eo strennue operatus est/et hoc commēdabile est in eo. qui ad deum conuertitur/vt feruentur opereter. in epistola ad

fratres de monte dei. Si incipis incipe perfecte. si in profectu es hoc ipsum perfecte agere stude. Sicut enim visus deficit nisi in actum exeat. sicut apparet in illis q̄ diu manent in tenebris. sic virtus deficit nisi operetur. Operibus enim que ab ea exeunt quodāmodo sustentatur. Gratie cōgruit. illud Gen. xxx. Da mihi liberos alioquin moriar Duodecimū est q̄ ipse invalescebat ꝛ confundebat iudeos affirmans. quoniā hic est christus. in quo cōmendatur nobis pseuerantia. Cōmendabilis valde est pseuerantia vbi adest resistentia. pseuerantia ſm Bern̄. Summi regis est filia. Illa enim sola est heres regni eterni. Tantum valet vltimus dies quo aliquis bene viuit quantū omnes p̄cedētes quantum ad hoc. quia si illa die male vixisset tota precedens vita p̄dita esset

In die purificationis Marie Sermo. 47.

Postquā impleti sunt dies purificationis Marie. ꝛc. Hodie recolit ecclesia aliqua retroactis tp̄ibus facta ꝛ insinuat aliqua ex retroactis quotidie fidelibus faciēda. tria recolit iam facta. scilicet q̄ beata virgo diebus purificationis expletis templum ingressa sit/ ꝛ q̄ symeon saluatorem multum desideratum cum gaudio magno suscepit/ ꝛ q̄ saluator cum parentibus suis cum legalibus hostijs domino sit oblat⁹. Memoria primi facti monet fideles vt ad diuina accedant puri. Memoria secūdi facti monet eos vt ad dei bñficia sint deuoti. Memoria tercij facti adhoc monet eos ne in cōspectu domini compeant vacui. Exemplo beate virginis in festo isto debemus esse purificati/ quid prodest remanenti in sua spurcitia recolere q̄ beata virgo templū ingressa est pura ꝛ munda/ licet semper debemus esse purificati. specialiter tamē in festo purificatōis Marie/ festum porcorum non purificationis celebrat qui remanet in immūdicia sua in hoc festo. ꝛ est quasi sus lota in volutabro luti. Luce. vij. Sanctus dominus. ministros sanctos requirit. p̄ma Thessal. iij. Leuit. xx. Sanctificamini et estote sancti quia ego sanctus sum dominus deus vester. Eccī. ij. Qui timet dominum preparabit cor suum ꝛ in cōspectu illius sanctificabit animas suas Ephe. j. Elegit nos deus vt essemus sancti ꝛ imaculati in cōspectu illius. Exemplo symeonis ad dei beneficia debemus esse deuoti. vt de beneficijs a deo p̄missis habeamus magnū gaudium/ ad exhibita non simus ingrati ad exhibenda vero simus parati. Parum prodest homini tepido qui ad saluatorem nullā habet affectionē Symeonis recolere deuotionem. qui saluatorem p̄missum tantū desiderauit ꝛ de eo suscepto tm̄ gaudiū habuit. Filius videt esse perditionis qui non amat amatorē saluatoris. Exemplo parentum christi apparere debemus in conspectu domini fructu iustície pleni. ſm illud p̄s/ Ego autem in iustícia apparebo in conspectu tuo/ Debemus etiam habere luctum et p̄o bonis obmissis et p̄o malis cōmissis Que due species luctus designantur in auibus habentibus gemitum vel rugitum p̄ cantu Luctum etiam debemus non solum habere p̄o malis p̄op̄ijs sed etiam p̄ alienis. Quid prodest seruo ocioso et inutili risum p̄o luctu in valle lacrimaꝝ habenti recolere q̄ parentes christi fructū deo acceptissimum obtulerunt et nihilominꝰ hostias lacrimabiles dederunt. Prouer. xiij. Iracundiam eius inutilis sustinebit Math. xxiij. Seruum inutilem p̄oijcite in tenebras exteriores. Tria predicta habuit symeon. Puritatem habuit cum esset timoratus. Timor enim domini expellit peccatum. Eccī. j. Et in timore domini declinatur a malo. Prouer. xiij. Vacuus coram domino non apparuit. iustꝰ enim fuit. Ad dei beneficia non fuit indeuotus. Erat enim expectans consolationem israel. Ad tria predicta incitat nos dominus Luce. xij. dicens. Sint lumbi vestri precincti/ ꝛ lucerne ardentes in manibus vestris/ ꝛ vos similes hominibus expectāctibꝰ dñm su. qñ reuer. a nuptijs. Ad puritatē pertinet illud. sint lumbi vestri/ ad fructuositatē illud. ꝛ lucerne ardētes in manibus vestris/ Ad deuotionē illud. ꝛ vos similes ꝛc. Primū necessariū est

nobis quantũ ad nosipsos/ Secundum quantum ad ꝓximum/ Terciũ quantũ ad deum. lumbos oportet precingi. id est desideria restringi/ et desideria carnalia/ et desideria spiritualia/ Carnalia desideria sunt lumbi carnis/ Spũalia sunt lumbi mentis. de ꝑmo dr in ps̄. Lumbi mei in ple. sc̄ illu. ⁊ nõ est. s. in car. m./ De scdo dr .j. Pet. j/ Succincti lũbos mentis vestre/ lumbi carnis succingendi sunt fortitudine ⁊ tempantia/ Fortitudine in aduersis/ temperantia in ꝓsperis. Prouer. vltimo. Accinxit fortitudine lumbos suos/ iij. Regũ. xx. Ponam⁹ saccos in lumbis nostris. In saccis asperitates penitentie intelliguntur/ lumbi mentis p̄cingẽdi sunt iusticia et prudentia/ intellectus p̄cingendus est prudentia. ne defluat ad iniquitatem. Isay. xi. Erit iusticia cingulum lumborum eius/ Ad desigandũ ꝙ lumbi quattuor dictis virtutibus precingendi sunt cingulum aaron ⁊ filiorum eius quattuor colores habebat./ Erat em̄ ex iacincto. ⁊ purpura. ⁊ cocco bis tincto/ et bysso retorta. Exo. xxxix./ Iacinctus cum sit cerulei coloris ⁊ nature peruie significat prudentiam./ Purpura que est sanguinei coloris et sanguine tingitur signat/ fortitudinem/ coctus cum sit rubei coloris ꝓcat zelum iusticie/ Byssus cum sit candidi coloris ꝓcat mundiciam temperantie/ hijs virtutibus lumbi viriliter precingendi sunt vnde Job. xxxviij. Accinge sicut zona lũbos tuos et quia fides virtutes has debet dirigere. dicitur Isay. xj. Erit fides cinctorium renum eius/ Lucerne ardentes debent esse in manibus. vt scilicet feruenter operemur et sic lucem boni exempli populo ministremus/ Et notandũ ꝙ in tenebris presentis vite triplex lucerna nobis necessaria est/ Lucerna bone intentionis/ Lucerna verbi diuini/ ⁊ lucerna boni operis/ De prima dicitur. Mat. .vj. Lucerna corporis tui oculus tuus/ Corpus hic dicitur operum congeries eius lucerna est oculus bone intentionis/ De secunda dicitur in psalmo. Lucerna pedibus meis ver. t/ De lucerna bone operationis habet̄ in verbo proposito. et Mat. v. Luceat lux vestra ⁊c̄. Sequitur Et vos similes hominibus. Symeon et alij patres antiqui expectabant primum saluatoris aduentum/ Nos vero expectare debemus secundũ eius aduentum/ Ipsi expectabãt saluatorem qui nuptias celebrauit in vtero virginali. vnde ipse exiuit tanquã sponsus procedeus de thalamo suo. et postea oblatus est in templo. Nos vero expectare debemus qñ ipse reuertatur. de nuptijs que in celo celebrantur./ Ipse expectabat eum qui erat ab omni miseria liberatus/ Nos vero expectare debemus eum qui nos a miseria ꝑ gratiam suam est illustraturus. ⁊ ad gloriam introducturus/ Ad ꝑmum ꝑtinet qđ dixit Viderunt oculi mei salutare tuum/ Ad secundum pertinet ꝙ vocauit eum lumen. Ad tercium ꝑtinet ꝙ vocauit eum gloriã

In Cathedra sancti Petri Sermo. 48.

Exaltent eum in ecclesia plebis ⁊c̄. Et in cathedra seniorum laudẽt eum. psalm⁹. cvj: Nomine cathedre intelligitur pontificatus et dignitas beati petri/ Pro quo dicitur exaltent eum. Quem eum? scilicet dominum pro quo premittit̄. confiteantur domino misericordie eius. ⁊ post subditur. Exaltent eum in ecclesia plebis et in cathedra seniorum. id est apostolorꝫ laudabũt eum/ ideo dicit Augustin⁹/ Hoc dicitur ad magnificentiam festiuitatis hodierne/ In cathedra seniorum. id est dignitate apostolorum hodie sublimatus est petrus/ Considera ḡ petrum in cathedra sublimatum/ ab herodis carcere liberatũ/ martirio coronatum/ Hec sunt tria festa eius. festum promotionis/ festum liberationis. festum passionis/ Hec festa petri ecclesiam videtur erudire/ Unde festum cathedre est ad instructionem p̄latorum/ Festum liberationis ad instructionem actiuorum. Festũ passionis ad instructionem ꝯtemplatiuorum. Considerandum est qualiter ad cathedram sublimatus est petrus/ Non carnaliter. nõ violenter. non symoniace/ Nõ carnaliter quia non ꝑ carnem ⁊ sanguinẽ sicut quidã q̄muis sint infames. tñ a carnalib⁹ introducũt̄ sic̄ abimelech./ Judi. ix

Fest promotio liberationis passion — p̄latos doc actios ꝯtemplatios

Circa quintū notandū ꝙ hoc ꝙ crux dei virtus dicitur potest referri ad quīq3 Pri mo ad hꝫ ꝙ xp̄c in cruce diabolū vicit et ho minē ab illius potestate liberauit ⁊ mortem destruxit. j Coꝝ. j. Quod infirmū est dei for cius est hominibus Scd̄o ad nobiles triū phos quos viri sancti habent per pacientiā Prouer. xv. Melior est paciens viro forti Seneca. Magni animi est iniurias in sum ma pacīa pati. Tercio ad hoc ꝙ signum cru cis vl' memoīra multū valet ꝯ temptatōnes Orige. Tanta est virtus crucis vt si mente fideliter habeat̄ nulla peccati ꝑualere valet īuidia. Si ꝯtinuo ad memoriā eius reuoce mus triūphū tocius effugiet peccati ⁊ mor tis exercitus nullus demonum ꝓpe stare po test videns gladiū in quo deuictus est atq3 deiect⁹ Et notandū ꝙ q̄tuor ligna dicūt̄ fuisse in cruce dñi. Cedrus. cipressus. oliua palma in quibus designat̄ q̄druplex effica tia quā hēt signū crucꝫ vl' mēoria. Prima est ꝙ fugat malas cogitationes qd̄ designatur in cedro q̄ dicitur fugare serpētes Scd̄a ꝙ intribulatione ꝑstat ꝯstanciam qd̄ designat̄ in cip̄sso qui nullius venti inpulsu comam amittit vt dicit. glosa sup illud. Eccī. xxiiij Sic cip̄ssus in monte syon. Tertia amari tudinem penitētie nobis tꝑat qd̄ designat̄ in oliua cuius liquor est cibi condimentum Quarta est ꝙ de hoste triūphat et eū fugat qd̄ signatur in palma. vnde victores solent coronari In hijs q̄tuor casibus cruce nos ꝯsueuimus defendere. vel cum aliqua mala cogitacio surgit. vel cū aliquod ꝑiculū sub ito emergit. vel cum dolor aliq̄s nos arripit vel cū aliqd̄ fantasma dyaboli se nostris sen sibus obijcit. Quarto potest referri ad mira cula q̄ ad signū crucis facta sunt. In inuē tione sancte crucis de q̄ hodie solennizam⁹ Ad ꝯtactum crucis dominice mortu⁹ vn⁹ suscitatus est. cū eīn tres cruces inuēte essēt et dubitaretur q̄ esset crux domini ⁊ tactus fuisset mortu⁹ crucibus latronū qui cū ipso fuerāt crucifixi ad tactū soli⁹ crucis domini surrexit. Quinto pōt referri ad virtutē quā

habet crux in benedictiõibus. Ideo nullus verecũdetur cruce cui ꝓferamus eã vt coro/nam etenim omnia que ꝑm nos sunt ꝑ crucẽ perficiunt. regeneratio ⁊ consecratio ⁊c.

Johãnis ante portam latinam.
Sermo. 61.

QUonuersus petrus vidit aliũ discipulũ quem diligebat ihesus sequentẽ qui et recubuit super pectus eius ⁊ dixit. domine. Quis est qui tradet te ⁊c. Joh. vltio. Filius dei q̃ venit in mundum vt mundus erudiret multos discipulos habuit inter quos vnus carissimus fuit iohannes de quo solẽnizam⁹ Qualis aũt hic discipl's fuerit. ostendit nobis in verbis ꝓpositis. In quibus ꝓmo apparet eius hũilitas referens eã de se que faciũt ad eius laudẽ se nõ nomiauit. Secũdo dilectio magistri ad eum ibi quẽ diligebat ihesus. Tertio familiaritas eius ad magistrum ibi qui ⁊ recubuit supra pectus eius. Quarto auctoritas eius ad alios discipulos ibi et dixit dñe quis est qui tradet te. Humilitas apparet in hoc q̃ de se ranc̃ de altero loquitur. simile habes de paulo. ij. Cor. xij. Scio hominẽ in xpo ante annos quatuordecim sive in corpore sive extra corpus nescio. deus scit raptũ vsq3 ad tertiũ celum. Dis laus in ꝓprio ore sordescit ideo dicitur. Prouerb. xxvij. Laudet te alienus ⁊ non os tuus. Ad vere humilẽ tria pertinent. Primũ est vt bona sua abscondat ꝑm illud Math. vi. Cum oraueris. intra in cubiculum tuum ⁊ clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscondito. Econtrario superbi bona sua ostendunt vt pharisei. Luc. xviij. Jeiuno bis i sabbato ⁊c. Scõm est vt mala sua ⁊ defectus cognoscat ⁊ confiteri nõ erubescat vt faciebat paulus. j. Cor. xv. Non sum dignus vocari apl's q̃m ꝑsecutus sum ecclesiam dei. j. Thimo. j. Qui prius blasphemus fui ⁊ ꝑsecutor ⁊ cõtumeliosus ⁊c. Ecõtrario. Superbus mala sua palleat ⁊ tegit vt adã. Gen. iij. Mulier quã dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno vite ⁊ comedi. Tertium est verus humilis mala sua recognoscendo ⁊ bona sua abscondendo vilis vult reputari nõ humilis ꝓdicari ꝑm verbum Bern. Econtrario. superbus si qua opa facit humilia ex eis videri appetit ꝑm illud glorioſa res est humilitas q̃ palliari appetit superbia ne vilescat Johannes qui ꝑfecte humilis fuit lectionẽ quã a magistro audiuit. s. humilitat⁊ Matth. xi. Discite a me q⁹ mitis sum ⁊ humilis corde. Deus retinuit ⁊ ideo gratiam magistri habuit. humilib⁹ em. deus dat gratiã. Jacobi. iij. Ipse fuit iohannes ⁊ re ⁊ nomine Johãnes interpretat⁊ in quo est gr̃a Specialiter dilexit eũ xpc Si magnũ est diligi ab hoie magno. quantum est tunc diligi a deo. Non diligebat eũ q⁹ solũ eũ diligeret sed q⁹ plus omnibus diligeret eũ. et q⁹ maiora signa dilectiõnis oñdebat ei. nõ affectu carnali nec q⁹ erat ꝓsanguine⁹. sz affectu spirituali. Et potest assignari triplex ratio hui⁹ ostẽsionis. Prima est q⁹ iunior ceteris apl's munduz reliq̃rat. qõ valde gratum erat deo Treno⁹. iij. Bonũ est homini cũ portauerit iugum ab adolescentia sua. de primis fructibus fiunt exenia grata magnatib⁹. Michee vij. Preciosas ficos desiderauit aia mea. pater minori filio magis applaudit sic xpc maiora signa dilectionis iohãni ostendit. Secunda est q̃ ꝑfectius ceteris discipulis carnis voluptatẽ reliquit. Est enim virgo electus a dño. ipse sponsam ꝑ xpo reliquit vocatus est em de nuptijs vt ait Hiero. Ideo q⁹ pro xpo carnales delicias reliquerat q⁹ volebat vt in eo solaciũ haberet. Bern. Delicata est diuina consolatio. nec datur facile admittentibus alienã. Tertia ratio est q⁹ cõtemplationi plus alijs animũ suũ dabat. vñ ceteris scribentibus que erant humanitatis ipse scripsit que erãt diuinitatis ideo ꝑ aquilam figuratus est. Ezech. j. et Apoc. iij. Ostẽdit maiora signa dilectionis christus marie q̃ marthe ⁊ iohãni q̃ petro. ipse em erat magistro magis familiaris. Tria aũt fuerunt signa familiaritatis. Primuz q⁹ supra pectus ei⁹ in cena recubuit. Scõm q̃ matrẽ carissimã in cruce ei cõmendauit. patri animam virgini vero virginẽ beatã Tertiũ vero fuit q̃ sine dolore martirij voluit eũ finire vitã q⁹ aia eius parũ carni adherebat quasi sine dolore sepata fuit. Et quia familiarior erat xpo ideo inter discipulos magne fuit auctoritatis. vñ petrus caput apl'or q̃ ꝑ se interrogare ausus nõ fuit ꝑ iohãnẽ interrogauit annuens ei q̃ quereret quis eũ traditurus esset Solebat petr⁹ ñ solũ interrogare sz etiã respondere christo aliquando pro omnibus

Math. xvi. Tu es christus filius dei viui ⁊ alibi. Et si omnes scandalizati fuerint in te. ego nunq̄ scandalizabor tunc nō ausus fuit interrogare. forsitā qr corripies dn̄m de sua passione dure fuerat ab eo redargut⁹. Mathei. xvi. Quc petrus habuit mediatorez ad xp̄m. studeamus habere intercessorem ⁊ mediatorē in curia celesti tanq̄ ⁊ regi ⁊ regine familiarissimū qui nepos est regine et quasi filius. Dixit enim christus matri de ip̄o. Ecce filius tuus ipse cognatus est regis ⁊ quasi alter ipse quē matri sue pro se dimisit. Ip̄e negocium salutis nostre efficacissime procurare poterit. Alios sermones require in alio festo sancti iohannis

De beato Dominico confessore.
Sermo. 62.

Enoch ante trāslationem habuit testimonium placuisse deo. Heb. xi. Studiū ⁊ desiderium omniū hominū ad hoc debet esse vt deo placeant pro dei placito placitū faciant ⁊ pro deo placidum relinquant. Sapiēs. Est virtus placidis abstinuisse bonis. sic suum placitum perfecte obtinebunt illud scz qd̄ anime sūme placet qd̄ sic placet ꝙ nūq̄ vel nulli displicet cui⁹ ꝯparatiōe alia placentia displicentia sunt. Scd̄m magnitudinē eius cui placere querūt debet esse magnitudo studij ⁊ desiderij eorū. Hiero. in epl'a. Tanto maiori studio placendi opus est. quāto maius est placitū. licet studiū ⁊ desideriū omniū hominū debeat esse ad placendū deo maxime tn̄ clericoꝝ ⁊ religiosoꝝ. Primo qr multa desideria placētia reliquerūt vt ei totaliter intenderēt ⁊ amplius ei placerēt. p̄ma Coꝝ. vij. Qui sine vxore est solicitus est que dei sunt vt placeat deo. qui aūt cū vxore est solicitus est q̄ sunt mūdi quō placeat vxori ⁊ diuisus est. Scd̄o qr stare habent in cōspectu dn̄i q̄ habēt ministare deo qd̄ valde periculosum est q̄bus iratus est dn̄s. Principes huius seculi vix possunt sustinere ꝙ illi quibus offensi sunt veniāt ante eos. Quid ḡ cū ante regē regū q̄si ꝯtinue stat q̄ eum offendit Abac. j. Mūdi sunt oculi tui ne videas malum ⁊ ad iniq̄tatē respicere nō poteris. Eph̄ ij. Elegit nos deus vt essemus scti ⁊ immaculati in cōspectu illius. Dauid. Ero immaculatus cū eo. de hijs q̄ licet d̄o displiceāt tn̄ stant in ꝯspectu illius ꝯquerit̄ dn̄s. ysa. lxv. Ppl's qui ad iracūdiā me ꝓuocat ante faciē meā semp est. qn̄ dn̄s diu sustinuit aliqn̄ hac de causa eos iterficit s̄m illud. Leui. x. Scificabor ego in hijs q̄ appropinquāt mihi. i. sctūs apparebo pctā eoꝝ nō dissimulabo sed de illis vindictā sumā. Tertio qr deū p̄ alijs hn̄t placare vnde oportet eos deo placere. bern. Nō placas si nō places cur ḡ sacerdos Idem. ve filijs ire q̄ nō dū reconciliati sunt officiū recōciliationis sibi assumunt. Ecc̄i. xliiij. In diebus suis placuit deo ⁊ in tp̄e iracundie factus est recōciliatio. Clericis ⁊ religiosis frequēter ponēdū est ante ocl'os cordis speculū sacre scripture vt si fuerit in eis feditas aliqua videāt eā ⁊ remoueāt. Hiero in epl'is. Impossile est deo quēq̄ posse placere q̄ q̄d ei placeat ignorat fieri etiā pōt vt obsequēdi officio offendat q̄ quō obseq̄ debeat ante nō didicit. frequēter etiā recognoscēdi sunt ab eis viri scti q̄ deo excellēter placuer̄t vt imitando eos deo placeāt qr s̄m verbū senece nisi ad regulā praua nō corriges. de numero viroꝝ deo excellēter obsequentiū fuit btūs dn̄icus de cuius translatiōe hodie solēnisamus ad quē verbū ꝓpositū referre volumus qd̄ dicit apl'us de enoch q̄ fuit septimus ab adam ⁊ satis ꝯpetenter pōt ad eū referri: cū ip̄e fuerit valde sil'is enoch. Scd̄m hunc modū loquēdi vocat veritas iohannē helyā. Math. xi. Oēs ꝓphe ⁊ lex vsqz ad iohannē ꝓphetauerūt ⁊ si vultis recipe ip̄e est helyas. Eiusdē. xvij. Dico vobis helyas iā venit ⁊c. tūc itellexerūt discipuli ꝙ de iohāne baptista dixisset eis. Beatus dn̄icus fuit enoch s̄m nois interpretationē. interp̄tatur em̄ cū deo ambulās vel edificās. Proficiendo de virtute in virtutē cū deo ambulauit. predicatiōe sua fidē edificauit. ecōtra cū dyabolo ambulāt dū in malo ꝓficiūt q̄ quāto a deo plura bona recipiūt tanto magis postpositi sunt. Ps̄. Supbia eoꝝ q̄ te oder̄t ascēdit semp Enoch ante translationē habuit testimoniū placuisse d̄o. Sz btūs dn̄icus etiā ante translationē ⁊ in trāslatione ⁊ post. testimoniū habuit placuisse deo. Nūc de hijs in q̄bꝫ fuit sil'is enoch ꝓseq̄mur Sex q̄ d̄ enoch possumus habere ex scriptura sacra. Primū est ꝙ fuit fidelis. Heb. xi. Fide enoch translatus est. Scd̄m est ꝙ cum deo ambulauit.

Gen. v. Terciū q timore iudicij homies ad penitentiam incitauit. vnde legitur in Cano. iude. pphetauit aūt de his septim⁹ ab adam dict⁹ enoch. Ecce venit dñs in sanctis milibus suis facere iudiciū cōtra oēs t arguere omnes impios ꝛc. Quartū q deo excellenter placuit. Sap. iiij. Placens deo factus est dilectus t viuens int peccatores translatus est. Eccl. xlix. Nemo natus est in terra qualis enoch. Quintum est q translatus est. Sextū est q gentibus sapientiā est datur⁹. de hijs duob⁹ legitur Eccl. xliij. Enoch placuit deo et translatus est in paradysum. vt det gentib⁹ sapientiam. Quantum ad primū fuit beatus Dominic⁹ similis enoch qz fuit valde fidelis cum vitam suam ad fidei defensionem expendere voluit. vt ptra hereticos fidem defendere posset. ipe patriam suam reliquit in terrā ambigētiū venit vbi multos labores. multas irrisiones sustinuit. periculis multis se exposuit. abstinencijs imoderatis corpus suum afflixit. intelligens em̄ q heretici magne abstinētie simplices homines decipent. vt eis posset resistere quādoq; p totam quadragesimā ieiunauit in pane t aqua et sup tabulam nudam iacuit. Ipse ad defensionem fidei ordinē pdicatoꝝ instituit Quantū ad hūc zelum fidei multi ministri ecclesie sunt ei valde dissimiles. fidem in se pimētes. t in alijs impugnātes. Fidem in se pimit qui mala opera agit. Fides em̄ sine operibus mortua est Jaco. ij. Fides dicit deo. illud Gen. xx da mihi liberos alioquin moriar Bern. Bene places deo tue fidei interfector. fides est pmogenita virtutum. vnde q̄si pmogenitā dei occidit qui fidem hñs mala opera agit. Mali ministri ecclesie vita sua fidēimpugnāt. q̄si maximū argumētum qō habēt heretici ptra fidem catholicam est eoꝝ mala vita. dicim⁹ em̄ siqdem domino crederent non sic viuerēt. qs credit alicui si cibum aliquem delicatum venenatum asserit t tā cito illū comedit. nūquid videbit hoc dixisse vt sol⁹ illū comedat. Job. vi. An gustare aliquis poterit qō gustatū afferat mortē? Preterea quā securitatē habet hō simplex q sacerdos mētiat quē scit nō timere fornicari vel adulterari vel symoniā pmittere. Et licz pstaret de sacerdote malo q nollet decipe mentiendo. tū timeri pōt ne ipse decipiat. pt̄m em̄ hoiem excecat Aug⁹ Erzat quisqs veritatem se pgnoscere putat. si adhuc neqter viuat. cū modicū pulverz iniectum oculo corpis. ei⁹ visum impediat quid pt facere magna moles terrā occupans iniecta oculo ecclesie. Quomodo clare videt ille in quo ignis pcupiscentie est. ex quo multus pcedit fum⁹ Quomō sapiētie lumen ad eos venit qui spurcicia manuum suaꝝ illud a se pbibent. Eccl. j. Concupiscens sapiam. serua iusticiam t deus prebebit illam tibi. Eiusdē. xxvij. Volatilia ad ei similia pueniunt t veritas ad eos q̄ opantur illam reuertetur Apoc. iij. Collirio vnge oculos tuos vt videas. Collirio oculi vt videant vnguntur cum ad agnoscendā veri luminis claritatē intellect⁹ nostri aciem meditatōne bone opationis adiuuam⁹. Quantū ad scōm fuit similis enoch Vere em̄ cū deo ambulabat qō tribus de causis potest intelligi dictū. Primo quia dei offensam solicite euitauit. Secūdo quia deo ppter se adhesit. Tercio quia deo valde familiaris fuit. Offensam dei solicite cauit. viuens ac si deum iuxta se videret. ꝟ. Quisqs es q̄ turpe facis q me spectante ruberes. Cur spectante deo nō magis ipse rubes. Boeti⁹ Magna nobis si dissimulare nolum⁹ indicta est pbitatz necessitas. cū agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis Michee. vj. Indicabo tibi o homo quid sit bonū et quid deus requirat a te. vtiqz facere iudicium et iusticiam et diligere misericordiam et solicite ambulare cum deo tuo. Ille cum deo ambulat quē iniquitas ab eo nō separat cū innocēt viuat. Hiere. lix. Iniquitates vestre diuiserūt int vos et deū vestrū. ps. Innocētes t recti adhe serunt mihi. Et notandum q quidam ambulant contra deū. quidam ante deū. quidam post deū. quidam cū deo. Cōtra deum ambulat qui mundū vsqz ad dei cō temptū amat. Amicus enim hui⁹ mundi inimicus dei constituitur. Jaco. iiij. Job. xv. Curzunt aduersus deum erecto collo et pingui ceruice armati sunt. In colli erectione intelligitur amor preeminentie In pinguedine vero rerum affluētia quia

aliqui armant̃ qui in malis suis se defendunt. Supbia currit in infernũ. sic̃ humitas in padysum. Aug⁹ Ue homini cuius auriga est supbia. necesse est em̃ vt p̃ceps eat. Nauicula petri ꝓ magna parte vento superbie agi videtur. Unde timendum est ne scopulis illidatur ⁊ frangatur. Pro magna parte sui. nimis querit altitudinẽ secularem. vnde timendũ est ei de ruina. Prouer. xvij. Qui altam facit domũ suã querit ruinam. hodie abominatio stat in loco sancto ĩ multis ecclesijs Mat. xxiiij Cum videritis abominationẽ desolationis que dicta est a Daniele ꝓpheta stantẽ in loco sancto. q̃ legit intelligat. Abominatio est secularꝫ altitudo. ꝟm illud Luc̃. xvj. Quod altum est apud homĩes abominatio est ante deũ. Ante deũ ambulat qui ꝑ viam delicatam ⁊ latam portam intrare vult regnum celoꝝ. cum xp̃c per artam viam ⁊ angustã portam intrauerit Mat. .xij. Cõtendite intrare ꝑ angustam portã quia lata est porta ⁊ spaciosa via que ducit ad perditionẽ ⁊ multi sunt qui intrant ꝑ eã. ⁊ angusta ⁊ arta ẽ via q̃ ducit ad vitã Luce. vlt̃. Nonne oportuit pati christũ ⁊ sic intrare in gloriã suã. Frustra molliorẽ vitam speram⁹ nisi qua p̃cesserit eamus. Joh. xv. Mementote ꝟmonis mei quem ego dixi vobis. Non est ꝟuus maior domino suo. Ante xp̃m volebant ire filij zededei volentes ꝯregnare sed nõ compati Math. xx. Similiter ⁊ petr⁹ volens impedire christi passionẽ cui dictum est Uade post me sathana Math. xvj. Post deũ ambulant penitẽtes Math. xvj. Siq̃s vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Cũ deo vero ambulant innocẽtes. ꝟm illud Apoc̃. iij. Habes pauca nomĩa in sardis qui non inquinauerũt vestimẽta sua. ambulãt mecũ in albis quia digni sunt Sic beatus Dominic⁹ cũ deo ambulauit qui virginitatẽ toto tempe vite sue seruauit. Aliter etiam cum deo ambulauit quia ei ꝓpter se adhesit. Uidentur multi in ecclesia ambulare cum deo qui poti⁹ ambulãt cum diuicijs. Quãdo canis ambulat cũ duobus simul euntibus nescitur quis sit dominus eius sed si se sepauerint tunc agnoscitur quia canis sequitur dominũ suum. Sic dum in ecclesia sunt diuicie nõ agnoscitur quis christum sequatur vel diuicias. Sed tempe antixp̃i cum fiet sepatio diuiciarum ab ecclesia tunc agnoscet̃ tunc derelinquetur filia syon vt vmbraculum in vinea. et sic̃ tugurium in cucumerario. Isa. j. beatus Dominic⁹ sicut erat dominic⁹ nomĩe. sic voluit esse dominic⁹ re ⁊ vt totaliter esset domini. diuicias voluit relinquere sciens illud esse verum. nõ potestis deo ꝟuire ⁊ mãmone Math. vj. Mammona syra lingua diuicie Chriso. Diuicie a dei seruitute nos expellunt in suam captiuitatẽ. vnde ps̃. Uiri diuiciarum dicunt̃ auari. Et sic̃ beat⁹ dominic⁹ vere fuit domini sic voluit adherentes sibi vere domĩ esse. vnde ei competit illud Exo. xxxij. Si quis domini est iungatur mihi. ⁊ subdit. Ponat vir gladium super femur suum ite ⁊ redite de porta ad portam ꝑ medium castroꝝ. ⁊ occidat frater amicum ⁊ ꝓximũ suum. Qui vere domini est nõ habet amorẽ nimiũ ad nepotulos suos. ĩmo si sciret placitum deo esse. esset paratus occidere filium suum Gen̄. xxij. Luce. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrẽ suum ⁊ matrẽ. ⁊c̃. nõ potest meus esse discipul⁹. Item beat⁹ dominic⁹ cum deo ambulauit q⁊ cum deo fuit valde familiaris. de die nullus ei ꝯmunior. de nocte nullus eo in orõne feruentior. De die intẽdebat opibus misericordie. de nocte orõni ⁊ ꝯtemplatõi. ps̃. In die mandauit dñs misericordiã suã ⁊ nocte canticũ ei⁹.

Quantũ ad terciũ fuit similis Enoch p̃dicator fuit valde feruens. vnde mater eius antequã ipsum cõciꝑet vidit in somnis se gestare catulum accensam in ore faculam baiulantem q̃ totũ mundũ incendere videbatur. Ipse opus apostolicum angelicum ⁊ diuinum. scꝫ predicationẽ q̃ ꝑ negligẽtiã prelatoꝝ quasi extincta erat. suscitauit. istud op⁹ apostolicũ erat. ꝟm illud. j. Coꝝ. j. Nõ misit me d̃s baptizare sꝫ euãgelizare. glo. Aug. ꝑfecte baptizare etiã min⁹ docti p̃nt. ꝑfecte aũt euãgelizare mlto ẽ difficilioris ⁊ rarioris opis. Adh̃ q̃ aliq̃s ꝑfctẽ euãgelizet optꝫ q̃ tot⁹ a spũ scõ occupet̃. vt. s. scĩa sit ĩ intellctũ. caritatꝫ. dulcedo ĩ ꝟmõe. lux boni exẽpli in ope Op⁹ istd̃ est angelicũ Lu. ij. Dixit angel⁹

Euangelizo vobis gaudiū magnū. ⁊ illō Isa. lxi. Euangelizare paupib⁹ misit me. Opus etiā diuinū est cum filius dei hoc opus exercuit Marci. j. Eamus in ciuitates ⁊ vicos ꝓximos vt ibi ꝑdicem. ad hoc em̄ veni. Exercuit autem excellenter hoc opus ad modum ꝓmoꝝ ꝓdicatorum ecclesie apostoloꝝ scz. cui excellentie aureola debetur. vnde sup illō Exo. xxv. Et sup illam coronam aureolam alteram dicit Interliniarꝫ. In hac figuratur eoꝝ remuneratio qui in doctoribus excellunt Nunquid habituri sunt aureolam doctores cupidi et auari qui ꝓtemptū temporalium verbo ꝑdicant. ⁊ contrariū exemplo malo agunt. qui vt videtur ꝓtemptū temporaliū ꝑdicant verbo vt soli habeāt qui potius mām̄one q̄m deo seruiunt. ꝓncipal'r em̄ ꝓ tempalib⁹ operantur. qui hic mercedē suam recipiunt. que est ratio vt cumuletur ei merces in futuro qui h̄ ꝓpus recipit q̄z mereatur. Sed quid erit de ill' qui diuicias nō habēt defacto. sed tantū habent eas in desiderio. Sed nunq̄d illi inter excellentes doctoꝛes numerādi sūt videtur q̄ non. Sicut ille qui habet integritatem in carne. ⁊ coꝛruptionē in mēte manēs talis nō est dign⁹ aureola Hiero. Nihil ꝑdest b̄e virginitatē si mente q̄s nupserit. Quantū ad quartū fuit beatus Dominic⁹ filius Enoch. excellenter enim deo placuit. cū habuerit fidem viuā. ꝓuersatōnē purā. doctrinā sanā que tria ꝓcipue placēt deo. Fides adeo placet ei q̄ sine ea impossibile est placere ꝺo Hebre. xi. Ecci. j. ⁊ q̄ō b̄ñplacitū est illi fides et māsuetudo Puritas etiā multū placet ei Cañ. ij. Qui pascit inter lilia. Zelus etiā aiaꝝ multū placet ei. nullū em̄ sacrificium mai⁹ est deo q̄z zelus aiaꝝ. vt ꝺt glo. Bre. Ezech. x. Sume tibi sartaginē ferreā. habuit beat⁹ Dñic⁹ añ translatōz testimonium placuisse deo a p̄re ⁊ filio. tria em̄ sūt q̄ testimoniū dant in celo. p̄. verbū. ⁊ ꝓ̄us sanct⁹. j. Joh. v. P̄ cui attribuit potētia dedit ei testimoniū dādo ei virtutē in miraculoꝝ opatōe. Filius cui attribuit sapia q̄ ⁊ ꝙbū p̄ris ꝺr dedit ei testimoniū in sapiē tz ꝙbi āministratiōe. Spūssanct⁹ cui attribuit bonitas dedit ei testimoniū in bona ꝓuersatōe. In trāslatōe ꝙo sua testimoniū habuit odoris mirabil' q̄ de ei⁹ coꝛpuscullo exiuit. cum fetoꝛ ꝑm natura ab eo exire ꝺberet Et notandū q̄ diuersis sanctis dedit dñs diuersa testionia placētie sue vl' in morte vel p⁹ morte. aliquib⁹ dedit testimoniū lucz. vt ioh̄i euāgeliste ⁊ andree super q̄s lux magna in morte apparuit Aliq̄bus ꝙo testioniū vnctōis vt nicolao ⁊ katherine. Aliq̄b⁹ ꝙo testimoniū odoris vt btō dñico Et ꝓueniēt institutoꝛi ordinis ꝑdicatoꝝ fratrū tale testioniū datū est cū odoꝛ boni exēpli multū ncēi⁹ sit ꝑdicatoꝛibus. vñ dicebat ille egregi⁹ ꝑdicatoꝛ. xp̄i bon⁹ odoꝛ sum⁹. ij. Coꝛ. ij. ⁊ monebat ad ℔ thymotheū ⁊ tytū. j. Thy. 4 Exēplū. g̃ fideliū esto ⁊c̄. Thy. ij. In omīb⁹ p̄be te exemplū bonoꝝ opm. q̄ h̄t docēnā bonā ⁊ exemplū malū sedet in cathedra pestilentie. Papi⁹ defect⁹ b⁹ odoris erat. cū dñs dedit eccl'ie btm̄ dñicū Multū em̄ nocet ecclesie dei q̄ illi q̄ h̄ñt eā docere ꝓ magna pte fetoꝛe mali exēpli eā coꝛrūpūt Hier. lj Ecce ego ad te mons pestifer q̄ coꝛrūpis vniuersam terrā. valde ꝓueniēs fuit vt de coꝛpe illo vñ dū viueret. exierāt ꝙba sapie ad cui⁹ aromaticitatē oñendā. spūssctūs redolentib⁹ vtik Eccī. 24. exiret etiā post mortē suauis odoꝛ ⁊ nō fetoꝛ. nō fuerat in vita ipi⁹ sepulcꝛ patēs guttur ei⁹. ideo p⁹ mortē ꝓuenient nō fetoꝛ. sed odoꝛ suauis inde exiuit. placentie cā fuit trāslatio. Et possum⁹ distinguere triplicē translatōz ei⁹ Prima fuit de loco piculi in locū securitatis. Scōa de loco laboris ad locū quietz ℔ fuit in trāsitu ei⁹ de mūdo ad celū. eadē em̄ die ⁊ hoꝛa q̄ defunct⁹ est oñsus est cuidam fratri ascensus aie ei⁹ in celū. Tercia fuit trāslatio coꝛpis eius de loco būili ad locū honoris de q̄ solennizam⁹. Circa sextū notandū q̄ enoch nō est trāslat⁹ sibi soli. sz vtilitati eccl'e. vt tpe neēitatz ei⁹ subueniat. tpe em̄ antixp̄i mittet ei datur⁹ sapientiā. qꝛ tūc ei ꝓsulet ꝑ astucias antixp̄i Sic btūs dñic⁹ nō sibi soli trāslat⁹ ē sz vtilitati eccl'ie. vt scz subueniat ei in suis necessitatib⁹. Et notandū q̄ magna fiducia debet h̄ri in eo. nō em̄ deest ei volūtas subueniēdi vel facultas cū beat⁹ dñic⁹ tm̄ fuerit ꝓpassus pctōrib⁹ cū eēt i p̄ti vita. q̄ p salute eoꝝ pauptati. laboꝛib⁹ se exposuerit. ꝓsil'e est q̄ adhuc velit iuuare eos

Pietas em̄ eius nō est diminuta sz potiꝰ augmētata quoniā ante fontē mīe assistit. Preterea caritas que ē ignicul⁹ h̄. camī⁹ est in paradyso. ipse vendidit libros suos. qñ erat in scolis scolaris et p̄ciū illoꝝ distribuit paupib⁹. Preterea ipse nouit per expientiā infirmitatē humanā q̄ tm̄ hodie abundat ꝙ nō sic antiq̄tus. verisil'e est ꝙ velit humilib⁹ subuenire. Potestas ꝟo subueniendi nō deest ei. multū em̄ de⁹ amat modernos sanctos q̄ abūdante tanta malicia in mdo sanctitatē ꝓuauerūt et valde magni meriti sunt apud deū. Rogem⁹ eū qui deo excellēter placuit. vt impetret nobis vt h̄ placeam⁹ deo.

De beato Barnaba.

Sermo. 63.

Vos amici mei estis si feceritꝫ que ego p̄cipio vobis Joh. xv. Oībus rebus humanis anteponēda est amicicia. vt d̄t sapiēs Ecc̄i. vj. Amico fideli nulla est cōpatio ⁊ nō est digna ponderatio auri ⁊ argenti. Venit deus in mdm vt amiciciam hominū sibi adq̄rat. rogauit hoīes vniuersitate creaturaꝝ vt eū amarent. Aug⁹ Dñe celum terra ⁊ omnia que in eis sunt dicūt mihi vt amem te nec cessant hoc dicere oībus. Mandauerat eis ꝑ moysen ⁊ ꝓphetas vt eū amarent. tandem venit ip̄e ⁊ multiplicis beneficij exhibitiōe ⁊ eterne gl'ie ꝓmissiōe amicos sibi adq̄rere voluit adq̄siuit amiciciā apl'oꝝ de q̄ꝝ nūero fuit btūs Barnabas cui⁹ hodie festū celebram⁹. Docuit etiā homines quomō amiciciam dei possent adquirere. doctrina vero ista nobis hodie in euāgelio recitatur. cū dicit. Vos amici mei estis ⁊c̄. In hoc ꝙ deus amiciciā hominū dignatur querere apparet nobis ei⁹ magna benignitas. Si pauper querat amiciciam diuitis non est miranduz qꝛ eo indiget. sed cum deus sit ditissim⁹. homo pauperrim⁹. mirum est ꝙ deus qui bonoꝝ nostroꝝ non eget querit amiciciam hominis. Ps̄. Domīe quid est homo quia memor es eius Job. vij. Quid est homo qꝛ magnificas eū ⁊c̄. Aug⁹. Dñe q̄d sū ego vt me amare te iubeas ⁊ nisi hoc faciam irritaris et minaris mihi ingētes miserias. Ad hāc questionem quid est homo. Respondi potest ꝙ homo est res fragilis naturaliter. Isa. xlj. Omnis caro fenum. pauꝑ gratia. gratie enim gutta datur ei. Math. xiij. Si habueritis fidem sicut granum sinapis ⁊c̄. abundās in culpa Gen. 8. Sensus et cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescētia sua. plena miseria Job. xiiij Homo natus de muliere ⁊c̄. Circa dei amiciciam tria nobis attendenda sunt. scilicz quare multum debeat honorari. quomō possit adquiri. quibus signis valeat percipi

Circa p̄mum notandū ꝙ amicicia est multum optanda. quia valde est honorabilis et multum vtilis et durabilis. Si magnum est esse seruum regis terreni. q̄m magnum est esse seruum regis eterni. q̄m magnum est esse eius amicū. Ps̄. Nimis honorati sunt amici tui deus. non solum honorati sunt in celo sed etiam in mundo Maior honor exhibetur modico pulueri amici dei q̄ꝫ vni magno terreno principi. Ad querendā d̄i amiciciam laborabāt omnes sancti in mundo isto. Valde vtilis est hec amicicia. Amicis em̄ d̄i omnia sunt quasi amica. prosunt em̄ eis. Roma. viij. Scimus quoniā diligētibus deum omnia coopantur in bonum ⁊c̄. ecōuerso inimicis dei omnia quasi sunt inimica. Ipsimet sunt sibi inimici. ps̄. Qui diligit iniquitatem odit animam suam Ecc̄i. xxj Fatuo non erit amicus In futuro magis apparebunt iste inimicicie quādo pugnabit orbis terraꝝ cōtra insensatos. Sap̄. v. Gregori⁹. Offenso creatore omīs creatura damnatū habet odio. ipsi sancti qui multum amauerunt peccatores in mūdo isto letabuntur cum viderint vindictam. Durabilis est amicicia ista. Morte enim nō deficit sed crescit. p̄ma Coꝝ. xiij. Caritas nunq̄ꝫ excidit. Aug⁹ in libro ꝯfessio. loquens de hoc amico. nemo te amittit nisi qui dimittit. Circa secundū notādum ꝙ dei amicicia adquiritur. Primo deum amando. Prouer. viij. Ego diligentes me diligo Joh. xiiij. Qui diligit me diligetur a me et a patre meo. Secūdo mādata eius implendo. iuxta verbū ꝓpositū Vos amici mei estis ⁊c̄. et maxime implēdo preceptum de dilectione. de quo promissum est. hoc est preceptum meum ⁊c̄.

Tercio q̄ ipse diligit diligēdo. ⁊ que ipse odit odiēdo. ipse diligit bonū gr̄e. ⁊ odit malum culpe. ps̄. Qui diligit dn̄m odite malū. De mal' ad q̄ ht̄ spēale odiū. habet̄ puer. vi. Sex sunt q̄ odit dn̄s. ⁊ septimū detestat̄ aīa ei⁹. Oculos sublimes ⁊c̄. Septimū qd̄ detestat̄ est semiare inter frēs discordiā. Per ꝯriū vero intelligas ꝙ specialissime amat eos q̄ int̄ frēs ꝓcurant ꝯcordiā vel amiciciā. Signa q̄bus amicicia diuina ꝑpendi pōt sunt hec. vnū est cū aliq̄s ht̄ ad verbū dei magnū amorē vt illud libēter audiat. meōriter teneat. ope impleat Hiero. Qui diligit diliget̄ ⁊ custodit bn̄placitū suū. Luc̄. x. Maria sedēs sec⁹ pedes dn̄i audiebat verbū oris illi⁹ Eiusdem. ij. Maria ꝯseruabat oīa verba hec ⁊c̄. Joh. xiiij. Qui habet mādata mea ⁊ seruat ea ille ē q̄ diligit me. Alid̄ signū ē cū aliq̄s pijs libēter largit̄ bona sua. j. Joh. iij Qui habuerit hui⁹ mdi sub̄am ⁊ viderit fratrē suū necessitatē hr̄e ⁊ clauserit viscera sua ab eo qūo caritas dei manet in eo. Cant̄. vlt̄. Si dederit hō omnē sub̄am suā ꝑ dilectione q̄si in hoc despiciet eā. Aliud signum est cū mala libēter sustinet ꝑ d̄o Gen̄. ij In igne ꝓbat̄ aur̄ ⁊ argentū. hoīes v̄o receptibiles in camino humiliatōis. i. pena interrogat si q̄s veraciter amat beat⁹ Barnabas ad v̄bū dei magnū amorē habuit. q̄ sicut legit̄ in vita ipsi⁹ euāgelium Mathei secū ferebat ⁊ impositōne man⁹ ⁊ euāgelij infirmos curabat. bona sua libēter ꝑ xp̄o dedit q̄ vendito agro suo p̄ciū ad pedes apl'or̄ posuit. Act̄. iiij. Mala ꝑ xp̄o libēter sustinuit q̄ voluntarie iuit vbi se sciuit moritur̄ esse ⁊ ꝑ xp̄o passur̄ ⁊c̄.

De beato Geruasio ⁊ Prothasio Sermo. 64.

Eritis odio oībus hoīb⁹ ꝓpter nomen meū. q̄ aūt ꝑseuerauerit vsq̄ in finē salu⁹ erit Mat. xiij. Hodie monet eccl'ia fideles ad sustinentiā malor̄ h⁹ mdi v̄bo ⁊ exēplo in euan⁹ vbi doctrina saluatoris exhortās discipulos ad sustinētiā malor̄ recitatur. exemplo ī hoc ꝙ sustinētia beator̄ martir̄ Geruasij ⁊ ꝓthasij recolitur. In v̄bis v̄o ꝓpositꝫ saluator discipul' malū qd̄ passuri erant p̄us p̄nunciauit dicēs Eritꝫ odio ⁊c̄. Scd̄o ad tolerantiā spe salutis eos animat dicens. Qui ꝑseuerauerit ⁊c̄. s̄m Greg Jd̄o mala eis denūciat vt eos min⁹ ꝑturbēt veniētia q̄ fuerint p̄scita Min⁹ em̄ iacula feriunt q̄ p̄uident̄ ⁊ nos tolerabili⁹ mdi mala suscipim⁹ si ꝯ hoc ꝑ p̄scie clipeū ꝯmunimur. Grauis tribulatio fuit p̄mis de eccl'ia ꝙ ab hoīb⁹ obruebant̄. Grauior v̄o erat q̄ odiebant̄ ab his a q̄bus debebāt diligi. vn̄ ante v̄ba ꝓposita. Tradet aut frat̄ fratrē in mortē ⁊ pat̄ filiū ⁊ ꝯsurgūt filij in ꝑentes. ⁊ morte eos afficient Grego. minorē dolorē mala ingerunt q̄ ab extraneis inferunt̄. plus v̄o in nobis ea seuiunt que ab illis patimur de quor̄ mentibus p̄sumebam⁹ quia ⁊ cū damno corꝑis mala nos cruciāt amisisse caritatem. Hinc est ꝙ d̄ iuda dn̄s dixit. Si inimicus meus maledixisset mihi ⁊c̄. Item hō pacis mee in quo sꝑaui ⁊c̄. Grauissima fuit tribulatio q̄ a mdo odiebantur q̄ ab eo erant diligendi. scꝫ q̄ nomen ih̄u bonū. salubre hoībus ⁊ gloriosū portabāt Circa odium qd̄ ht̄ md⁹ ad s̄uos dei. Notandū ꝙ serui dei nō debent de h̄ mirari hijs de causis. Primo q̄ ip̄m dominū md⁹ odiuit Joh. viij. Si md⁹ vos odit. scitote q̄ me p̄orē vob̄ odio habuit. Aug⁹ Magna ꝯsolatio mēbris ex capite Mat. x. Nō est discipul⁹ sup̄ magistr̄ suū nec seruus sup̄ dominū suū Joh. xv. Mementote s̄mones mei quē ego dixi vobis Nō est s̄uus maior dn̄o suo si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequent̄ ⁊ qd̄ grauius solet esse mundus sine causa ip̄m odio habuit. iuxta illud. ps̄. Odio habuerunt me gratis. immo odio eum habuerunt. vn̄ eum diligere debuerūt. s̄m illud. Posuerūt aduersum me mala ꝑ bonis ⁊ o. p. d. m. Scd̄o quia mali homines huius mundi seipsos habent odio. Unde non est mirum si alios odio habent Ecc̄i. iiij. Qui sibi nequā cui bonus? ꝙ mali se habeant odio. patꝫ ex hoc ꝙ mali amant scꝫ sua vicia. Qui amat vicium odit animam. Ps̄. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Tercio ꝙ mali odiūt maiores amicos quos habent Mich̄. vij. Inimici hominis domestici eius. Nonne odit vsurarius vxorem et filios et filias dum eos iugulat. faciendo eos ꝯsentire pctō suo. Osee. ix.

Effraim ꝺducet ad inꝛfectoꝝ filios suos Quarto qꝛ boni nõ sunt de hoc mꝺo. iꝺo nõ est mirum si mundus odiat eos tanq̃ extraneos. sicut canis solet odire extraneos canes supueniẽtes Joh. xv. Ego dedi eis ꝑmonẽ meũ ⁊ mꝺ⁹ eos odio habuit qꝛ de mꝺo nõ sꝛ. ⁊ ipsi si de mꝺo fuissetis mꝺ⁹ qꝺ suũ erat diligeret. qꝛ ꝟo de mꝺo ñ estis ꝓꝑꝛea odit vos mꝺs. Quito qꝛ boni sunt mꝺo dissiꝛes. dissiꝛitudo ꝟo occasio est odij sic siꝛitudo amoris Eccĩ. xiij. Oẽ aĩal diligit sibi siꝛe. Sap. ij. Grauis ẽ nobis ad videndũ qꝛ dissiꝛis est alijs vita illius. Sexto qꝛ boni sunt mꝺo ꝯrij testificãtes ꝯ ipm Jo. 8. Nõ ꝑt mꝺ⁹ vos odisse me aũt odit. qꝛ testimoniũ ꝑhibeo de illo qꝛ opa ei⁹ mala sũt Mali siꝛes sunt auib⁹ noctis. vñ odiũt lucẽ bonoꝝ opm. ⁊ spẽaliter lucẽ sancte doctꝛne Joh. xiij. q̃ male agit odit lucẽ Job. 24. Si subito apparuerit aurora arbitranꝛ vmbrã mortꝫ Amos ij. Odio habuerꝛt corripientẽ in porta. iij. Reg. penꝛ. Dixit achab de michea. Ego odi eũ qꝛ nõ ꝓphetat mihi nisi malũ Isay. 30. Loq̃mĩ nob placentia. Septĩo qꝛ mali habẽt palatũ cordꝫ infectũ de febre iniq̃tatis. ⁊ ideo bona q̃ eis deberent placere displicẽt ⁊ sapida sꝛ eis amara Mich. iij. Odio habebitꝫ bonũ Isa. v. Ve q̃ dicitis malũ bonũ ⁊ bonũ malũ. ꝓuer. xiiij. Amlans recto itinere ⁊ timẽs deũ despiciꝛ ab eo q̃ infamis g̃ditur. Eiusdẽ. 29. Aboĩanꝛ impij eos q̃ in recta via sunt. Ph⁹ q̃dam cũ diceret ei. hoĩes te ꝯtẽnunt. ait nec illi asinos nec ego eos curo. Sene. Malis displicere laudari est. Idem. Nõ dũ felix es si turba te nõ deridet. boni nõ solũ pacienꝛ sꝫ etiã libẽter ⁊ letãter sustinere ꝺbẽt odiũ maloꝝ. cũ ꝟitas dicat. Bti eritis cũ vos oderint hoĩes Luc. vi. Diligẽdi erãt q̃ nomẽ saluatoris portabãt cũ valde bonũ sit ⁊ multũ vtile hoĩb⁹. ps Expectabo nomẽ tuũ qm̃ bonũ est in ꝯspectu sanctoꝝ tuoꝝ. Sanctꝫ q̃ nõ hñt palatũ cordꝫ infectũ de febre iniq̃tatꝫ valde suaue est nomẽ illud Bern̄ sup illꝺ Cañ. iij. Oleũ effusum nomẽ tuũ. ihs mel in ore. ĩ aure melos in corde iubil⁹. cui⁹ fons lacrimaꝝ siccat⁹ inuocato noĩe ihu ꝯtinue erit vberior. fluxus suauior. Nomẽ ihs ẽ bonũ timẽti suã dãnatõꝫ. amãti suã salutẽ. nomẽ est salubrimũ Act. 4. Nõ est aliꝺ nomẽ sub celo datũ hoĩb⁹ in q̃ opteat nos saluos fieri Non est hoc nomẽ erubescibile sꝫ gl'iosum. terribile ꝟo est demõib⁹ Mat. 8. Quid nob ⁊ tibi fili. cur venisti añ tẽp⁹ torq̃re nos In h̃ noĩe facta sunt miracula Mat. vlt. In noĩe meo demonia eijciẽt. In h̃ noĩe impetrabãt apl'i qꝺ ꝺꝛ Joh. xv. Quidq̃d petieritis pr̃em in noĩe meo dabit vob ꝛc. Sequtur. Qui ꝑseuerauerit vsq̃ ĩ finẽ ꝛc Multum amplectẽda est ꝑseuerãtia. hanc sacra scriptura multũ ꝯmendat Apoc. ij. Illud qꝺ hẽtꝫ tenete donec veniã. In eoꝺ Esto fidelis vsq̃ ad mortẽ ⁊ dabo tibi coronã vite. Eiusdẽ. iij. Tene qꝺ hẽs vt nẽs accipiat coronã tuã. Perseuerãtia bõa ꝯꝛuat. sicut dissolutio ꝑseuerãtie bona dissipat. ꝓuer. xix. Qui mollis est ⁊ dissolut⁹ fraꝛ ẽ opa sua dissipantꝫ Mollis est q̃ cedit malis. Dissolut⁹ est q̃ nulli⁹ amore ligat⁹ ẽ ad bonũ. Aug⁹. magnũ donũ dei ꝑseuerãtia q̃ dona cetera ꝯꝛuanꝛ. Perseuerãtie dya⁹ maxĩe insidiaꝛ. sciens q̃ illa sola coronaꝛ. Bern̄. in epl'a Scias dyabolũ soli sp ꝑseuerãtie ĩsidiari. quã solã ꝟtutẽ nouit coronari Gen̄. iij. Tu ĩsidiaberꝫ calcaneo ei⁹. ⁊ Coꝝ. xi. Vn⁹ accipit brauiũ. s. ꝑseuerãs Bern̄. ꝑseuerãtia est singularꝫ filia summi regis. virtutũ finis ⁊ ꝯꝛuatio. Grego. in mor. Incassum bonũ agiꝛ si añ terminum vite deseraꝛ qꝛ ⁊ frustra velociꝛ currit qui ꝑusq̃ ad metas veniat deficit. Vltimus dies ꝑseuerantis plus videꝛ valere q̃ oĩa q̃ ꝑcesserunt. si em̃ illa dies defecisset precedentia ꝑdidisset.

De beato Johanne baptista Sermo. 65.

Parauĩ lucernã xp̃o meo. inimicos aũt ei⁹ in duã ꝯfusi. Verbũ est dei pr̃is Circa qꝺ verbũ tria sunt nobis attendẽda. s. que fuerit hec lucerna. Qualiter parata ⁊ q̃ ipsi⁹ sic ꝑate fuerit efficacia. Primũ ostendit Aug⁹ di. hec lucerna est Johãnes baptista ꝑco ꝟbi. ꝑanimph⁹ sponsi. lucerna xp̃i. Idem ostendit saluator Joh v. dicens de iohe Ille erat lucerna ardẽs ⁊ lucens. Bern̄. tm̃ lucere vanũ. tm̃ ardere paꝝ. ardere ⁊ lucere ꝑfectũ. arꝺre ⁊ nõ lucere ꝑuersum. nõ lucere nec ardere nec

feruere sed fumū emittēdo fetere pestifex Inuenitur lumen sine ardore vt quercus putrida lucēs in tenebris. in lumie ꝙo nō sic. Inter malos lucent aliqui qui habēt aliq̄d de genere bonoꝝ. vt castitatē corpa lem ipsi tñ sunt in multꝫ vicijs. Ꝑm etiā lumen eoꝝ qñqꝫ est tenebre cū sinistra intē tōe ꝓtineāt Mat. vi Si lumē qđ in te est tenebre sūt. hoc lumē vanū est lumē ⁊ sine calore. In luna inest lumē qđ vanū est q̄ntū ad hoc q̄ crescit ⁊ ꝺcrescit. tale est lumē eoꝝ q̄ laudes hoīm ꝓcupiscūt Berñ. Qui ꝓscias suas in alie nis labijs ponūt mō magni mō nulli sunt ſm q̄ adulantiū liḡuis vel vituparе pla cuit l' laudare. Eccī. xxx. Sapiēs manet in sapia. sꝫ stultus vt luna mutat. vñ ferue re parū est sup. ij. Coꝝ. viij. Prouideam⁹ bona nō solū coꝝā deo sꝫ etiā coꝝā hoibus ꝺt glo. ꝓpter nos ꝓscia nr̄a sufficit nobis. ꝓpter vos aūt fama nr̄a nō pollui sꝫ polle re debꝫ in nob. Due res sunt ꝓscia ⁊ fama ꝓscia tibi. fama ꝓximo ꝓdest q̄ ꝓscie fidēs famā negligit crudelis est. Ardere ⁊ luce re ꝓfectū est. si lux ex ardore ꝓcedat. si ꝙo feruoꝝ ꝓcedat ex splēdore est puersū Berñ in sermōe. Nō ait lucens ⁊ ardēs. qz iohā ni ex feruore splendoꝝ nō feruoꝝ ꝓdūt ex splēdore ḡ qui nō sunt qz nō lucent qz fer uent sꝫ magis feruēt qz lucēt. At isti plane feruēt nō spū caritatꝫ sed studio vanitatꝫ fumū emittēdo fetere pestiferū Maiores eccl'ie sunt ei⁹ lucerna Mat. v. Vos estꝫ lux mūi Sꝫ hec lucerna in magna ꝓte ex tincta est fumū emittēs pestifex dū malo exēplo subditos corrūpit Iere. lj. Ecce ego ad te mons pestifer q̄ corrumpis vni uersam terrā. legit in libro de na. aialiū. q̄ equa ad fumū candele aborciuū facit exē plo maloꝝ prelatoꝝ eccleſia suos amittit Lucerna xp̄i sꝫ Johes accensa est in ei⁹ sanctificatōe sꝫ fuit sub modio dū ipe fu it in vtero materno. Manifestata ꝙo ē in ei⁹ ꝓdicatōe. visa ꝙo est extingui in ei⁹ de collatōe. vere ardens ⁊ vehemēter accen sus qñ sic ꝓoccupauit flumia celestꝫ fontꝫ vt iam xp̄i sentiret aduētū q̄ nec dum po terat sentire seip̄m. Idē. fuerat iohes tūc lucerna ardens sꝫ adhuc sub modio potu it in illo tpe solū illuminare modiū suum sꝫ lucerne . Quis tibi indicauit matrē domini mulier sancta vt facta esset in q̄t. vox salutatōis in auribꝰ meis exultauit ꝛc. Qualiter hec lucerna ꝓata sit ꝓpendi ip̄t si attendatur a quo sit parata ꝛc. Parauit eam deus p̄ sicut nouit eā esse pandā. pa rata ē xp̄o dño q̄liter ei decuit . fulsit hec lucerna triplici lumine sꝫ lumine multi plicis ꝓgratiue. De ei⁹ ꝓgratiuis rec̄ re in seq̄nti sermōe. Erit magn⁹ ꝛc. Item fulsit lumie doctrine. Berñ. Johem nō p dicatio sꝫ in spiratio quē repleuit spūssan ctus in vtero matrꝫ. Item habuit verba ignita vt helyas Luce. iij. Ipse ꝑibit ā te eum in spū ⁊ virtute helye Eccī. l. ⁊. ꝓl viij Surrexit helyas ꝓpheta q̄si ignis ⁊ verbū ei⁹ q̄si facula ardebat. fulsit etiā vita boni exempli. De exemplis ꝙo q̄ nobis mīstrat octo ponere sufficiat. Primū ē abstinētie Luce. iij. Vinū ⁊ sicerā nō bibit Mat. iij Esca eius erāt locuste ⁊ mel silueſtre Ei⁹ dem. xi. Venit iohes nō manducās neq̄ bibens Scōm exemplū fuit vestimēti aspitas et vilitas Mat. iij. Johes hēbat vestimentū de pilis camelo. Eiusdē. xj. Quid existꝫ videre in deserto hoiem mol libus vestitū. q. d. nō. glo. Seru⁹ dei non ꝺz hꝫ vestimentū ad decorē vel ad dele ctationē. sꝫ tm̄ ad tegendū in decorem. Terciū est exemplū puritatꝫ angelice vir go em̄ fuit. terciū seq̄tur duo p̄cedentia. Dyabol⁹ victus de gula nō tentat de libi dine. vt ꝺt glo. sup Mat. iij. ꝓpter hanc puritatē vocat angelus Malach. vlt. et Math. ij. Ecce ego mitto angelū meum.

Quartū est exemplū fugiēdi mōm Lu. iij. ꝺz de ipso q̄ erat in deserto vsq̄ ad tē pus ostensiōis sue in israel. pſ. Ecce elō gaui fugiēs ⁊ māsi in solitudine. Duplex fuit ratō q̄re in desertū fugit ne sꝫ oculꝰ visurus saluatorem videret mundi vani tatem ⁊ ne leui saltem maculare vitam fa mine posset. Quintum est exemplū hu militatis qui cum tante fame esset q̄ xp̄c posset credi confessus est se non esse xp̄m. sed eius vocē. Gregoriꝰ in omelya loq̄ns de ipso cum tante inquit virtutis esset vt christus credi potuisset. elegit sibi soli ꝺo subsistere insuper ne humana opinione inaniter raparetur supra se. Signum eti am eius hūilitatis fuit q̄ ait Joh. iij. Nō sum dignꝰ vt soluā corrigiā calciamēti ei⁹

Sextũ est signum ꝯstantie. Math. xj. Quid? existis in desertũ videre arundinẽ vento agitatã. q. d. nõ. nã audacter ꝟitatẽ dixit ⁊ constanter mortem ꝓ ea sustinuit.

Septimũ est exemplum zeli boni. fuit aũt zelus ei⁹ ordinat⁹. ꝑmo ꝯtra peccata ꝓꝓria nõ ꝙ iã cessarẽt sꝫ ꝙ nõ essent. Bern̄ Considera hoiem angelico ꝓmissum oraculo. ꝯceptũ miraculo sanctificatũ in vtero ⁊ nouum in homine nouo pnie mirare feruorẽ. Apostolica ꝑfectio hñtes alimẽta ⁊ q̃bus tegamur hijs ꝯtenti sim⁹. Joh. hoc ꝯtempsit Audi dominũ Johes inq̃t venit non manducans neqꝫ bibens. plane nec vestiens. sicut ei non est locus nisi sorte aliquoꝝ irrõnabiliũ aĩalium. sic nec pil⁹ cameli humanũ est indumentũ. Bern̄ quid nos irratõnales sicut reptilia cibos exq̃ri⁹ delicatos Johes sanct⁹ hõ missus a deo. ĩmo angelus sicut ait pr̄ quo maior nullus inter natos mulieꝝ. sanctissimum corp⁹ sic castigat sic affligit sic attenuat. Zelum habuit ꝯtra aliena peccata vñ genimina viperaꝝ ꝛc̄. Octauũ est exẽplũ deuotõis in deo amantissim⁹ ⁊ deuotissimus fuit. Qui ad vocationẽ christi ad se exultauit. in iordane eum baptizatur⁹ cõtremuit. sic ei⁹ exemplo in aduentu xp̄i ad te ĩ mẽbris suis exultes ⁊ ad res sanas reuerentissime te habeas Malach. ij. Leui a facie nominis mei pauebat Seq̃tur de efficacia hui⁹ lucerne q̃ est ꝯfusio inimicorũ xp̄i Ad lr̄am testimoniũ Johis mlt̄os ꝯfudit iudeos ⁊ adhuc põt ꝯfundere eos Math. ij. Baptism⁹ iohis vnde erat? e celo an ex hoĩb⁹. ⁊ subdit̄. ⁊ respõdẽtes dixerunt. Nescim⁹. quidq̃d ei rñdebant videbant sibi ĩminere ꝯfusionẽ. quesierũt a iohe quis eẽt. Joh. iij. Et credidissent ei. si dixisset se esse xp̄m. Joh. v. Vos voluistis iohannẽ exaltare in luce eius vt crederetis eum esse xp̄m. vt dicit Intli. Vñ multo magis ei credere debuerũt ferenti testimoniũ de alio. Multo em̄ ampli⁹ valet testimoniũ alicui⁹ ꝓ aliquo q̃ꝫ ꝓ se. Testimoniũ etiã iohãnis ꝯfundere p̄t multũ inimicos xp̄i. Venerat iohãnes domino parare plebẽ ꝑfectã et ideo ꝑfecte abstinebat a vicijs et fulgebat virtutib⁹. Multi cũ simile officium habeant in contrariũ agunt. ꝛc̄.

De eodem. Sermo. II. In ordine. 66.

Amen dico vobis nõ surrexit maior iohãne ꝛc̄. Math. xi. Verbũ illd̄ ꝓtulit ipse saluator dñs noster ihs xp̄c ad laudem p̄cursoris sui in quo miro modo extollitur ipse beat⁹ iohes. tũ ꝓꝓter laudãtis certitudinẽ. tum ꝓꝓter laudis magnitudinẽ. ꝓꝓter laudantis certitudinẽ qꝛ ip̄e laudauit qui nescit mẽtiri. nõ adulari nec falli põt. ꝓꝓter quod dicit. Amen dico vobis ꝛc̄. q. d. Certitudine assero non ex relationis fama. nõ ex suspitionis cõiectura. nõ ex simulatõꝫ apparẽcia sed ex certa sciencia. sicut dicitur Joh. ij. Ipse em̄ iesus sciebat quid essꝫ in homine. ip̄e eni viuus ſmo dicit̄ et efficax. in ei⁹ conspectu nulla latet creatura. ⁊ verbũ eternũ cui ãtequã crearent̄. omnia sũt cognita. ꝓꝓter magnitudinẽ laudis extollit̄ qꝛ excepto christo et eius sanctissima matre null⁹ ei p̄ponit̄ qd̄ apparet in sentẽtia verboꝝ ꝛc̄. Sꝫ libꝫ nostrũ q̃ntus sit ille q̃ sic extollit̄ ⁊ magn⁹ p̄dicat̄ ab eo qui nõ mentit̄ ⁊ dũ considero Joh. nascentem ex vtero video ipsum magnũ magnitudine ãmirabili. talis est magnitudo singularꝫ p̄uilegij ꝛc̄. beatus Johãnes dicit̄ magn⁹ ideo qꝛ format⁹ a potentia patris altissimi ⁊ si omnes pater altissim⁹ formauit adiuuãdo nat̄am hũc specialiter formauit admirãdo sup̄ naturam Luc. iij. Zacharie ⁊ elizabeth nõ erat filius eo ꝙ elizabeth esset sterilis et ambo ꝓcessissent in dieb⁹ ꝛc̄. ⁊ ita iohes nat⁹ est de sterili ⁊ vtero senectutis ⁊ ideo format⁹ a potentia dei patris. ꝓꝓter qd̄ in ꝑsona ei⁹ dicit̄ Isay. xl. Et nũc hic dicit̄. Dñs formans me ab vtero. Ratio autem quare format⁹ est a patre altissimo qꝛ p̄ire debebat xp̄m in diuino testimonio. nõ hũano Ipse em̄ dñs dicit Joh. v. Ego testimoniũ ab homie non accipio sed testimoniũ accipit̄ a iohãne. ergo Johes non tm̄ hõ sed etiã plus q̃ꝫ homo qꝛ diuin⁹ hõ ⁊ formatus a d̄o qd̄ est ꝯtra eos q̃ min⁹ sunt q̃ꝫ homo qꝛ beluin⁹ hõ. Eccl. iij. Dixi de filijs hominũ vt ꝓbaret illos de⁹ ⁊ ostenderet eos similes esse beluis. Vnde recte cõuenit ei qd̄ dicit̄ Job. iij. Erat vir ille ma

gnus inter omēs oriētales. Oriētales sūt qui habitāt iuxta ortū solis. tales fuerūt apostoli ⁊ alij discipuli q̄ fuerunt tēpe xp̄i inter omēs t'les fuit beat⁹ Johes magn⁹ ⁊ isti fuerūt magni viri in terra. Beatus ḡ iohes adeo magn⁹ fuit in terra. vt vere dictum sit inter natos mulier⁊ rē. Magnus etiā scdo q̄ visitatus a p̄sentia ꝓbi incarnati. si etem̄ a verbo multi visitant spūal'r iste specialit' a verbo visitat⁹ est coꝛpaliter dicit em̄ Luc. iij. q̄ postq̄ maria cōcepit abijt in montana rē. ꝓpter fuiendi desiderium sciens q̄ q̄nto q̄s maioꝛ est tāto dz esse humilioꝛ. vñ ei⁹ filius nō venit ministrari sed ministrare Math. x. Hic datur exemplū subfuiendi Glo. Discant sancte mulieres quā sedulitatē debeāt p̄gnātib⁹ cognatis. verbum incarnatum in vtero virginis venit ad btm̄ Johannē in vtero sterilis. vnde ipsum salutauit. ⁊ ipse resalutādo exultauit. et quasi curialis seruus dñm suū ad se venientē cū hylaritate ⁊ reuerentia suscepit. Ratio aūt q̄re visitat⁹ est a verbo. qꝛ ip̄m p̄ire debebat in vocali officio fm q̄ ipe dixit de se Joh. iij. Ego vox clamantz rē. Vox recte dicebat qꝛ sic vox exp̄mit verbū in coꝛde ꝓceptū ⁊ manifestat sic beatus Johānes verbū natū ⁊ absconditū in carne. Si ḡ magna vox est q̄ magnū verbū annunciat. recte Johes p illā vocem intelligit. de q̄ Apoc. ix. Audiui q̄si vocem magnam tube rē. Vox tube mag. vox aq̄ maioꝛ. vox tonitrui maxima Johes ḡ fuit vox maxia vt inter natos mulier⁊ nō surꝛexit maioꝛ rē. Magn⁹ tercio qꝛ sanctificat⁹ a gr̄a spūssancti et si multi sanctificant in baptismo iste tñ specialiter sanctificatus est in vtero. de quo dz Luc. v. Spūsancto replebit. vñ recte ꝓuenit ei qd dñs dixit Hiere. iij. Priusq̄ te formarē rē. Nō aūt q̄re sanctificat⁹ est a spūsancto est. qꝛ p̄ire debebat xp̄m in spū ꝓphetico. fm q̄ dz Luc. j. Preibis añ illū in spū ⁊ virtute helye in spū scz ꝓphecie et virtute prudētie. vñ Luce. vij. Prophet⁹ magn⁹ surꝛexit ī nobis. vere magn⁹ quia plus q̄ ꝓpheta. Magn⁹ quarto qꝛ noiat⁹ a lingua angeli domini. cū em̄ alij noient impositōe humana Beat⁹ iohes noiatus est denoiatōe angelica. vñ Luce. vij. Angelus apparuit zacharie ⁊ dixit ei rē. huj⁹ nomis denūciato⁊ angelus fuit sed deus imposuit qd in p̄sona Johis dz Isay. xv. Dñs ab vtero vocauit me rē. Ratio q̄re noiat⁹ ab angelo est. qꝛ p̄ire debebat xp̄m in actu angelico. fm q̄ de ipso dictū est p Malachiā ꝓphetā. iij. Ecce ego mitto angelū meū. Si igit magnū dñm Johes denūciabat ⁊ viā eius parare venerat. recte illi ꝓuenit qd de dño dz Isay. ix. fm aliam translationē vocabit magni ꝓsilij angel⁹. vere angelus magn⁹ in ꝓsilio. magnus in puidentia ⁊ adeo magnus vt inter natos mulier⁊ rē. Cōsidero etz scdo beatū iohez ꝓuersantē in mūdo ⁊ video ip̄m magnitudine mirabili q̄lis est magnitudo meriti. Magn⁹ fuit btūs iohes nō p̄sidētia dominij. hac dicit homo magn⁹ ex potentia Ille ꝓo dz magn⁹ qui ꝓculcat magnū aduersariū ⁊ talis est Joh. Act. vij. ⁊ puer. xix. Melioꝛ est patiens viro rē. Aut qui subiugatur p humilitatē ⁊ ideo q̄nto aliquis humilioꝛ tanto domin⁹ maioꝛ fm q̄ dicit Math. xxiij. Quicunqz humiliauerit se. hanc magnitudinē habuit beatus Johes qꝛ cum tantus esset vt ab hoib⁹ putaretur xp̄s. ipse non solū se xp̄m negabat sed fuū inutilē ⁊ indignū se reputabat. vnde dicebat. post me veniet qui ante me fact⁹ est. ⁊ cui⁹ nō sum dign⁹ soluere coꝛrigia calciamenti eius. hoc est extraneū inter omnia obsequia. hāc magnitudinē imitari dēbē fm cōsiliū sapientz Eccī. iij. q̄nto magn⁹ es rē. Sed istam magnitudinē nō imitāt p̄sumptuosi q̄ sunt magni coꝛde. ꝓtra q̄s dz Job. xij. Quid te eleuat coꝛ tuum. ꝓtra tales est illud ꝓpie dauid Dñe nō est exaltatum coꝛ meū. Relinquam⁹ istam falsam magnitudinē ⁊ imitemur Johem p humilitatem vt simus magni. Magn⁹ etiā fuit excellencia magisterij. hic dicit homo magnus ex sapiētia Ille ꝓo magn⁹ magist⁹ est qui facit qd docet fm illud Math. v. Qui fecerit ⁊ docuerit rē. bene dz. q̄ fecerit vñ aliq̄s quātūcunqz doceat q̄ntūcūqz sciat nō est magn⁹ nisi faciat. vñ ⁊ Ibidem dz. Qui soluerit vnum de mandatz istis minimis rē. nō solum minim⁹ immo etiā null⁹ voca. q̄ntūcunqz sit scīēs Hanc magnitudinē habuit beat⁹ Johes. qd em̄ docuit ꝓius fecit. qd bene innuit Lu. iij Factū est verbū sup Johem. nō dicit dictū

vidit in gloria sua. ¶Ite in die cene cum dñs oraturus secessisset a discipulis dicens sede te hic donec vadã illuc ꝛ orẽ. ꝛ assumpto petro ꝛ duobus filijs zebedei. cepit contristari ꝛ mestus esse. ¶Ipse adhuc viuens multum terribilis fuit demonibus. Unde dixerunt nos non possumus festucam attingere que in cubili tuo ẽ. ¶Ipse christo pro se passo primus inter apostolos vicem reddidit ab herode occisus. Actuum. xij. Occidit iacobuz fratrem iohannis gladio. quid retribuam dño ꝛ subditur Calicem salutaris accipiam ꝛc̃. In hoc nõ modicũ honorẽ deus ei fecit q ipm pro eo inter apostolos primo martirium sustinere voluit ꝛ ad gloriã prior peruenit. ¶Solent barones pro dono petere vt primum bellum habeant. Magnus honor est pro xpo pati. ad Phil. j: Uobis donatũ est pro xpo nõ solum vt in eum credatis sed vt etiam pro illo paciamini. Actꝰ. v. Ibãt apli gaudentes a conspectu consilij q̃m digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. ¶Ipse in miraculis et subuentionibus fidelium post mortem prerogatiuam habuit. ¶Ad cõmendationem ipsius faciunt verba proposita. quesiuit dns ab eo ꝛ fratre eius an calicem bibere possent quem ipse erat bibiturus. qui calix ipsi domino terribilis fuisse videtur. cum diceret. pater si possibile est transeat a me calix iste. Math. xxvi. Ipsi tamen confidenter responderunt. possumus. in quo apparet eorũz magnanimitas. Sancti ad sustinendum pro christo multum feruentes fuerunt vt patet in paulo. Actuũ. xxi Paratus sũm ait non solum alligari sed etiã mori pro nomine iesu. ꝛ thomas. Johi. Eamus ꝛ moriamur cum illo. ꝛ hij dicunt possumus. ¶Triplici ratione sancti multum pertulerunt. Primo propter amoris magnitudinem quem ad christũ habuerunt. Amor em magnus fecit vt multũ vellent ꝛ ideo multũ possent. Gen. xxix. Uidebantur iacob dies pauci pre amoris magnitudine quibus pro rachele fruiebat. Aug⁹. Omnia seua ꝛ immania prorsus facilia ꝛ prope nulla facit amor Bern. Qui amat ardentius. currit velocius ꝛ peruenit cicius. ꝛ in libro de spiritu ꝛ anima dicitur. q amor est p desiderium currẽs. ꝛ per gaudium requiescens. per desiderium in appetendo. per gaudium in fruendo. Ideo aliqui in hijs que ad deum pertinẽt parum possunt quia parum volunt. Ipse martirium cõpleuit ipsa die ꝛ hora. qua dominus passus est scz. viij. kal. aprilis. vnde dicit Calixtus papa. ꝛ erat dies annũciationis dñi. et. viij. kalendas augusti. translatus est ad compostellũ ꝛ tertia kal. ianuarij sepultus. ¶Uoluit autem ecclesia eius festum octaua kalendas augusti tempore magis congruo celebrari. ¶Alia causa est q multum de deo confidunt. ꝛ ideo a deo adiutoriũ magnum recipiunt. Bern. q̃ tocius in bonis domini fiducie pedẽ porreteris. eo cicius possidebis. ysa. 61. Qui sperãt in dño mutabunt fortitudinem Fortitudo dñi quodãmodo est dum eos iuuat. Bern. Nil omnipotentiã verbi clariorẽ reddit. q̃ q omnipotẽtes facit. oñes qui in se sperant. fiducia in deo viuentiũ fortissimos reddit. vnde dicebat vincentius tyranno. dei virtute videbis me plus posse qui torqueor. q̃ possis ipse qui torques. ¶Tertia causa est. quia a deo consolationẽ recipiũt. q amaritudines tribulationum eis dulcorat. Bern. Quẽ non obtemperabit dulcedo illa que mortẽ q̃q facit dulcissimã. Ad phil. iij. Omnia possuz in eo qui me confortat. ꝛc̃ ¶Ecõtrario varijs de causis mali nõ possunt ea que facilia sunt. ¶Una est ignauia. Josue. xviij. Quo adusq marcessitis ignauia. ¶Secunda est debilitas ex infirmitate relicta. In psal. Infirmata est in paupertate virtus mea. ¶Tertia est a cibo spirituali abstinẽtia nimia. Psalmus. Aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. ¶Quarta est alterius oneris grauitas. vt accidit in eis qui onus graue ꝛ praue consuetudinis sibi assumpserunt. ideo onus christi leue portare non possunt. qõ figuratur per eum qui emerat iuga boum quinq ꝛ non poterat venire. Luce. xiiij. Pone grauissimam sarcinã pone molam asinariam. pone quinq iuga boum. non hominũ qui sunt insipienter onusti. ¶Quinta est premij celestis vilipensio. ista causa est in eis q̃ pro nihilo habuerũt terrã desiderabilem. Augustinus. Labor deterret. vide mercedem. qui agnoscunt premiuz libenter implent preceptum. Gen. penultio. vidit requiem q esset bona. ꝛ terram q esset optima. ꝛ suppossuit humerum ad portandũ ¶Sexta est defectus diuini adiutorij. que causa accidit in hijs qui se fingunt. quorum infirmitatẽ spiritussanctus nõ iuuat. Sap. j.

Spūssanctus discipline effugit fictū/ Septimū est impedimentū irrisoriū ⁊ dissuasionum mūdanaꝝ. quibus hoīes pusillanimes nimis credūt. Duplex solet aūt esse causa huius pusillanimitatis. Una est amor placendi mundo. Seneca Desines timere si sperare deseris/ Alia ē error ꝙ credunt esse timēdū. qđ pocius est deridendū/ Derisiones malorum quas bonis faciunt contēnende sunt ⁊ deridende/ Ridiculū est ꝙ ceci derident videntes ⁊ claudi recte ambulātes/ Seneca. Equo animo audienda sunt impiorum cōuicia. ⁊ ad honesta vadenti. cōtemnēdus est ipse contemptus/ Prouerb. xxiij. Ambulās recto itinere. ⁊ timens deum despicit ab eo qui infami graditur via/ Eiusdem. xxix. Abhominant impij eos qui in recta via sunt. nō solū nō sunt timēde irrisiones immo etiā appetende. Seneca. Non dum felix es si turba nō dū te deridet/ Item nō ꝙ multis. sed quibus placeas cogites. ¶ Item notanduz ꝙ quinqz de causis solent strenue operari q̄ ꝓpter corporis vtilitatē operant. ⁊ istis de causis strenue operari debēt qui in seruitio dei operantes salutez anime sue desiderant/ ¶ Una causa est quia laborant in ꝓprio opere. vt in ꝓprio agro. vel vinea fructum multuz habeant hac de causa strenue debēt operari qui pro salute anime sue operant/ quia talia opera ꝓprie sunt eorum. de hijs em̄ veruz est Apoc. xiiij. Opera illorum sequuntur eos. Ambro. Non sunt bona hominis q̄ secū serre non potest. sola miscđia est comes defūctorum/ ¶ Scđa causa est cum maioritati laborz rūdere dz maioritas mercedis hac đ causa strenue operari debēt qui salutez suā querūt. nunquid enim propriam mercedem recipient ꝑ m suuz laborem. j. Corinth. iij/ ¶ Tertia est causa. cum breuitate temporis artantur. hac de causa debēt etiam strenue operari q̄ salutem suam querunt. quia nesciunt q̄z diu hoc poterunt. Gal. vi. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes/ maxime autem ad domesticos fidei. Ecci. ix. Que potest manus tua instanter operare/ ¶ Quarta est causa cum redire volunt in gratiaz domini quā offenderunt/ hac de causa strenue operari debemus quia in multis offendim⁹ omnes j. Johānis. Si dixerimus quia peccatum non habemus nosmetipsos seducim⁹ ⁊ veritas in nobis non est ⁊c/ ¶ Quinta est cū corā tremendo dño de labore reddēda est ratio/ hac de causa etiam strenue operari debemus. Bern. Omne tempus tibi impensum requiret a te qualiter fuerit expensum/ Job. xxxi. Quid faciā cū surrexerit ad iudicandū deus. ⁊ cū quesierit quid respondebo ei.

¶ De beato petro ad vincula.
¶ Sermo. I. In ordine. 75.

Quodcunqz solueris super terram erit solutum ⁊ in celis. Math. xvi. Tria festa celebrat ecclesia ad honorem beati petri/ Primum est festum cathedre eius/ Secundum martyrij. eius/ Et tertiū festum hodiernum qđ dicitur festum petri ad vincula/ in quo festo recolit ecclesia quō petrus vincula corporalia in carcere herodis sustinuit/ a quibus eum dominus miraculose liberauit. ⁊ hoc in epistola hodierna recitatur. in euangelio vero recolitur quomodo potestatem soluendi vincula spiritualia a christo suscepit/ In matutinis autem recitata sunt que dominus fecit in vinculis petri/ Sicut enim dominus eum miraculose de vinculis liberauit. sic et multa miracula deus per ipsa vincula fecit/ ¶ Primum pertinet ad petri bonitatem/ Secundum ad eius potestatem quā in hac vita habuit/ Tertium ad potestatem quā habet in celo existens/ Primo monemur vt mala pene fortiter sustineam⁹/ Secundo vt mala culpe odiamus ⁊ destruamus/ Tertio vt đo adhereamus. ⁊ eum honorare studeamus q̄ seruos suos vsqz ad glorificationem pro penis adducit. ¶ Circa primum notandum ꝙ ille quem dominus in carcere in vinculis penalibus ponit. vt illa vincula pacienter sustineat/ attendere debet corpus suum stultum esse. vel pocius insanum. ⁊ ideo in vinculis esse ponendum/ ne forte sibi vel alteri noceat. ne se in aquam vel ignem precipitet/ Prouerbioꝝ. xxx. per tria mouetur terra. ⁊ quartum sustinere non potest ⁊c. per stultū cuz saturatus fuerit cibo. qui stult⁹ est ieiunus. insanus. saturatus est qđ manifeste accidit in corpe/ Itē attēdere debet corpus suū maliuolum qui dñm suum nititur fugere. vel ei rebellare ꝑuo ꝟo maliuolo tortura ⁊ cōpedes. Ecc. xxxiij. Attendere etiam debet. ꝙ nitit inimicari spiritui/ ideo ligandū est. vt possit

a spiritu superari. Gal. v. Caro concupiscit aduersus spm̄ ⁊ spūs aduersus carnem/ hostis familiaris est corpus ideo debet multuz timeri/ Nulla enim pestis efficatior ad nocē dū q̄z familiaris inimicus/ Attendere etiam debet quo animo deus det tribulatiōes/ Ille enim solus de flagello murmurat qui animū ꝑcussoris ignorat vt dicit Greg⁹. Si ille cui datur tribulatio est in peccato mortali est in loco valde īmundo ideo deus eum vinculis ligat vt extrahat/ Si ergo vincl'a vult dirumpe/ in loco īmūdissimo vt videt vult remanere/ Vilem se habet qui non sustinet vt educatur de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Viliorem se habet q̄z suum asinum cui⁹ eductionē in simili casu ꝓcuraret/ Si i bono statu est. ponit eū dn̄s in vinculis vt eū retineat ne ab eo fugiat. vnde dicere debet cū. Dauid. Michi adherere deo bonum est/ Non debet se sociare illis q̄ dixerūt domino deo. recede a nobis/ Bern̄. Quantūcumqz seuiat tribulatio nō putes te derelictū esse sed memineris scriptū esse. Cum ipso sum in tribulatione/ Item attendere debet ꝙ ad celū in tribulatione trahimur/ Canti. j. Trahe me post te. Greg. Mala que nos hic premunt. ad deum ire ꝯpellunt/ Osee ij. In funiculis adam traham te in vinculis caritatis. vincula caritatis sunt pene corpales. Noli vincula dirumpere. si vis ad celum peruenire. Si placet deo vt in vinculis corporalibus maneas placeat ⁊ tibi/ si placuerit deo te ab eis eripe. hoc a deo recognoscas ⁊ ei gratias agas dicens/ Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis ¶ Circa vincula spiritualia attēdendū est ꝙ saluator in mundū venit vt ea solueret. ligari voluit vt ea solue rētur/ Vn̄ attendere debet homo q̄lia sint illa vincula ꝑ q̄bus soluēdis oportuit xp̄m ligari/ Xp̄s dn̄s captus in pc̄tis nostris. ptātez ht soluēdi/ ⁊ hec vincula dedit petro quē vicariū suū reliq̄t in mundo/ Hijs vinculis vult dyabol⁹ hoīem ligari ne se possit defendere/ vel ab eo fugere. vt eū possit tanq̄z iumētū ducere. et vt illo fune possit eū in inferno suspendere/ Libenter posset pc̄tor ad illā manū accedere. que hec vincula dissoluit/ vincula pc̄torum si nō soluūtur in pn̄ti nō soluētur in futuro/ immo dicet de eo. qui in vinculis inuenieť ligatis manib⁹ et pedib⁹ mittite eū in tenebras exteriores. Math. xxij.

Ista vincula absqz virtute diuina nō soluūt ps̄. Dominus soluit ꝯpeditos/ Attendenda etiā est fatuitas illoꝝ. qui hoc vinculo dyaboli se faciūt q̄damodo vinctos/ dū cogitatōem malā voluunt ⁊ reuoluūt/ filū filo iungunt. cum cogitatōi ꝯcupiscentiam addunt/ Filum iteꝝ filo iūgunt. cū ratio ꝯcupiscentie ꝯsentit. ⁊ tūc est funiculus triplex qui difficile rumpitur Ecc̄i. iiij. Item attēdenda est fatuitas illoꝝ qui non curant de diruptōne vinculoꝝ illoꝝ in se. vel amicis suis/ cū de liberatōne a vinculis corporalib⁹ multā curā habeāt ¶ Circa miracula facta per vincula beati Petri notandū ꝙ cathena quā attulit filia Theodosij īpatoris a hierosolima. miraculose fctā ē vna cū cathena quā hēbat papa/ ac si semꝑ fuissent vna/ Item per eam q̄dam demoniac⁹ liberatus est a demonio/ Et q̄dā puella ab infirmitate gutturis ¶ Nota ꝙ cū de⁹ honorat tormēta sctōꝝ in terris. faciēs maiorē reuerentiā exhiberi pulueri vel ossib⁹ eoꝝ. vel panniculis q̄z exhibeat magnis p̄ncipibus huius seculi/ argumentū est efficax honoris quē ipi habent in celis.

De Beato Petro ad vincula Sermo II In ordine. 76.

Beatus es simō bariona qz caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus q̄ in celis est Math. xvi. Ecclesia q̄ solennizat hodie de beato Petro. mlta nobis de ipso recitat ad dei gloriam ⁊ beati petri cōmendationē ⁊ nostrā edificationem. Tria vero nobis ostendit de ipso euangelium hodiernū. scz ipsius sensum. virtutem ⁊ dignitatem/ Primū ibi beatus es/ Scd̄m ibi Tu es petrus/ Tertiū ibi. Tibi dabo claues ⁊c/ Sensus virtutē regit. virtus ad dignitatē ydoneū reddit/ Qui dei locū debet tenere sensum diuinū ⁊ dei virtutē debet habere/ vt altitudini prelationis respondeat altitudo mentis/ altū est cor quantū ad intellectum si habeat diuinū sensum/ Quantuz ad affectum est cor altum si sit cōtra mundum. ita vt eum nec mala transitoria a malo deterreāt. nec bona transitoria ad malū alliciant. ⁊ tunc vere est ad modū petre firmus. ij. Regū. xiiij. Sicut angelus dn̄i sic ⁊ dn̄s meus rex. vt nec benedictione nec maledictiōe moueat. ¶ Circa primū notandū ꝙ salua-

tor petro potestatem clauiū collaturus. primo eū examinauit/ Secūdo eū post responsionem cōmendauit/ Tertio dignitatē quā erat ei daturus indicauit/ Examinauit aūt eū primo de fide aliena ibi. quē dicunt/ Scōo de ppria ibi. vos aūt. quia prelati reddituri sunt rationez non solum p seipsis sed etiam pro aliis// Post responsionē vero petri saluator eum cōmendauit quantū ad cōuersationem & cognitionem ibi. beatus es/ deinde ostendit etiā onus qō accepturus erat p honore. onus ibi. Sup hanc petrā.. honor ibi. Tibi dabo. Tria petrū reddiderūt cōmendabilem scz cognitio reuelata a patre celesti/ obediētia prompta/ simplicitas columbina// Ad primū ptinet illud beatus es. Glo. tam alte fidei confessor/ Ad secundū ptinet illud Simon qō interpretatur obediens/ Nam platus debet obedire suo supiori sicut vult inferiores sibi obedire/ Ad tertiū ptinet illō Bariona id est filius columbe/ Symon ratione nois figuram tenet viri religiosi/ Ratione vero officij tenet figuram prelati & vterqz beatus est si eum spūssanctus introducat & reuelet. non caro & sanguis. ¶ Notandum q̄ fides christiana altissima est/ primo trascendendo sensuz corporeū. vnde dicit Heb. xi Argumentū rerum non apparentiū// Item transcendit intellectum humanum. redigit eīm eum in captiuitatē// Item transcendit nature cursum. qz opatrix est miraculoz./ Miraculū vero sm beatū Augusti. est opus arduum & insolitū. Transcendit etiā vincendi potestatem & principatū/ Sancti eīm p fidez vicerunt regna. Heb. xi/ Fidem altissimam confessus est petrus. Primo verbo ibi. Tu es christus/ Secundo facto cum ex feruore fidei supra mare ambulauit/ Tertio Miraculis in quibus quodāmodo magistraliter processit/ quia ad vmbram ipsius infirmi sanati sunt. Actuū. v. Quod videt maius fuisse scz q̄ ad xpi fūbriā infirma sanata est/ Quarto supplicijs. qz & flagella & crucem p xpo sustinuit/ Fidei confessio quantū ad multos de ecclesia. multū diminuta est. & remāserūt sola fidei verba/ vnde multum deberēt timere. ne sint sic ficus a dño maledicta/ cum nō haberet nisi folia. & nihil de fructu/ Fundatores ecclesie habuerūt cognitionē a patre celesti reuelatā. j. Cor. j. Non multi sapientes sm carnem. Destructores vero ecclesie nūc habent sapientiam sm carnem/ qui putant melius regi ecclesiam p sapiētiā humanā. q̄z diuinā/ Sapientia reuelata a deo. rex salomon pīm dei recit/ & dicit btās eē res publicas si eas sapiētes regerēt. aut q̄ sapiētie studerent// Necessaria est sapientia diuina his qui presunt/ in dispositione bonoz tpaliū. in q̄ hāc debent tenere regulam/ Qō supest date elemosynā. Luce. xi. Item in collatione beneficioz ecclesiasticorum. vbi debet teneri illud. Ecc. ij. Benefac iusto/ Item in dispensatione sacramentorum. vbi debet seruari illud. Mathei. x. Gratis accepistis/ gratis date. ¶ Actu. viij. Dixit petrus symoni. pecunia tua tecum sit in pditionem/ sed multi dicūt hodie pecunia tua mecū sit/ Item in iusta diuinoz executione. Deut. xvi. Juste qō iustum est exequeris/ Obedientia petrum reddit cōmēdabilē. Actz. iij. Oportet deo magis obedire q̄z hoibus/ Primus prelatus ecclie. nō tm̄ petrus. sed etiā symon vocatus est. qz nō sufficit in prelato credendo. cognitio/ si desit mandatoz impletio/ Fides enim sine opibus mortua est/ Jacobi. ij. Habuit petrus quadruplex mandatū. Unum de piscando. Luc. v. Duc in altum et laxate retia/ Aliud de dimittēdo petā. Math. xviij. Non dico tibi vsqz septies sed vsqz septuagies septies/ Tertiū de pascendo. Joh. vltio/ Quarto de sequendo ad crucem. Joh. vltio/ Sed quidā officiū piscādi puertūt in officiū venādi & aucupandi/ Baruth vltimo. Qui in auibus celi ludunt/ Quidā etiā officiū culpas relaxandi cōuertūt in officiū malignādi. hij sunt pphete qui mordent dentib⁹/ Michee. iij. Quidā etiam officiū piscandi cōuertunt in officiū depredādi. ysa. iij. Vos depasti estis vineā meā/ Quidā etiā deberēt esse obsecutores a facti sunt psecutores xpi et suoz. Phil. iij./ Multi ambulant quos sepe dicebam vobis. Nunc aūt flens dico inimicos crucis xpi/ Simplicitas colūbina reddit petrū cōmendabilē/ vnde bariona id est filius columbe noiatus est/ ipse fuit de numero illoz quos christus monuit. vt essent simplices sicut columbe. Hath. x/ Olim ad custodiam columbe id est ecclesie ponebant filij columbe carentes felle malicie. vt moyses mitissimus factus est princeps synagoge/ & petrus princeps ecclesie/ Hodie vero ponunt leene filij. Ezechielis. xix/ Leena mater tua. hodie

prefertur leonina ferocitas columbine simplicitati. Olim melior fuit prelatus qui minus habuit de felle plus de melle hodie econuerso fit. Debet autem quadruplex simplicitas esse in prelato videlicet sensus vt sit sine astutia fraudis. ysa. xxix. Ue profundis corde. Secundo affectus siue intentionis. Luc xx. Si oculus tuus fuerit simplex &c. Tertio lectionis vel sermonis. Mathei. v. Sit sermo vester est est. non nō. Quarto conuersationis. Prouerb. x. Qui ambulat simpliciter. ambulat confidenter.

In inuentione sancti stephani.

Sermo. 77.

Quum esset stephanus plenus spūsctō intendens in celum vidit gloriaz dei z iesum stantem a dextris dei z ait. ecce video celos apertos z filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Actuū. vij. Beatus lucas in verbis propositis quatuor nobis ostendit circa beatū stephanum de cuius corporis inuētione hodie solennizamus. Primo abundātem gratiā que in eo fuit. Secundo suā deuotionē ad deū quā in passione sua habuit. Tertio beneficium qō in ea dīs exhibuit. Quarto gloriosam confessionē que ei mortz occasio fuit. Primū ibi. Cū esset plenus spiritussancto. Secundū ibi. intendens in celum. Tertiū ibi. vidit gloriam. Quartū ibi. ecce video celos apertos. Circa primum notandū q beatus lucas ostendit beatū stephanū triplicē plenitudinē habuisse scz plenitudinē fidei. Actuū. vi. Elegerunt stephanum plenum fidei Et plenitudinē gratie. z plenitudinē fortitudinis. In eodem Actz. 6 Stephanus plenus gratia et fortitudine. Prima plenitudo pertinet ad credēda. Secunda ad diligenda. Tertia ad toleranda. Signuz plenitudinis fidei fuit operatio miraculoz de qua lucas dicit. Faciebat signa z prodigia magna in ppło. Secūde plenitudinis signū fuit q pro inimicis positis genibus orauit. Signū tertie plenitudinis fuit q non solum pacienter sed etiā letanter martirium sustinuit. Lapides cū torrentes illi dulces fuerunt z eos gaudens suscepit. Gratia qua plenus fuit intelligenda est caritas que caput est virtutum z gratia gratiarum et ad illud pertinet q dicitur plenus fuisse spūssancto. Ue tres grē sunt multū necessarie homini in pīsenti vita. Lumen fidei multum necessariū est in tenebris huius seculi. cum absqz eo patrē celestem non cognoscamus a quo z sub quo sumus. a quo oīa bona suscepimus et ad quem redire debemus. Hec habet visum suum in presenti. In futuro enim videbimus qō nunc credim⁹. Apoc xiij. Hec est pacientia z fides sanctoz. pacientia enim valde necessaria est. qui enim illā non habet est tanqz homo habitans in medio inimicoz suoz. Heb. x. Pacientia nob necessaria est vt voluntatē dei facientes reportemus pmissionē. j. Cor. vi. In oratiōnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa pacientia. Caritas etiam multum necessaria est. sine ipsa enim non prosunt cetera. Aug⁹. Ubi caritas adest qd ē qō possit obesse. Magna caritas eius fuit q in illa lapiduz ruina qñ alius obliuiscī poterat etiā carissimos suos ille dño cōmendabat inimicos vt dicit Matimus. Uicerat in eo sensum corporee passionis. affectus interne cō passionis. Plus tunc dolebat illoz peccā qz sua vulnera. plus illoz impietatem qz suam mortem. Non habet fidei plenitudinē aliquis si fides eius non sit viua vel integra vel si sit modica. De fide mortua habeť Jacobi. ij. Si fides nō habet opera mortua est in semetipsa. Aug⁹. Fides cū dilectione fides est christiani. fides sine dilectione fides est demonis imo fides christianoz qui deū non timent videtur inferior esse fide demonum. Jacobi. ij. Tu credis q vnus est de⁹. bene facis, demones credūt z cōtremiscūt. Aug⁹ Utinā quō demones vident viderēt homines z sic salua torem agnoscerent. Ecce demones viderūt z timuerunt. homines viderunt z occiderunt. Ad fidei integritatē ptinet vt omnes articuli credanť vel explicite vel implicite. De fidei modicitate reprehenditur petrus. Mathi. xiiij. Modice fidei quare dubitasti. Eiusdem. xvi. Reprehēdunť discipuli de eodem. Quid cogitatis inter vos modice fidei. Circa secundū notandum q reprobi in terram intendunt ſm illud ps. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Stephanus vero in tribulatiōne sua in celum intendebat. nec mirū quia in terra locum non habebat. Ejcientes eū

eum extra ciuitatē lapidabant. Jn celo thesaurū suū habebat. Mar. vi. Ubi est thesaurus tuus. ibi est cor tuū et inde auxiliū sperabat. Ps̄. Leuaui oculos meos in montes Jn celum mox iturus erat sic martinus qui ait. Sinite me celum videre vt suo itinere iturus ad dominū spiritus dirigat Circa tertiuz notandū Stephanū magne puritatis fuisse qui adhuc in carne posit⁹ dei gloriā vidit quā alij sancti vident post mortem Jdeo apparuit psecutoribꝫ suis similis angelo Actu. vij. Vidit gloriā dei Paul⁹ in raptu Petrus Jacobus ⁊ Jhes viderūt similitudinē glie in transfiguratōne Stephanus vero vidit verā gloriā in sua psecutōne Facta est hec ostensio ad aduersariorꝫ confusionē Stephani psolatōem Aliorꝫ martirꝫ aniationem Ad virtutez martirij manifestatōem per qō statim ꝙuenitur ad gloriam Circa quartū notandū q⁹ Stephan⁹ tanctꝫ martirū ꝑmiceri⁹. morte ꝑmiceria ꝙmilitones suos animat dicēs. Ecce video celos aptos. Ostendens eis securum refugiū scz domini exemplū. paratū auxiliū. desiderabile ꝑmiū Securū refugiū est celū Ps̄. Altissimū posuisti refugiū tuū. Ante passionē xp̄i nō habebatur illō refugiū quādo clausum fuit celū Serui enim dei qui occidebantur. descendebant in regionē aduersariorꝫ scz in infernum Jdeo nō erat mirū si timebatur bellū. Jnfra celū nō est recipe locū securum. nec in mundo ꝓpter guersitatem hoīm. nec in aere isto ꝓpter habitatōem demonū. nec in paradiso terrestri ꝓpter igneū gladiū qui ꝓhibet homini ingressum Celū vero locus secur⁹ est vbi machine nō timētur ꝓpter loci altitudinē. necfamis inopia ꝓpter loci vbertatē nec proditio ꝓpter habitantiū fidelitatem Exemplū egregiū in martiribus exemplum xp̄i qui pro ipis sanguinē suū fudit. Ostendebatur elephātib⁹ sanguis vue et mori ad acuendū eos in prelio. j. Machab. vi. Hoc exemplū ꝓponit petrus. dicēs Xp̄c pro nobis passus est. vobis relinquens exemplū ⁊ paul⁹. ad Heb. xij Consideratе eū ⁊c. Xp̄m imitatus est beat⁹ stephan⁹ Primo in causa mortis qz veritatez ꝙstanter docuit Scō in loco qz extra ciuitatē eiectus fuit Tertio in zelo qz p psecutoribus orauit Quarto in modo qz voluntarie sustinuit mortē Auxilium paratū vidit qz vidit filiū hominis stātem quasi paratū ad adiuuandū Juuat xp̄c milites suos arma ministrando. gratias sczdando. ij. Machab. vlti. Accipe gladiū sanctum ⁊c. Boet⁹. Talia arma tibi ꝓtulerамus que nisi ꝓ⁹ abiecisses in virtute fraternitatis tuerētur Scō aduersarios rep mēdo vnde dyabolus nō potuit nocere iob nisi licenciaret Tercio militibus suis auxilium mittēdo Ps̄. Angelis suis ⁊c. Quarto deuz pro eis rogādo. ad Rom. viij. qui etiā interpellat p nobis. Premiū desiderabile vidit qz gloriā dei vidit qz filium hominis vidit a dextris virtutis dei vbi ē locus sanctorum.

De Beato Laurentio Sermo I
In ordine. 78.

Probasti cor me um et visitasti nocte. igne me examinasti ⁊ nō est inuenta in me iniq tas Ps̄. xvi. Uersus iste est pars illi⁹ psalmi Exaudi dñe iusticiā meā Jn quo ꝑm hominem orat xp̄c adiūcta sibi voce corporis sui qō est ecclesia vt dicit Cassiodor⁹ et potest de quolibet martire intelligi et specialiter ō beato Laurētio. q ad litterā. ignē passus est Circa cui⁹ passionez quatuor nobis in verbis ꝓpositis ostēdunt Primo q⁹ passio ei⁹ ad ꝓbatōem fuit. ibi. ꝓbasti Scō q⁹ in ea ꝙsolatōem recepit. ibi. et visitasti Tercio q⁹ ꝓbatio fortis fuit. ibi. igne ⁊c. Jgnis enim maxime affligit Quarto q⁹ in ea laudabiliter se habuit Jbi. ⁊ nō est inuēta ⁊c. Circa p mū notandū q⁹ examinari solent qui ad dignitatez sublimātur ⁊ q̄nto dignitas maior examinatio tāto est fortior sic de⁹ tribulatiōibus vult examinari quos ad dignitatē regni celestis vult sublimare. Attēdendū vero est ei qui tribulationē patit a quo ⁊ ad quid sibi tribulatio detur. Datur enim ei a deo patre misericordiarū qui nihil noxium vult ei dare ideo pacienter sustinenda est. Joh. xviij. Calicem quē dedit mihi pater nō vis vt bibam illum. Ad hoc etiā datur vt per eā homo ꝓbetur ⁊ ꝓbatus ad regnū celoꝝ admittat vnde letanter recipienda est ⁊ ex hoc spes de regno habēdo ꝓcipienda est. Sapientie. iij. Deus tentauit eos et inuenit eos dignos se. Jacobi. j. Omne gaudium existimate fratres cū in varias tentatiōes incide

ritis. In eodem Beatus vir qui suffert tentationem qñ cum probatus fuerit accipiat coronam vite. Item attendendū est q dicit cor meū. exēplo ipius illi qui ꝓmouēt ad dignitates ecclesiasticas ad cor debent respicere. non ad nobilitates vel alias conditiones corporis. Prouerb. xvi. Spirituū ponderator est dñs. Seneca. Quēadmodū stultus est qui tentaturus equū non ipsum respicit sed stratum ⁊ frenum sic ⁊ qui hominem ex veste vel ex conditione que modo vestis est existimat. Et notandū q triplicīter dominus aliquē probat scz in rebus suis vel in amicis vel in ꝓpria persona. Primo mō iob ſm illud Job. j. Extende paululū manū tuā ⁊ tange cuncta que possidet nisi in faciem benedixerit tibi. Eundē probauit etiaz in amicis qñ dom⁹ corruēs in qua liberi eius erāt eos oppressit vt habeť ibidem. Sic etiā probauit abraam cum precepit ei vt offerret ei filiū suum vnigenitū in olocaustum. In pſona ꝓpria etiam probauit iob cum percussit eū a planta pedis vsqz ad verticem vlcere pessimo. Job. ij. Beatū laurentiū ꝓbauit dñs duobus modis ⁊ fidelem eum inuenit. Corpus eius torquendū tyranno exposuit tradidit etiā ei thesauros ecclesie quos nec aurę retinuit nec infideliter dispēsauit sed dispersit dedit paupibus iusticia eius manet in seculū seculi Dispersit. diuersis ⁊ discrete spargendo qō ad elemosynarū abundantiā pertinet. dedit non vendidit. ab oīi munere manus excussit. ysaie. xxxiij. Quia nec munus a corde. i. humanū fauorē nec munera lingue .i. humanā laudē. necmun⁹ a manu. i. humanū obsequiū vel retributionē ꝗsiuit sed secreto paupibꝫ. nō diuitibꝫ thesauros distribuit ipe iducias ei tribui pecūt vt p man⁹ paupm thesauros i celū posset mittere. cui⁹ ꝛriū multi faciūt qui dū viuūt bona sua dare nolunt. sed executoribus distribuēda relinquūt qui vt frequēcius infideliť agūt Elemosina que ante mortē dať multo melior est q̄ que post mortē datur. Sic est eīm de ipsa sicut de candela que cum fertur ante eum qui per locum tenebrosum vadit viam ei ostendit. custodit vt nō i foueā vel lutū cadat qō nō facit candela que post dorsum ei fertur. Sic elemosina facta ante mortē custodit hominem ne in foueam inferni cadat. facta aūt post mortem si iam in foueā inferni cecidit numq̄ de ea exibit ꝓpter eā. Sequiť (iusticia ei⁹ manet in seculū seculi) Tripliciter manet iusticia beati laurencij. Primo in successorū imitatiōe. Secundo in ecclesie militantis venerabili recordatione. Tertio in eterna retributione (⁊ visitasti nocte) Nox tribulatio dicit qz sensualitatē pturbādo obscurat Visitatō cōsolatiōis. seqť sustinētiā tribulatiōis Paul⁹ p aliꝫ afflict⁹ rapt⁹ est in tertiū celū. ij. Cor. xij. Johānes in exilio recipit solaciū diuinarū reuelationū. Ad Rom. xv. Deus pacientie et solacij ⁊c. Sequiť (igne me examinasti) Ad lr̄am laurencius igne examinatus est et inde purissimus exiuit. Examinat deus seruos suos multis modis. aliqñ tangēdo eos infirmitate corporis. sicut cambitores examinant argentū tactu lapidis sic examinauit iob. Mitte manū tuā ⁊ tange os eius et carnē ⁊ videbis q in faciem benedicat tibi. Job. ij. Item sicut sonitus vasis vacuitatez ostēdit vel campane fracturā sic pari modo paciens tribulationē ostendit gratie plenitudinē vel vacuitatē ⁊ virtutū pfectionē vel defectum. Unde de martyribus cantať. cedūtur gladiꝫ more bidentiū nō murmur resonat ⁊c. Item ventus tentationis ⁊ specialiť ventus laudis ⁊ vituperij ostēdit que sit palea ⁊ qō granū cū immobile manet. j. Cor. iij. Nihil pro minimo est vt a vobis iudicer. Prouerb. xxvij. Quō pbatur in conflatorio argentū ⁊ in fornace aurū sic probatur homo ore laudantiū. Item pbatur aliquis igne ad litteram vel igne vehementis tribulationis. Ecc. xxvij. Vasa figuli pbauit fornax ⁊ homines iustos tentatio tribulatiōis Sap. iij. Sicut aurum in fornace pbat eos Ecc. ij. In igne pbatur aurum ⁊ argentum homines vero receptibiles in camino humiliationis. August. In li. de ciui. dei. Sub vno igne aurū rutilat ⁊ palea fumat. Habuit laurentius ignem diuini amoris in corde ignem materialē in carne. Ignis cordis superauit ignem carnis. Un̄ dicit Ambro de ipso in quantū in illo fidei ardor feruet in tm̄ supplicij flāma frigescit. Saluatoris ardor restrinxit tiranni ardorē. Sequitur (⁊ nō est inuenta in me iniquitas) Optime se habuit beatus laurentius in illa probatione. Iustinuit enim eam pacienter gratāter ⁊ leanter Pacienter quia non est ꝓhibitus passione a christi cōfessione. Unde dicebat interroga-

tus te dominū cōfessus sum. Gratāter quia gratias agebat super carbones. Unde dicebat assatus. gratias ago. sicut pinguia assata gratioris saporis sunt q̄s elixa sic gratiarū actio magis placet deo in aduersis q̄s in prosperis. Letāter ſm illud gaudio plane quia hostia christi effici merui. Non est inuēta in laurentio iniq̄tas nec respetu dei nec respectu primi vt scz ptra deum murmuraret vel psecutores odiret. iniquū est vt aliquis psecutorem odiat q̄ sibi coronā ppetuam fabricat. Ps̄. Sup dorsū meū fabri. pec. suple corona ppetuam. Item circūdederūt me sicut apes mel eterne dulcedinis michi pparādo Iniquū etiā est pdere creatorē suū ꝓpter corpus suū et timere pdere runcinū lentis in seruitio dei q̄ optimū dextrariū redditurus est sibi. Ambro. Dori nō timeo qz bonum dominū habeo

De beato Laurentio
Sermo. II. In ordine. 79

NIsi granum frumenti cadēs in terram mortuum fuerit ipsum solū manet. Joh. v. Bern̄. in sermo. tria sūt q̄ in festiuitatib⁹ sanctorū vigilāter ꝓsiderare debemus scz exemplum sancti. Eius auxiliū. Confusionē nostram. Considerandū est nobis qūomō sanctus ad tantā gloriā ꝑuenit et eū sequi debemus vt ad simile gloriā veniamus. Sequētes vero eum debemus ab eo auxilium spera re ꝛ oratiōis obsequio illud impetrare. Solent homines benigni sequētes se iuuare cū ad locū difficilē ad trāseundū venerit. Item cum sanctus nobis similis fuerit ꝛ ex eadem materia ex qua nos. ꝓfundi debemus q̄ videtur nobis impossibile vt faciam⁹ post tot exempla et tot adiutorijs quodipse fecit qui nec tot adiutoria habuit cū via padisi iā trita sit vt etiam stultus vir trāsiret p eā. et tot etiam adiutoria habemus in celo q̄ nisi negligentia nostra nos impediat illuc ascendemus. In beato laurentio cuius hodie festuz celebramus tres gratie. fuerunt nobis multum necessarie excellenter in hac vita in quibus eū imitari debemus. Fides. misericordia. pacientia. Fide cecos illuminauit. Misericordia thesauros ecclesie paupib⁹ distribuit. Pacientia assatus gratias egit. Ad misericordiā pertinet qō dicit in epla qui parce seminat parce ꝛ metet. Item hilarē datorem diligit deus. Ad pacientiā pertinet euā gelīū vbi dns suadet mortē transitoriā non esse timendā ꝛ vitam temporalē nō esse diligendā. Ad fidem ptinet qō cantat in missa. Ieuita laurencius bonū opus opatus est qui per signū crucis cecos illuminauit. Fides videtur esse ꝑmus radius solis spiritualis ad cor humanū valde necessaria nobis. cum simus in tenebris ꝛ vmbra mortis. Luce. j. Visitauit nos oriens ex alto Illumiare hijs qui in tenebris ꝛ vmbra mortis sedent. Contra lumen fidei nō preualet malum. attingit eā a fine vsq̄ ad finē fortiter ꝛ disponit oia suauiter. Fides ostendit nobis eterna mala ꝛ bona vt nō reputemus transitoria. Greg⁹ Uilescunt tpalia cum considerant eterna ꝛ super illud. j. Ad thim̄. vltimo. Sectare iusticiam fidem pietatē. Dicit glo. Qui veram fidem de deo habet nō cupit in hijs miserijs fieri diues. Nec pluris est ei mundus q̄s de⁹ Fidem vero sequit misericordia ꝛ pacientia Agnoscens em̄ eterna bona ꝛ mala libenter bonis transitorijs cōparat eterna ꝛ libēter sustinet mala transitoria ne incidat in eterna. Misericordia ꝛ pacientia multū sunt necessaria homini in mundo isto qui plenus est malis. misericordia aliena mala nobis in bona cōuertit. Paciencia vero mala ppria In euangelio hodierno intendit dns extirpare duas radices peccatorū scz timorē transitorij mali ꝛ amorē transitorij boni. De quibus dicit glo. sup illud Ps̄. Incensa igni ꝛ suffossa. Omnia pcta due res faciunt in homīe scz cupiditas ꝛ timor. Ad primū ptinet illud nisi granū frumenti. Ad secundū illud Qui amat animā suā perdet eam. Ad primū notandū q̄ sicut putrefactio grani que mors ē dicit esse via ad multiplicatōem sic. p mortem temporalē est homini transitus ad permanentē vitam a transitoria ideo non est timenda mors trāsitoria. Sapiens. Non est lugenda mors quā immortalitas cōsequitur. Augustinus. xiij. li. de ciuitate dei. Deus fidei gratiā prestitit vt mors quā constat mihi esse contrariā. instrumentū fieret p qō trāsiretur ad vitam. Christo ꝛ sanctis eius per mortē afflictionis creuit gloria sicut ecclesia tribulationibus multiplicata est. Ps̄. Singulariter sum ego donec transeam. Exo. l.

Quanto magis affligebant filij israel tanto magis multiplicabant. Circa secundum notandū q̄ qui amat animā suam scz vitam perdet eā qui amat p̄sentē vitā amore eius martiriū declinando vel penitentiaz facere nolendo pdet eternā vitā. sup illud Math. xvi. Qui voluerit animā suā saluam facere pdet eam Dicit glo. quasi dicat Agricole. frumentū si seruas pdis si semias renouas. vbi innuit q̄ bona p̄sentia sunt vt semina parua scz r nō in se durabilia. Unde seminānda sunt vt multiplicētur et conseruētur sicut fit de frumēto. Uita p̄sens seminat cū in xpi seruicio expendit vt p̄o ea eterna recipiat. Bona etiaz p̄sentis vite seminant cū illis eterna emunt. Aug⁹. Prebe tectum r accipe celum. Bern. Erras si mansuras tibi putas diuicias que per tot manus hominū transierunt. Et notandū q̄ in tribulationibus duplex habemus solaciū scz xpi exemplū. ex quo subdit dñs si quis mihi ministrat me sequatur id est imitetur Etiā pmiū de quo subditur ibi Ubi sum ego ibi r minister meus erit. De quo dicit augustinus Magna consolatio mēbris ex capite. Eccī. xxij. Magna gloria sequi dñm. De secundo dicit augustinus. premiū operis quo illi ministrat est esse cum illo. sine quo nunq̄ est bene. r cum quo nunq̄ est male. Et subditur exponēdo. Si quis ministrat mihi honorificabit eū pater meus. Aug⁹. Quod dixerit vbi ego sum rē. Hoc intelligitur exposuisse cum dicit honorificabit eum pater meus. nunq̄ maiorē honorē accipe adoptat q̄ vt sit vbi ē dñs. Hic honor multum consolatur amicos dei. Bregor. Consideratio pmij minuit vim flagelli

De beato Ipolito. Sermo. 80.

Dico vobis omnis quicūq̄ cōfessus fuerit me coram hominibus. confitebor eum coram patre meo r angelis dei. Luc. xij Hodie celebrat ecclesia festum beati ipoliti quē timor mortis a confessione xpi phiberi non potuit. Immo cesari dicenti sibi nunq̄d magus factus es q̄ corpus laurēcij diceris abstulisse. libere et constanter dixit. nō feci hoc vt magus sed vt christian⁹. p̄o qua p̄fessione mortē sustinuit r ad gloriā eternā peruenit. ideo in euangelio hodierno cōuenienter recitatur p̄missio a xpo facta confitentibus seque in beato laurentio est impleta. Circa quam promissionem propositam quatuor nobis sunt attendenda ad edificationē nostrā. Primū est q̄ sola fides cordis ad salutē nō sufficit. Secundū. quā confessionē christus a fidelibus requirit. Tertiū est quā confessionē cōfitētibus se p̄mittit. Quarto tā gitur de cōminatione quā negātibus se vel erubescentibus se facit. Ad primū ptinet illud. Rom. x. Corde creditur ad iusticiā ore aūt fit confessio ad salutem. Aug⁹. Uelut in cassum addirū est hoc. nam pene omnes qui christū coram psecutoribus negauerunt q̄ de illo credebāt corde tenuerunt r tñ ore nō confitendo perierunt nisi illi qui penitentia vt petr⁹ reuixert. Itē Aug⁹. cur petr⁹ lacrimis diluit q̄ ore negauerat si ad salutē sufficiebat q̄ corde tenebat. Criso. Si sufficit xpo qz tu cognoscis eū etiā si cōfessus nō fueris sufficiat tibi q̄ cognoscat te christus etiā si te p̄fessus nō fuerit. Idem si sufficeret fides cordis. tātūmodo coz creasset tibi de⁹ nunc aūt r os creauit r quinq̄ sensus. Confessio oris in martiribus erat ad eternā salutem r ad tpalem mortem. Econtra negatio in hīs qui timore mortis vel verecūdia deficiebant erat ad salutem tempoalē r ad mortem eternā. Math. xvi. Qui voluerit aiam suam saluā facere pdet eam r qui perdiderit aiam suā ppter me inueniet eam. Et notandum q̄ fidei cordis r confessioni oris respondent duo sacramēta in ecclesia scz sacramentū baptismi r confirmatiōis. In baptismo corpus aqua abluitur exterius. fide autē interius purificatur animus. Actuū. xv. Fide purificās corda eoz. In sacramento confirmationis in fronte signū crucis efficit et interius animus confirmat ne erubescentia fidei in p̄fessiōe impediat. Unū Aug. nō sine causa signū crucis fit in fronte scz in sede pudoris ne xpi appzobria christian⁹ erubescat

Circa secundū notandū q̄ triplex est confessio xpi. Prima fit solo ore. Secūda nō fit solum ore sed etiā seruicij redditiōe sed semiplena. i. nō libera. Tertia autem fit plena et libera seruicij redditione. prima parum vel nihil placet deo. Secunda placet sed nō pfecte. Tertia vero placet. Prima est ridiculosa r deo contumelioſa et habet negationem sibi contrariam. Ridiculosa est. ridiculū enim

est q̄ aliquis in aliqua arbore sola folia dicatur habere ⁊ non alia. Sic qui xp̄m confitet solum ore sola habet folia verbor. Deo contumelioſa est ideo quia ad dei contumeliā facit q̄ aliquis a deo fedū se hr̄i recognoscit et tñ huiciū ei manifeste negat tāq̄ ei⁹ inimic⁹ negatiōz vero habet cōtrariā. facto enim negat q̄ verbo asserit Ad titū. j. Confitentur se nosse deum factis autem negant. Secunda confessio deo non sufficit quam faciūt illi qui reddūt deo seruicia sed tm̄ in illis in q̄bus mōus p̄rebet assensum cum em̄ dñs sit rex regū vult se regulariter timeri ⁊ non vult homagiū sibi fieri saluo alio homagio Ideo dicit Mathei. vi. Nemo potest duob⁹ dominis seruire. Circa tertiū notandū q̄ cōfessio quā christus suis confessoribus ꝓmittit fiet cum dicet fidelibus. Venite benedicti patris mei ꝓcipite regnū Math. xxv. vel cū dicet Euge fue bone ⁊ fidel' in eode ⁊ ō illo quē cōfitebit dicet volo pater vt vbi ego sum illic sit ⁊ minister meus. Job. xij. Dicit glo. Qui per filiū habet accessum ad patrem per filiū habet accessum ad patris visionem Seq̄tur de ꝓminatōne quā facit xp̄c negātibus vel erubescentibus se Luce. xij. Qui negauerit me coram hominibus negabitur coram angelis dei Interli. Nō perducetur ad visionem patris qua perfruuntur sancti Luc. ix. Qui me erubuerit ⁊ sermones meos hunc filius homis erubescet cum venerit in maiestate sua ⁊ sanctor angelor. Christū erubescit q̄ ob rubore vel verecūdiā nō vult ei de⁹ dicere vel eū deū appellare Hūc filius homis erubescit. i. abnegat vt dicit Interlinea. cū venerit ad iudiciū in maiestate sua .i. in forma humana glorificata In qua ibi. apparebit. p̄sens maiestate sibi cōmuni ⁊ sanctorū angelor q̄ cum eo apparebunt ſm illud Math. xiij. Exibunt angeli ⁊ separabūt malos de medio iustor. Et notandū q̄ xp̄c nō agnoscet fatuas virgines nec eis aperiet Math. xxv. Erubescētes vero se erubescet immisericordes vero ꝓfundet. i. imisericordiā suā p̄pando. Math. xxv. Virgines fatue que adq̄sierūt vanā gloriā merito nō admittentur ad verā gloriā nec agnoscētur a deo que ei in operibus suis noluerunt placere sed mūdo Erubescentibus xp̄m sic accidit sic cuidam scolari parisiensi accidit qui cum esset indutus vestibus p̄ciosis et a socijs suis multū honorareť ⁊ visitasset eū pater in humili habitu timens ne eum socij sui ꝓtemnerēt si scirent eū habere talem patrem rogauit patrem suū vt nullo modo indicaret eis simulās eū nō esse patrē suū Vñ et cū seruiētibus fecit eum ꝓmedere cū gartione domus quod pater pacienter sustinuit Sed cū finito p̄randio scolaris duxisset eū secreto in cameram suam et quesiuisset ab eo quid attulisset ei osten dit ei pater denarios quos ei attulerat asserēs q̄ nec vnū de illis haberet Tu negasti me fili ait pater. ⁊ ego te Nunc̄ de cetero ꝓmedes vel bibes de aliquo q̄ mittā tibi. Immisericordes confusi quasi inhumani demonibus sociabunť ⁊ in ignem mittentur Math. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternū qui parat⁹ est dyabolo et angelis eius. Item notandum q̄ reprehensibiles sunt qui negāt xp̄m etiā timore mortis vel vexatione tormentorum Sed maxime reprehensibiles sunt qui erubescunt eum qui scz p erubescētia dimittūt ei seruire vel bene agere Hec erubescentia multum habet fatuitatis et multū timiditatis ⁊ deo valde cōtumelioſa est. Fatuitatis multuz habet talis erubescentia in religiosa persona. glorioſum em̄ est deo seruire p̄cipue inter male agentes Vel coā eo qui male agere ꝓsuevit Qui habet hanc erubescentiam similis est ei qui erubesceret de hoc q̄ faceret sicut solitus esset facere vel de hoc q̄ inter leprosos esset sanus vl' inter inq̄natos mundus Valde fatuū est erubescere admirtiones medendor hoīum saucioſor vel ceor ⁊ claudor dum videntes ⁊ recte incedētes deridentur. Seneca. Equo animo toleranda sunt imperitor vicia ⁊ ad honesta vadenti contrēnendus est ipse contemptus. potius appetende sunt tibi hec derisiones q̄s timende. Seneca. Non dum felix es. si nōdū te turba deridet. Mathei. v. Beati estis cū maledixerint vobis homines. Hec erubescentia multū halet timiditatis. quā qui habet similis est ei. qui sic erubescit dñm suuz q̄ eum deserit ꝓpter latratum canuz qui nō mordent. Mundus enim iste est velut catulus irrisionibus latrans cōtra eos qui benefaciūt. Mordere nescit q̄ benefaciētes nō pauit. ⁊ cū satz latrauerit tacebit. tacitur nitate supari pōt. ⁊ i eis q̄ sic erubescūt iplet illud Leuitici. Terrebit eos sonitus folij

volātis. ⁊ infra/ fugient quasi gladiū/ Foliū volans est verbum irrisionis qđ terret tales/ qđ plus timent q̄ dei gladiū qui parat⁹ est occidere/ Exo. xxvi. Euaginabo gladiū. interfici. eos manus mea/ Item ꝯtumeliosum est xp̄o. q̄ anima que nō esset digna esse eius ancilla. sponsuz talem erubescat/ Ammiranda est. ⁊ grauiter punienda hec erubescentia quinqz de causis/ Prima est. qz sponsus ille nō est ignobilis/ vt ido erubescēdus sit. eius nobilitatē indicat angelus/ Luc̄. j. Hic erit magnus ⁊ filius altissimi vocabit/ Et pater Math. iij. Hic est filius meus dilectus/ Et Salomon/ Prouer. vlti. Nobilis in portis vir eius/ qn̄ sederit cū senatoribus terre/ Ei⁹ nobilitas tūc apparebit cū in maiestate iudicabit/ Scđa. Quia nō est deformis immo speciosus forma pre filijs hoim./ Ipe est candor lucis eterne/ Apoc. vij. Qui cū sit splendor glorie Heb. j/ Tercia. qz est sponsus legittimus nō adulter/ Ipsa lex naturalis hūc sponsum anime signat/ Bernhar. in lib. de diligen. deo/ Infidelem vrget naturalis iusticia. se totū tradere illi a quo se totū habet. ⁊ ex se toto diligere/ Quarta. qz est strennu⁹ pugnator qui animā singulari pugna acquisiuit/ Quinta. qz ipse est vehemētissim⁹ amator/ quē mors nō potuit separare ab amore sponse/ Hunc sponsum nō erubescebat que dicebat/ Ipsi sum desponsata cui angeli seruiūt cui⁹ pulcritudinē sol ⁊ luna mirantur

In assumptiatōe beate Marie v̄ginis Sermo I In ordine 81

Que est ista que ascendit de deserto/ delicijs affluens/ innixa supra dilectum suum. Cantico. vlti. Hodie recolunt fideles transitum matris dei ab hac vita mortali/ Exitum eius ab hoc seculo nequā per mortē/ sicut fili⁹ eius exierat inde/ Postq̄ ab hominibus ad sepulcrum est deducta/ ab angelis ad celum est perducta/ vbi a filio suo est suscepta cum gloria qua ipsa digna fuit/ ⁊ que ei⁹ filium decuit/ Bernhar/ Quis cogitare sufficiat q̄ gloriosa ea die mundi regina precessit/ ⁊ quanto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium legionum multitudo ꝓdierit/ quibus ad thronum glorie canticis sit deducta. q̄ placido vultu q̄ serena facie/ q̄ diuinis amplexibus a filio suscepta/ ⁊ sup omnez creaturā exaltata/ cum eo honore quo tanta mater digna fuit/ cuz ea gloria que tantum filium decuit/ Assumptionem eius ⁊ boni ⁊ mali ⁊ sapientes ⁊ insipientes recolunt. sed nimirum recolendi differentia est/ Sapientes enim recolunt eam/ vt recolenda est insipientes non/ Ad debitum modum recolendi sex pertinent/ Primo congratulatio. Secundo imitatio/ Tertio laudatio/ Quarto orationis supplicatio/ Quinto Exequiorum exhibitio/ Sexto Ammiratio/ Debēt fideles congratulari ei/ Sicut enim filius dei dixit apostolis/ Si diligeretis me. gauderetis vtiqz quia vado ad patrem. Johannis. xiiij. Sic virgo beata poterat dicere. Si diligeretis me gauderetz vtiqz/ quia vado ad filium/ Bern./ Si mariam diligimus gaudebimus vtiqz quia vadit ad filiū/ Congratulabimur ei nisi forte (qđ absit) inuentrici gratie īueniamur om̄imode ingrati/ Gaudiū sequela est amoris. s̄m illud Gal. v. Fructus spiritus. caritas pax gaudium/ Amor est. sicut amantis sic ⁊ amati/ Amantes habent idem velle ⁊ idem nolle/ de eodem gaudentes ⁊ dolētes/ Canti. iij. Introduxit me rex in cellaria sua. dicitur per spiritum sanctum in persona virginis/ Et subditur oratio fideliuz/ Exultabimus ⁊ letabimur in te memores vberum tuorū/ In hoc festo cantat ecclesia. Hodie maria virgo celos ascēdit gaudete qz/ ⁊c̄. Bern. tn̄ cōtra hoc obijcit hijs verbis/ Plangendum plus nobis q̄ gaudendū esse videtur/ quantū enim de ei⁹ presentia celum exultat/ nunquid non consequens est. vt tantum lugeat inferior iste mūdus absentiam suam/ Cesset tamen querela nostra/ quia nec nobis est hic manēs ciuitas sed eā inquirimus ad quā hodie mater benedicta ꝑuenit/ Imitari debent fideles mundi dominā quasi eam sequentes/ Sicut em̄ gloria magna est sequi dn̄m/ Ecc̄i. xxiiij. Ita ⁊ sequi dominā/ Bern. Precessit nos regina nostra ⁊ tam gloriose suscepta est/ vt fiducialiter dominā sequant̄ seruuli clamitātes. trahe nos post te/ Specialiter debent eam imitari in puritate/ humilitate. caritate. ⁊ pietate/ Debent etiam laudibus eam prosequi. ij. Regū. vi. Dauid archam dn̄i cum iubilo induxit in hierusalē/ Archa in quā deus the-

saurum suum posuit. vbi ꝑcium nostre re/demptōis posuit / ad quā ecclesia in suis necessitatib⁹ recurrit est beata virgo. / De suis laudibus dicit Bernā / A laudib⁹ non debet cessare humana mortalitas / cū hominis sola natura supra spūs immortales exaltatur in virgine / ꝓius erat exaltata. sed associata diuine / Debent etiā fideles matri domini que in celum ascendit ꝓ salute sua supplicare / nō em̄ est verisimile q̄ in die honoris ⁊ coronationis sue / a filio suo paciatur repulsam / iij. Regū. ij. Dixit salomon matri sue / pete mater mi. nō em̄ phas est vt auertam faciem meam / Bernā. / Aduocatā ꝑmsit pegrinatio nr̄a / q̄ tanq̄ iudicis mat. ⁊ mater mie suppl'r ⁊ efficaciter. salutis nr̄e negotia ꝓtractabit / Idē. Preciosum mun⁹ terra nr̄a hodie in celū direxit / vt vādo ⁊ accipiēdo feliciter amicicia q̄ federe copulent humana diuinis / terrena celestib⁹ ima sum̄is / vnde data optima ⁊ dona pfecta descēdūt / Ascendēs q̄ in altū virgo dabit dona hoibus. siq̄dem nec facultas ei deesse poterit nec voluntas / celoꝝ regina est. misericors est. mater est vnigeniti filij dei / Debent etiā fideles obsequijs suis benivolētiā captare / ad honorē ei⁹ ieiunādo / loca in q̄bus honorat visitando / ⁊ modis alijs. Vultū em̄ placet filio honorā mr̄i exhibere / Recolēda est etiā assūptio ei⁹ cū āmiratiōe / cū ipsi angeli de ipsa mirati sint. iuxta ꝙbū ꝓpositū a spūsco ꝑ salomonē dictū / de q̄ āmiratiōe. Bernā. Ipi inq̄t curie celestī. ꝓncipes / in tante nouitatī ꝓsideratōe clamāt cū āmiratiōe. (q̄ est ista q̄ ascēdit ō dēkto rē) Rōnabilē cām āmirandi habuerūt angeli / cū viderūt mr̄em dei sup choros angeloꝝ exaltari / sciebant em̄ q̄ nā būana q̄ ꝑm modōnāe mīoꝝ est angelica. ps. / Minuisti eū paulomī⁹ ab angelis. ꝑt angel' eq̄ri ꝑ virtutī meritū / Hath. xiij. ōr de hoib⁹ q̄ sunt angeli dei in celo. / Per pilegiū ꝙo grē ꝑt hō angelis ꝑferi. qō accidit in duab⁹ ꝓsonis / scz in xp̄o et mr̄e ei⁹ / vñō xp̄o ascēdēte admirā⁹ dixerūt angeli. Quis est iste rex glie rē. Ysay. xl. De mr̄e etī ei⁹ ascendēte dixerūt admirā⁹ (Que est ista.) Circa āmiratiōnē notandū. q̄ sic dictū est ꝑ Isa. lx. de xp̄o Vocabit nomē ei⁹ āmirabilie / Sic ⁊ mr̄ ei⁹ āmirabilis fuit / h bocscōm diuersos stat⁹ ipi⁹ / Immirabil' fuit añq̄ eēt nata cū in vtero fuit sctificata / ps. Sctificauit tabnaculū suū altissim⁹ / Cito inchoauit sciatē suam / Ite Mirabil' fuit p⁹ ntitatē suā in puersatōe / vñ ōr spūssanct⁹ ꝑ salomonē. Cañ. 4. Que est ista q̄ ascendit ꝑ desertum sic ꝙgula fumi / ex aromatib⁹ mirre ⁊ thurī ⁊ vniuersi puluerī pigmētarij / Ista ꝑ desertū pauptatī ꝓficiēdo de bono in melⁱ⁹ ascendit / Ipsa spe ⁊ amore supnoꝝ se erexit / ꝙgula fumi ꝑ hūilitatē exilis / ignis tribulatōī agēs interi⁹ spm̄ ei⁹ exaltās / velut i fumū odorifer ꝙo ⁊ angel' redegit / ꝑ hūilitatē q̄si ānihilauit in mirrā. / disciplia carnaliū delideri oꝝ mortificatā ⁊ a carnali putrefactōe cō seruatā intelligit / In thure ꝙo gra oꝝ / Quāūt sequtur. ⁊ vniuersi puluerī pigmentarij / ad vniuersitatē frutū referendū est q̄ in ea fuit / Aromata puluerisata pl⁹ redolēt. sic scti ꝑ laboris tribulatōes ꝓriti maiorē odorē suauitatī spirāt / cū hō puluis sit. ꝑm illud Hñ. iij. Puluis es ⁊ in pul. re / Gra facit eū pigmētariū Hñ. j8. Loqr ad dñm meū cū sim puluis ⁊ cinis / Ite Mirabil' fuit in filij dei ꝓceptōe Ber. Fide ꝓcipit ꝙgo / ꝑit ꝙgo. manet ꝙgo. q̄s non mireť / Sine corruptōe ꝓcepit sine gu amie guida fuit sine dolore pepit. / Valde āmirabil' fuit i assūptōe ad qō ꝑtiet interroga⁹ angeloꝝ ꝓposita. Que ē ista rē / Ad qō rūdet Aug⁹ ōi. Dr̄ dei regina celi / dña mōi porta pdyſi. / Dr̄ ōi qz genuit filiū ōi Lu. j. Qō ex te nascet sctm̄ vocabit filī⁹ ōi / ipsa būit sup ipm̄ mat ne auctoritatī impiū qō nll'a alia creatura būit Aug⁹ Singulariť illa feia būit. vt videret sibi nascēdi būilitate subditū / quē n̄ solū būana veꝝetiā angelica creata venerat ⁊ adorat altissimū / Regina celi ē. ō spolijs inferni ruinas repans angeloꝝ / Ber. Per te celū ipletū est / ifern⁹ spoliat⁹ / ruine ciuitatis irl'm restaurate / A ꝑn⁹ mōi regē habuerāt fz nō reginā / Sed hodie regina hesť subliata ē ad regnū asueri / Dña mōi ē Vñ maria interptat. p ipam repat⁹ est / vñ Aug⁹ loqns ad eā. Tuo singl'ari ꝓmercio / mōo succurristi pdito / porta padisi est / qz añq̄ ipa eēt nll⁹ hō padisū intrauit celestē / vñ ōr ei eccl'a. Tu regz alti ianua / Ad hāc portā ōz pulsare q̄ vult intrare eā amādo / ō ipsa sperā⁹ / eā laudā⁹ ⁊ orā⁹ ⁊ ei obsequ⁹ / Cae āmiratōz subdūt. cū ōr. Ascendit de

serto/desertũ mundus dicitur. Joh. ij. Ignis comedit speciosa deserti. Mund⁹ ad modum deserti transeuntibus est horribilis/deficiens bonis/habitatio potius bestiarum q̃m hominũ. Timent viri sancti transitum huius deserti. Ecc̃i. xviij. Homo sapiens in omnibus metuit. Sap̃. xiij Creature in odium hominũ facte sunt/ ⁊ in tentationem ꝛc̃. Una gutta diuine gr̃e non potest haberi in hoc deserto. nisi de celo veniat/nec potest sitis vnius anime sedari. ex omnibus bonis huius mundi/ quia vt dicit beatus Augustin⁹ Animam solius dei capacem quidquid minus deo est/implere non potest. Multe belue sunt ibi. et pauci viri. Aug⁹. Beluinus est homo amãdo talia qualia belue. Idem. Nõ discordet cor tuũ a facie tua/ nõ habeas faciem sursum ⁊ cor deorsum. Multa sũt ibi venenata animalia per malignitatem Ps̃. Furor illis ꝯm similitudinem serpentis. Multi leones ⁊ vrsi per rapacitatem Prouer. xij. Leo rugiens ⁊ vrsus esuriẽs princeps impius super populum pauperem. Multi sunt vulpes per dolositatem Luce. xiij. Dicite vulpi illi. loquens dominus de herode. De hoc deserto solebãt omnes descendere in infernũ ante christi passionem/post etiam maior pars hominũ. Alij enim illuc descendunt per ambitionem. vt dathan et abijron/qui ambientes principatum incitauerũt seditionem ꝯtra moysen. Mũeri. xvj/descenderunt qꝫ viui in infernum. Alij ꝑ amorem diuiciarum. Luce. xvi. Mortu⁹ est diues ⁊ sepultus in inferno. Alij ꝑ amorem deliciarum. Job. xxj. Ducũt in bonis dies suos ⁊ in puncto ad inferna descendũt. Multum mirari potuerunt angeli ꝙ ascendebat cum affluentia/de loco vbi tanta est penuria/⁊ cum delicijs de valle miserie ⁊ afflictionis/⁊ ꝙ in eis non inueniebant̃ pares delicie. quos in ciuitate domini fluminis impet⁹ letificat/qui a vultu glorie dei voluptatis torrente potabantur. Delicie iste erant gr̃e/que virginem ꝑadysum voluptatꝫ fecerãt/ vt ibi filius dei inhabitaret. Plantauit dñs ꝑadysum voluptatꝫ a ꝑncipio vbi hominem posuit/sed nobiliorẽ ꝑadysum ꝑauit filio suo scꝫ btãm virginem/quidni delicias dixerim. q̃ꝫ dec⁹ virginitatꝫ cũ munere fecũditatis/humilitatis insigne. distillantem fauum caritatis. viscera misericordie. plenitudinẽ gratie. ꝑrogatiuam glorie singularis. Verba illa bernardi. singula pondus h̃nt. Honorabile est decus virginitatꝫ/que ponit in statu angelico ⁊ quasi sponsã sociat deo. Ipsa est delectabilis deo. ꝯm illud Cant̃. j. Pascitur inter lilia. Humilitatis insigne est electoꝝ. ꝯm illud Greg. Euidentissimũ signum reproboꝝ est superbia/humilitas electorum. Humilitas virginis delectabilis fuit deo et curie celesti. Eius redolentiã filius dei sensit in celis/dum virgo esset in terris Cant̃. j. Cum esset rex in accubitu suo. nard⁹ mea dedit odorez suũ. Item caritatis eius vestis inestimabilis odoris/delectabilis fuit curie. ꝯm illd̃. Inestimabilis odor erat nimis in vestimẽtis eius. Item Pietas summe placens deo. valde fuit illi curie delectabilis. Augusti⁹ Nihil est quod ita amabilẽ faciat deo vt pietas. Item Satis poterãt mirari vidẽtes plenitudiem gratie esse in sexu muliebri/qui solebat exosus esse mũdo. eo ꝙ mulier fuerat causa ꝑditionis humane. Itm̃ mirari multũ de hoc poterant/quia videbant prerogatiuam glorie in muliere/que ꝓpter dictam causam fuerat obprobrio.

Et notandum ꝙ beata virgo habuit delicias generales/que ꝯsistunt in securitate. in manifesta cognitione ꝑme veritatis. ⁊ gustu summe suauitatꝫ. Speciales sunt homini qui habet aliquã rationem specialem amandi christum. ⁊ gloriãdi in eo. quã non habet angelus. Et aliquo mõ ꝯtemplatur eius humanitatem/quod non angelus. Gloriant̃ angeli in christo q̃si in domino/homies quasi in fratre suo. Cõtemplantur angeli humanitatẽ christi solo intellectu/homines intellectu ⁊ sensu. ꝑma. Pet̃. j. In quem desiderant angeli ꝓspicere. Delicias singulares habuit qꝛ mater fuit. Si gloria patris est filius sapiens. Prouer. xv. Nunquid gloria matris est filius qui est ipsa sapientia/non ꝑua gloria est imo maxima habere deo patri filium cõmunem/in quo nec prima similem visa est. nec habere sequentem.

¶Illa causa ãmiratõz esse potuit q̃ erat inuicta supza dilectũ suũ in quo ei⁹ ostendit familiaritas ad filiũ/sicut discipuli quem diligebat ihc. in hoc familiaritas appuit/ q̃ supza pect⁹ xp̃i discubuit. Job. vj. ¶Nec mirũ si mater innitebat ei/eo q̃ sup matrem pluries etiã puer innixus fuerat. ¶Dirãt angeli q̃ ipsa ei inhereat/a quo angelice ptãtes reuertendo resiliunt. ¶Per ꝟ etiam intelligit mr̃is ptãs/Qui em̃ alicui inniti tur virtutẽ ei⁹ qõdmõ sibi assumit/r ea vti tur/Sic mat̃ de oipotentia filij q̃ntũ vult assumit. Berñ. Qñ misereri nõ potez mr̃ oipotentie/Et notabiliter dr mat̃ filij/qz alij filij nõ sunt totaliter matrz/sed in isto nihil habet pr̃ carnalis/Mater fuit eius total'r. ei in oibus obediẽdo. idõ ipe meri to est matrz voluntatẽ ei⁹ pfecte iplendo.

¶De eodem Sermo. II.

¶In ordine. 82.

QVe est ista que

pgreditur q̃si aurora ꝟsurgens/ pulcra vt luna/electa vt sol/terribilis vt ca stroz acies ordinata Cañ. vj. Verba ꝓpo sita q̃ salomon edoctus a spũsancto dixit/ Ecclesia in eodẽ spũ edocta. in laudẽ brẽ ꝟginis assumit/Quib⁹ verbz beatã ꝟginẽ fidelib⁹ demõstrat/r que ipa sit. cũ ãmira tione introgat/notificãs eam r ẽm statũ vie. r ẽm statum patrie/¶In hoc q̃ eam fi delibus demõstrat. ipos ad attentionẽ in citat/sicut em̃ oculi ancille in manib⁹ dñe sue. ita debẽt esse oculi eccl'ie ad beatã vir ginẽ/Que dictõe demõstratiua vtit quod demonstrat ꝟspicit/r aliũ ad ꝟspiciendum inducit/Eccl'ia g̃ filios in mari h⁹ mundi fluctuãtes/q̃ntũ vellet ad portũ salutis p se dirigere non valens/ad directionẽ eos mittit scz ad mariã q̃ stella marz bebraice intꝛptat/Lu. j. Nomẽ ꝟginis maria/Berñ Si insurgũt venti tentatõnũ. si incurris scopulos tribulationũ/respice stellã voca mariã/¶In picul'. in angustijs. in rebus du bijs. mariã cogita. mariã inuoca/nõ rece dat a corde. nõ recedat ab ore/vt ipetres ei⁹ auxiliũ ne deseras ꝙuersatiõis exẽplũ./ ¶Ipam seq̃ns nõ deuias. ipam rogans nõ desperas/ipam cogitãs non erras/ipa te nente nõ coeruis/ipsa ptegente nõ metu is. ipsa duce non fatigaris/ipsa ꝓpicia ad portum puenis r sic in temetipso expiris q̃ merito dictũ sit (Maria) nomẽ ꝟginis ¶In hoc q̃ ecclesia de ipa sic introgat desi deriũ agẽdi fidelib⁹ ꝟmendat/Qui em̃ introgat/desiderare videt vt sciat. ¶Cũ magno desiderio audienda est r legenda. scripta sacra/que ꝺ ipsa loq̃tur. Dulcz em̃ occasio salutz extitit/Eccl. xxiij. Qui elu cidant me vitam eternã habebũt/Ei⁹ elu cidatio nõ solum elucidãtib⁹/sz etiã illis q̃bus fit. occasio salutis existit/Cũ em̃ hu militas r cetere virtutes ei⁹ r gr̃e omnib⁹ ostendũt/ipi ad eius imitationẽ ꝓuocant ¶Itẽ Cũ abundãtia pietatis ei⁹ notificat eis ipi inuocãt eã/inuocata aũt inuocan tibus deesse nõ ꝟsueuit/Berñ. Sileat mi sericordiã tuã virgo btã quisqz q̃ inuoca tã te in suis nccitib⁹ sibi memínerit defu isse/Ammirãda est btã ꝟgo/ꝓpter magnã ei a dño facta/r ꝓpter noua in ea facta/Luẽ. j. Beatã me dicẽt oẽs gñã. zc. ¶Magnũ fuit q̃ dñs mulierẽ deo r mõo exosam/ꝓpr eue ꝓuaricatõz grosam fecit/¶Itẽ magnũ fuit q̃ fontẽ oim gr̃aꝝ in ea posuit/In ea etz val de magnũ fuit q̃ eã angeloz̃ dom̃ dñam fecit/Qz sup seraphin senas alas hũtia eã exaltauit. regina appuit/ps. Astitit regia a dextris tuis zc. ¶Btã ꝟgo q̃si aurora fuit qz de bono in meli⁹ pficiẽs ad pfectõz pue nit/Sic pgredi dz iust⁹. puer. 4. Justoz semita q̃si luz splendẽs/pcedit r crescit vsq̃ ad pfectũ diẽ/¶Itẽ q̃si aurora fuit in sal uatoris ꝓceptõe qz vez solẽ genuit r tene bris ignorantie r culpe finẽ ipositi. Fuit etiã q̃si aurora in sua assũptõe cũ sua claritate celũ decorauit. Aurora ꝟsurgẽs tantã cla ritatẽ adducit q̃ claritas lũiarioz noctz dispgere videt. Sic claritas ꝟginis cla ritatẽ ciuiũ celestiũ supauit/Ipa eẽ adhuc q̃si aurora. q̃tidie pie flagitantib⁹ verũ solẽ spũal'r adducit/r diẽ salutz eis illuce scere facit/¶Ipa est illa aurora in q̃ cet⁹ an tiquoz patz piacob cum angelo luctantẽ desiger̃ bñdictõz obtinuit/Dr̃ãdo luctabã tur/antiq̃ pfes cũ deo vt veniret/Isa. xlvij dr. Nõ q̃escã donec egrediat vt splendor iust⁹ ei⁹/ps. Veni ad liberandũ nos/Luctãdo bñdictõz obtinuerũt/q̃ p btam ꝟgi nẽ ipm receperunt/in quo bendicẽde erãt omnes gentes/¶Ipsa erat aurora furibus infernalibus tremebunda. Job. xxiij.

Si subito apparuerit aurora arbitrant̄ vmbrā mortis. Multi nō ꝓgrediunt̄ q̄si aurora potius similes vespi q̄ꝫ aurore in q̄bus tenebre culpe inualescentes ꝑ pctm̄ mortale lucem gr̄e fugant. Causa ꝓ mag̃ ꝑte est ꝙ aliqui nō ꝓgrediunt̄ sed retrocedunt ꝙ volūtatē ꝓficiendi nō hn̄t. Bern̄. Magna ꝑs ꝓfect⁹ est velle ꝓficere. Aug⁹ Nostrū nō est regredi iam cesset oīs ignauia si volum⁹ nō redire currendū est. Leo papa. In deridendi inciderūt ꝑiculū qui ꝓficiendi ꝑdiderunt appetitum. Bern̄. In via vite nō ꝓgredi. regredi est. Beata virgo pulcra est vt luna. Luminare em̄ noctꝫ est lucens eis qui sunt in nocte pcti. Pro pinquissima inter planetas est luna terre. Sic beata virgo inter sanctos ꝑatior est his q̄ in hac valle miserie habitant miseri corditer subueīre. Itē luna mediatrix est luminis. Cum em̄ mds lumen solis ꝓpter aliq̄d int̄positū sibi ⁊ soli non potest recipere luna illud recipit ⁊ mdo illud ꝯmunicat. Sic beata v̄go tam filiū q̄ꝫ radiū a vero sole ꝓcedentē suscepit ⁊ hūanitate obumbratū mūdo dedit. Bern̄. Cū tu dign⁹ non eras cui filius dei daret̄ dat⁹ est marie vt ꝑ eam accipes quidq̄d hr̄es. Ut luna pulcra fuit que ex parte solis habet pulcritudinē suā. In his em̄ que dei sunt sapiens fuit. Luna quanto ꝓpinquior est soli tanto ei⁹ lux min⁹ nobis apparet. Sic beata virgo cū vera lux in ea recepta fuit ꝑ humilitatē lucem gr̄e sue occultauit vnd̄ tunc ait. Ecce ancilla dn̄i Luc̄. j. Sic luminare fuit qd̄ innuit̄ in ꝯsumatōe. Ecc̄i. xliij. Ipsa fuit electa vt sol verus. vt esset regina celoꝝ sicut ip̄e rex similima fuit soli huic. s̄m illud Apoc̄. xxi. Mulier amicta sole. Bern̄. Vestisti nube solem ⁊ ip̄a sole vestiris. Electa etiā fuit vt sol corpal̄ qui est lumīare electum fons luminis ⁊ caloris lumē habēs indeficiēs lumīare par sibi nō habēs beata virgo pulcra vt luna q̄ntū ad eos q̄ sunt in nocte pcti. Electa vt sol q̄ntum ad eos qui sunt in statu iusticie qui sub ea in luce ꝯgnitōnis ⁊ caloris. diuinū amorē ꝑficiunt ⁊ ad ꝑfectionē ꝑueniunt. Terribilis v̄o est q̄ntū ad eos qui tentant. Timent em̄ eā demones ⁊ fugiūt. In quocūqꝫ g̃ statu es deuot⁹ sis ei et ab ea speres ꝯsilium ⁊ auxiliū in hoc ꝙ d̄r

Electa vt sol ⁊ sole amicta insinuat̄ dotata q̄tuor dotib⁹ corꝑis. scꝫ claritate agilitate subtilitate. impassibilitate q̄ in sole designant̄. Radius em̄ solis clar⁹ est agil̄ est vt subito ab oriente in occidentē transeat. Subtilis est qꝛ vitrum intrat sine eius lesione. Impassibil̄ est vt nec gladio nec alio ledi possit Math̄. xiiij. Fulgebūt iusti sicut sol. Bern̄. Quis erit splendor aīaꝝ quādo solis splendorem habebit lux corꝑm. Querit̄ vtrum beata virgo tm̄ assumpta sit in aīma vel in anima ⁊ corꝑe. Hiero. diffinire noluit sed ambiguū reliquit. Aug⁹ autē pie credit ꝙ in anima ⁊ corꝑe assumpta fuerit ⁊ multis rōnibus h̄ astruere voluit ⁊ sibi Bern̄. beate virgini deuotus in multis ab ea edoctus ꝯsentiens fuit. vt ptꝫ ex verbis suis que sequūt̄. Si oculus non vidit nec auris audiuit ⁊ in cor hominis nō ascendit que prepauit deus diligētibus se quid prepauit gignēte se (⁊ quod omnib⁹ certum est) ꝑ omib⁹ diliēgti. Tronū quippe dei thalamū ⁊ tabernaculum christi dignū est ibi esse vbi ⁊ ipse tantū thesaurum digni⁹ est celum seruare q̄m terram. merito em̄ non putredinis resolutio sed incorruptibilitas sequitur integritatem tantā. Sciendū etiā hoc de assumptione beate virginis ꝙ xp̄c se exceptū esse voluit ab illa generali snīa ade dicta Puluis es ⁊ in puluerē r̄uerterꝫ Gen̄. iij. Corpus em̄ eius mortuū non est in puluerem redactum s̄m illud ps̄. Non dabis sanctū tuum videre corruptionem Si ergo in hoc parcere sibi voluit. Veri simile est ꝙ in eodem matri sue pepercerit. Boni em̄ filij est āpli⁹ ꝑcere mr̄i sue q̄ꝫ sibi īmo etꝫ cōiter mali filij hoc faciunt vt filij infideliū a lege nat̄ali edocti. Si ergo illi q̄ sunt mali h̄ faciūt q̄s sani capitis audeat hoc negare de optio filio. Itē q̄s nostꝫ mr̄em suā a v̄mib⁹ comedi ꝑmitteret q̄ sine difficultate hoc ꝓhibere valeret. Quō g̃ nō v̄isil̄e est vt fili⁹ ille cui⁹ spūs sup mel dulcis cui⁹ benignitas ⁊ hūanitas in virgine sumpta mūdo apparuit matrē suam dulcissimā putrefieri ⁊ a v̄mibus comedi ꝑmisit cū facillime hoc ꝓhibere potuerit. Item. Cum voluerit matrē suam ereptā esse ab illa generali sententia Eue dicta. In dolore paries. Cur non voluerit eam

eam ereptam esse a generali sententia ade dicta. In puluerē reuertēs. In exceptiōe illa manifeste apparet. q̄ potuit parcere matri sue q̄ sibi. Voluit enim pariēdo eam gaudere sicut cantat ecclesia. Dū paris et gaudes cantant celi agmina laudes. Se autem voluit in natiuitate flere Aug⁹. Puer a plozatu incipit. Sap. vij. Primā vocem similē omnib⁹ emisit plozās. Item qui in angustijs passionis mr̄is sue curam habere voluit. Nunquid accepta potestate omni in celo ⁊ in terra de ea nō curauit. Item Aug⁹. Si ihs quem scim⁹ omnia posse voluit integram matrē virginitatē seruare pudore. cur non velit incoꝛruptā a putredinis seruare fetore. Idem. Nunquid ad eius benignitatē ptinet matris honozem seruare. qui legem q̄ matrē honozem p̄cepit non venit soluere sed adimplere. Quā igit in vita p̄ ceteris sui gr̄a p̄ceptus honozauit. pium est credere q̄ eā in mozte etiam speciali gratia honozauit. Potuit illā a putredine ⁊ puluere alienā facere. qui ex ea nascens potuit virginem relinquere. Putredo namq; ⁊ vermis obp̄zobriū est humane p̄ditōnis. obp̄zobriū vero p̄trariū est honozi. matrem ergo perfecte non honozauit si ab hoc obp̄zobrio eam non seruauit. Item bern⁹. Puto christ⁹ me spernere nō poterit. os de ossib⁹ meis. ⁊ caro de carne mea. Si nos spnere non potest. quomō eam spernere potuit a qua carnem suam sumpsit. vnde Aug⁹ de ipsa. Tota trāslata est ne ps maneret cū verbo ⁊ ps in ỹme. Item qui nō solum sanctoꝝ coꝛpa in honoze vult br̄i in terris. imo etiā tozmenta sua scz crucem ⁊ clauos ⁊ silia. Nunq̄d coꝛp⁹ sue matrē voluisset baberi i honoze alicubi in terra. nisi in maiozi honoze esset in celo. Item q̄s nō videat indecens valde esse. q̄ in tota natōe celestis regine deesset ei oznat⁹ sui gloziosissimi coꝛporis. cū rex celestis in oznatu tali appareret. Nunq̄d p̄ueniens fuit. vt sic in coꝛpe regis scriptū erat. rex regū ⁊ dns dnantiū. Sic ⁊ in coꝛpe regine idē esset scriptū. vt sic ex q̄ttuoꝛ dotib⁹ coꝛpis glozificati apparebit regis. ita apperet ⁊ regine. Item Aug⁹. Si merito p̄ omnibus marie viuenti donata est gr̄a. nunq̄d nō erat in mozte meminenda. Absit. Nam si oim sanctoꝝ mozs est p̄ciosa. marie sane erit p̄ciosissima. que tantā dei gr̄am comitē habuit. vt mat̄ dei dicat ⁊ sit. Consideraꝝ ḡ omib⁹ his. vera rōne sentio p̄fitendū mariā ad eternitatē gaudia gloziose assumptā xp̄i benignitate ceteris honozati⁹ susceptā ⁊ ad p̄munē putredinis ỹmis ⁊ puluerē būilitatē nō esse adductā. Idē. Si in ptāte saluatoris est de sanctoꝝ capite capillū non pire. q̄ ⁊ matrē suā aia ⁊ coꝛpe integrā posse seruare. et si nullus fideliū dubitat hoc eū posse. cur dubitandū est etiā q̄d ad tantā benignitatē attinet eū voluisse. Cū leprosō dicente xp̄o. Dñe si vis potes me mūdare. Mat. viij. xp̄c. volo. respondit. Quis nisi puerissim⁹ audeat dicere. q̄ mr̄ez suā quā a putrefactōe ex ỹmiū p̄mestōe facillie seruare potuit. seruare noluerit. Aug⁹. Si ds sola gr̄a inter crepitātes flāmas. non solum coꝛpa pueroꝝ illesa. sed ⁊ vestimēta seruare voluit inusta. cur abijciat in mr̄e p̄pria. q̄d elegit in veste aliena. Item Aug⁹. Jonā in ventre ceti p̄ter naturalē vsum sibi seruauit incoꝛruptū sola mia. cur mariā incoꝛruptā p̄ter naturā nō seruabit. Si seruatus est daniel in int̄patissima fame leonum. ⁊ nō est seruanda maria tantis donata meritis dignitatum. Item Aug⁹. Letatur maria leticia inenarrabili ania ⁊ coꝛpoze. in filio p̄pio cum filio p̄pio. per filium p̄pium. quē in vtero suo gessit. quem genuit. quem fouit. et aluit. dei genitrix. dei ministratrix. dei q̄z secutrix. de qua quicq̄ aliter sentire nō audeo. aliter dicere non p̄sumo. Suscipiat banc fraterna caritas. et si refragarebijs elegerit. tam̄ non vult dicere hoc christum non posse. p̄ferat quare non conueniat velle. Et si dei consilium de hijs nosse veraciter ostendit. incipiam ei credere. de quibus aliter p̄sumpsit credere sentire. Si ergo sunt vera que dixi. tibi xp̄e. gratias ago. quia de sancta virgine matre tua. non nisi vt dignum est sentire potui. Si ergo dixi vt potui. approba obsecro christe et tu. ⁊ tui. Item ad idem. Voluit christ⁹ totus esse matris sue ſm carnem. scz vt patrem carnalem non haberet. voluit etiam matrē suam. totam esse eius. vt alios filios ſm carnē nō gn̄aret. qui ex ea voluit gn̄ari. gloziosam matrē suā noluit cōicare boi. Nunq̄d eā voluit cōicare ỹmi.

¶Item si ꝓueniēs fuit vt christi gloriosa resurrectio acceleraret/ vt per ꝫ viris spes sue glorioſe resurrectionis daretur/ Sic neceſſe fuit vt beate virginis resurrectio acceleraretur/ vt muliebri ſexui natura / liter magis pusillanimi. et maiorem materiam diffidendi habenti/ eo q̄ fuisset occasio perditōis mundi. spes sue resurrectionis daretur/ Uterq; sexus/ de paradyso terrestri eiectus est. vterq; in celo debuit apparere/ in augmentum perfecte reparationis/ Qui ad honorem mulierū. mulieris filius voluit esse. non viri/ & post resurrectionem suam mulieri ꝓius apparere/ humanam naturam in anima et corpore exaltare voluit in muliere ad inimicor̄ humani generis horrorem/ & repatror̄ ipius laudem/ ¶In corpore & aia filius & mater sunt in celo. ſm illud ps̄. Surge domine in requiē tuam. tu & archa sanctificatōis tue. Apoc. iij. Apertum est templū. & visa est archa testamenti eius in templo/ ¶Die ergo Augustino & Bernardo credi pōt/ q̄ in corpore anima mater domini sup̄ chor̄ angelorum exaltata sit.

¶De beato Bernardo Abbate Sermo. 83.

Dilectus deo & hominibus/ cuius memoria in benedictōe est. similem fecit illum in gloria sanctorum. Eccī. xlv. Uerba ꝓposita que de Moyse sunt scripta/ hodie in laudem beati Bernardi assumit ecclesia. ¶In quibus nobis duo ostenduntur/ scilicet eius gratia & gloria. Hec sunt duo dona p̄cio sa que deus dat electis. ſm illud. ps̄. Gratiam et gl'iam dabit dominus/ Ad gr̄am pertinet illud. Dilect⁹ deo & hominibus/ Ad gl'iam quod sequitur. Cui⁹ memoria in benedictione est &c̄. ¶Circa ꝓimum notād⁹ est ordo/ ¶Primo em̄ p̄uidendū est vt simus dilecti a deo/ deinde ab homnib⁹/ Querenda est dilectio diuina etiam cum odio paterno. vel fraterno. vel etiam filiorum si aliter haberi non potest/ ¶Paratus fuit abraam occidere filium suum ad p̄ceptum domini Gen̄. xxij. Et leuite occiderunt fratres & amicos. Exodi. 32. Luce. xiiij. Si quis venit ad me & non odit patrem & matrem/ nō potest meus esse discipulus/ Uestis caritatis debet esse desup contexta. vt ab amore dei inchoetur/ homines vero ꝓpter deum amētur/ Fons amoris cum in alto oritur. vt cum deus ꝓpter se & sup̄ omnia amatur/ ad inferiores cōuenienter deriuatur. vt ꝓpter deum homines amētur/ Augu⁹ in libro ꝓfessionū. Domine beatus qui amat te/ et amicum in te. et inimicum ꝓpter te/ Solus enim nullius caritatē amittit cui omnes in illo cari sunt. qui nō amittit te/ nemo amittit nisi qui dimittit. ¶Et nota q̄ quattuor sunt que ad hoc valent vt aliquis a deo ametur que vere in hoc sancto fuerunt/

¶Primum est carnis mundicia/ ꝓpter hanc Johānes dictus est discipulus quē diligebat ihesus/ Joh. vltimo. Canticor̄. ij. Dilectus meus mihi et ego illi qui pascitur inter lylia/ puritate em̄ delectatur. Sapiē. vj Incorruptio facit ꝓximū deo

¶Carnis mundiciam habuit beatus Bernardus. Ipe fuit deliciarum carnaliū cō temptor maxim⁹/ Ipse fuit magne abstinētie/ ita q̄ in hijs que sumebat saporem nō discernebat/ Aliquādo sagimen crudū per errorem sibi oblatum ꝓ butiro sumpsit/ Aliquando oleum ꝓ potu & solam sibi aquam sapere dicebat/ quā dum sumebat. fauces & guttur eius refrigerabat

¶Castitatem tanq̄ thesaurum magnū seruauit/ Cum enim aliquando curiosus aspiciendo defixos oculos aliquādiu tenuisset/ ad se reuersus et confusus in stagno frigidarum aquarum quod ꝓximū erat cellotenus insiliit/ et tam diu ibi permānsit donec pene exanguis effect⁹ a caloze carnalis ꝺcupiscentie refriguit/ ¶Item Quedam hospita sua cum ad lectum eius venisset clamauit/ latrones. latrones. nō dimittens p̄ verecūdia clamare. quod multi non faciunt/ ¶Potius eligentes castitatem amittere q̄ clamando erubescentiam sustinere/ sequenti vero die cum quereretur ab eo quid clamans habuisset/ Respōdit. vere aderat latro hospita scilicz/ castitatem mihi volens auferre thesaurum inestimabilem. ¶Secundum vero fuit

humilitas ꝓpter quā dicit vir ꝟm cor dei. j. Regū. xiij. ⁊ Math. ix. In signum amoris quem habet deus ad humiles amplexatus est paruulū. Et beniamin frater minimus Genes. xliij. vocatur amantissimꝰ domini. Deutro. xxxiij. Valde humilis fuit beatꝰ Bernardꝰ. illius signum est ꝙ ordinis cister. plantulam nouam ac modicam intrauit vt lateret tanq̄ vas perditum et sicut in vita eius legitur. Ceteros arbitrabat sanctos esse et perfectos se autem incipientem esse et nouiciū. Ipe etiam ait de se alieno sensui magis credidi q̄ meo cum vires ei deficiebant ad opera que alij faciebant ad viliora opera fugiens laborē humilitati compensabat.

Tercium est mansuetudo ꝓpter hanc moyses deo dicit specialiter dilectꝰ erat em̄ mitissimus sup omnes homies qui morabantur sup terrā Nūeri. xij. Mansuetudo multū assimilat deo cuiꝰ bonitatē aliena malicia non ꝑturbat ideo deo amabilem facit. beatus Bernardꝰ valde mansuetus fuit vnde de se ait. Lesus vindictā nō expecij. Cum quadā die quendā canonicū regularem collegium suum postulantem nollet recipere ille quasi insanus in eum irruens ꝑcussit eum tam grauiter in maxillam vt succederet rubor in quem cū vellent irruere qui aderant precepit vir sanctus eum non tangi sed caute eum educi et curam illius haberi. De illo legitur ꝙ interpretatiōe rarius vtebatur monitis potius ⁊ obsecratōibus agens. Quartū est dilectio. Diligit em̄ deus eos qui se diligunt alioquin esset infidelis Bernardꝰ in epistolis. Nemo se amari diffidat qui iam amat libēter deus amorem nostrum quem preuenit subsequitur. Prouer. viij. Ego diligētes me diligo Joh. xiiij. Qui diligit me diligetur a patre meo ⁊ ego diligam eum. beatus Bernardꝰ deū multū dilexit cuius signum est ꝙ offensam eius studiose cauit cum ei adhuc puerulo dolore capitis laborantiquedam mulier eēt adducta vt eius dolorem suis carmibus mitigaret cum indignatiōe clamans eam a se repulit. Signū etiā huiꝰ amoris fuit ꝙ omnia ꝑ ipso reliquit. Math. xix. Si vis ꝑfectus esse (interli. in dei dilectiōe) Vade ⁊ vende oīa que habes ⁊c. Sene.

Nemo dignus deo qui opes non ꝯtempsit temꝑalia amata. ꝟm beatū Bernardū inq̄nant ideo amans ea amplexū diuini amoris non est dignus. Item signū amoris fuit ꝙ deo quos potuit adq̄siuit vn̄ plus q̄z cū triginta socijs ordinem cister. intrauit. Humilitas enim multum valet ad hoc ꝙ aliquis diligatur ab hominibꝰ sicut enim odibilis est deo et hominibus superbia sic amabilis est deo ⁊ hominibꝰ humilitas. Et ad idem valet mansuetudo ꝟm illud Eccī. iij. In mansuetudine opera tua perfice et super hominū gloriā diligeris. Valet etiam ad idem dilectio. Seneca. Monstrabo tibi amatorium sine medicamēto sine herba sine vllius venefice carmine si vis amari. ama. Sequitur. (Cuius memoria in benedictione est ⁊c) militanti ecclesie memoria eius est in benedictōne laudabilis enim est iuxta illud Prouer. x. Memoria iusti cum laudibus. Ipe vero laudabilis est excellentissime enim vixit gratiosissime docuit. manifestissimis miraculis fulsit eum nō humana instructio sed diuina inspiratio sapientem fecit quod in scripturꝫ specialiter sensit. In siluis maxime et in agris meditando et orando confitebatur se accepisse et in hoc nullos magistros aliquando se habuisse. nisi quercos inter amicos dicere solebat. Quod autem seq̄tur. (Similem fecit illum in gloria sanctorū) Primo potest referri ad hoc ꝙ sicut moyses mira opera faciēdo popolū dei a seruitute egypciaca liberauit sic beatus Bernardꝰ multis miraculis effulgens infinitos a seruitute viciorum eripuit et multos a periculo mūdi ad religionē adduxit quasi quasdam murationes dei contra hostes ipsius. Secundo potest referri ad hoc ꝙ Sicut deus moysi recitauit sua misteria et vultus eius claritate resplenduit radioꝝ vt non possent in eū respicere filij israel. Exodi. xxxiij. Sic beato Bernardo secreta multa reuelauit vt celesti luce illuminatus multum ecclesiam illumiauit. Tercio potest referri ad hoc ꝙ in gloria celesti receptus est vt illis esset similis in gloria quibus similis fuerat in gratia.

De beato Bartholomeo.
Sermo.84.

Quicunqz honorificauerit me gl'ificabo. eũ.j. Reg.ij. Hodie celebrã⁹ bti Bartholomei solẽnitatẽ q̃ fuit vnus de magnis amicis dei. Circa quẽ tria attendere debem⁹ Ei⁹ sanctitatẽ vt eam viriliter imitemur. Eius ptãtẽ vt de ea auxiliũ sperem⁹ Eius gl'iam in t'ris ⁊ in celo a dño exhibitã vt amiciciã h⁹ dñi desiderem⁹ q̃ amicos suos sic facit honorari. Tria ad sanctitatẽ ei⁹ ptinentia. in q̃bus eũ imitari debem⁹ indicat nobis ipi⁹ vita q̃ hodie in ecclesia recitat̃. scz ꝙ fuit tpalium ꝯtemptor. Assidu⁹ ⁊ feruens orator. ydolatrie zelãtissim⁹ psecutor ⁊ destructor. Ad p̃mum ptinet ꝙ postq̃ filiã regis polimij sanauerat q̃ fuerat lunatica ⁊ ab ea demoniũ expulerat. Rex sumarios auro ⁊ argento ⁊ lapidibus p̃ciosis ei p̃sentare voluit. cũ aũt postea apl's cũ solo rege ostio clauso apparuisset. dixit regi vt q̃d me q̃siuisti cũ auro ⁊ argento ego nihil terrenũ vel carnale desidero. cui multi ꝯtrarij sunt quoꝝ porte pauꝑibus clause sunt diuitibus aperte. Ad scd̃m ptinet ꝙ ipse centies flexis genib⁹ orabat i die. ⁊ centies in nocte. Et q̃dam demoniac⁹ clamauit. Apostole dei bartholo. incendũt me oratões tue. oratio feruore incensa demones incendit. ydolatrie psecutor ⁊ destructor fuit. ydola em̃ ꝯfringebat ⁊ demones ab hoĩbus expellebat. Unde ait ipse regi polimio. filius dei victor dyaboli misit nos in omẽs ꝓuincias. vt expellam⁹ ministros eius qui ꝑ templa habitant vt hoĩes qui eos colunt. de ptãte eius q̃ victus est auferam⁹ ⁊ ecõtrario multi hodie ydola faciunt vt gulosi quorum deus venter est ⁊ q̃ sectant̃ auariciã que est ydoloꝝ seruit⁹. ad Ephe. v. Potestas ei⁹ apparet ex h̃ ꝙ angeli boni nõ ꝑmittebant eũ esurire nec sitire nec fatigari. ⁊ ex subiectõe demonũ quos ligabat. ⁊ ad ꝯfractionẽ ydoloꝝ suorum ⁊ ad destructõnẽ d̃ceptionũ suaꝝ cogebat. vt patet in vita ipsi⁹. De gloria ei in terra ⁊ in celo exhibita. ptz ꝙ valde est magna. vnde bñ in eo impleta est ꝓmissio a deo facta quã ꝓposuim⁹. (Quicũqz honorificauerit me ⁊c̃.) honorificauit eũ beatus barthome⁹ orando centies flexis genibus in die ⁊ centies in nocte vt prius dictũ est. Item gloriam deo dandã ad demones transsatã ad eum reuocando in reuicissitudinis debuit glorificari a d̃o. gloria ipsi⁹ celestis inexplicabilis est. sicut et alioꝝ sanctoꝝ. Item duodecim sunt q̃b⁹ magnitudo illi⁹ glorie aliq̃ten⁹ p̃t ꝑpẽdi. Primũ est ꝙ de⁹ care vendidit gloriã istã etiã amicissimis suis. Petr⁹ eam emit crucis patibulo. Paul⁹ amputatõe capitz. et verisil'e est ꝙ ipse nõ deceperit eos. cũ sit amicus fidelissimus. imo qd̃ plus est. ipse met emit gloriã istam carissime suis amicis. scz crucis ignominia. vnde verisimile est gloriã istam magnã esse quam christus tanta ignominia emit. Scd̃m est gloria pulcritudinis. quã videmus etiaz in istis inferioribus creaturis. cum omnia q̃ dominus fecit mirabilis sint pulcritudinis. Idem videmus in pratis. Math. vi. Cõsiderate lilia agri quomõ crescũt. ⁊ subditur. dico vobis quoniã nec salomon in oĩ gloria sua coopt⁹ est sic vnum ex istis. Et p⁹. si fenũ agri qd̃ hodie est ⁊ cras in clibanũ mittitur deus sic vestit. quanto magis vos modice fidei. Tercium est gloria pulcritudinis in his q̃ sapiẽtia artificis fiũt. videm⁹ ꝙ ea q̃ fiũt ex lignis et lapidib⁹ et metallis (que qñ de terra sumunt̃ paruaz habent pulcritudinẽ) erunt mire pulcritudinis vt ptz in gloria salomonis. iij. Reg x. Uidens regina saba omnẽ sapiẽtiam salomonis. et domũ quã edificauerat ⁊c̃. nõ habebat spiritum. quid ergo glorie habebunt amici dei. cũ deo placuerit eos decorare s̃m magnitudinem potentie diuine. Quarto potest apparere magnitudo glorie eius ex verbis sanctoꝝ. quibus deus reuelauit eam vt habetur. ysa. lxiiij Oculus non vidit deus absqz te. que p̃parasti expectãtibus te. Et.j. ad. Coꝝ. ij. Ocul⁹ nõ vidit nec aurz audiuit nec in cor hoĩs ascendit que p̃parauit deus diligentibus se ad. Ro. viij. Non sunt ꝯdigne passiones huius temporis ad futurã gloriã q̃ reuelabitur in nobis. et.ij. Coꝝ. iiij. Id qd̃ est momentaneũ et leue tribulationis nr̃e supra modũ in sublimitatẽ eterne gl'ie põdus opatur in nobis. Gen̄. xv. Ego sum

merces tua magna nimis. Exodi. 33. ait moyses ad dñm. Ostende mihi gl'am tuā. q̄ respondit ei. Ostendā tibi omne bonū. puer. xi. Desideriū iustoꝝ omne bonū. Dauid. Nimis honorati sunt amici tui deꝰ. Quinto ꝑ hoc ꝙ legit Mat. xvij. In trās figuratōe dñi factū. ꝙ facies resplenduit sicut sol. ⁊ vestimēta eius facta sunt alba sicut nix. Voluit em̄ illis dñs ostēdere gloriā quā habitura sunt corpa nr̄a. in resurrectōne. Sexto honor quē ꝯtulit cruci q̄ ei seruiuit. Augꝰ. Crux de penis latronū transiuit ad frontes impatoꝝ. quid faciet ds fidelibꝰ suis ⁊c. Ambrosiꝰ sup ps. Beati īmaculati. Si obprobriū tuū. gl'ia est domie. q̄nta est gl'ia tua s tue ḡ ꝑticipatōne gl'ie quid erimꝰ. cuiꝰ sumus obprobrio gloriosi. Septimo. honor quo xp̄c honorat sanctos in terra. maior ē reuerētia puluerib⁹ vel ossib⁹ sanctoꝝ. vel etiā panicul' q̄bus induti sunt q̄m exhibeat maximis p̄ncipib⁹ hui⁹ mūdi. verisil'e est ꝙ multum sit honoratur⁹ eos in celis. quos facit tantū honorari in terris. Octauo per hoc ꝙ gloria eoꝝ erit similis glorie di. iuxta illd .j. Joh. iij. Filij dei sumꝰ sed nondū appet quod erimꝰ. sꝫ cū apparuerit similes ei erimus. verisil'e est ꝙ illa creatura q̄ in naturalib⁹ similis do existit. ⁊ opatōe do imitata est. multū debeat decorari. ⁊ deo in gloria assimilari. Rom. viij. Quos p̄destinauit ꝯformes fieri ymaginis filij sui. Nono locus in quo xp̄i benignitas vult eos esse. Joh. xij. Vbi ego sum illic ⁊ mister meus erit. In eodē. xvij. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum. ⁊ illi sint mecū. vt videāt claritatē meā. ⁊ Luce. xxij. Et ego dispono vobis sic disposuit mihi pat' meus regnum. vt edatꝫ ⁊ bibatis sup mensam meam. Decimo ꝙ regnum habebunt Math. xxv. Venite benedicti p̄ris mei ꝑcipite regnū ⁊c. Apoc. xxij. ⁊ regnabūt in secula seculoꝝ. Vndecimo Corone p̄ciositas. in ps. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Lapis preciosus iste deus est. Hec est illa p̄ciosa margarita. quā qui inuenit vendit omia que habet. ⁊ emit eam. Math. xiiij. Circa coronam istā nō solū attende valorē lapidū. sꝫ etiam splendorē. est em̄ splendor glorie Hebre. j. Qui q̄siuit splendorem glorie. Apoc. xxj. Ciuitas nō eget sole ⁊ luna vt luceant in ea. nam claritas dei illumīabit eam. Attēde etiā corone decorē q̄ decenter scꝫ corona ꝯueniat capiti. caput em̄ cordis ad eā ⁊ ꝓpter eam factū est. Augꝰ in liꝰ ꝯfess. Dñe fecisti nos ad te. ⁊ inq̄etum est cor nr̄m. donec q̄escat in te. Duodecimo ꝙ deus eos misterio ꝓprio honorabit. Luc. xij. Precinget se et faciet illos discūbere. ⁊ transiens ministrabit eis. Hec ministratio erit dīne faciei in q̄ sunt summe delicie ostēsio. Dauid. Letificabis eū in gaudio cum vultu tuo. Job 33. Videbit faciē eius in iubilo. nunc facies eiꝰ abscōdita est. Dauid. Quā mag̃ multitudo dulcedis tue dñe. quā abscondisti timentib⁹ te. Job. xxvi. Qui tenet vultū solij sui. ⁊ expādit super illd nebulā suā. Tanta est hec gloria. ꝙ in spe illius glorie sancti gloriant. ad Ro. viij. Gloriantur in spe filioꝝ dei ⁊c.

De beato Augustino
Sermo. 85.

Quasi vas auri solidū ornatū omī lapide p̄cioso. Ecci. xv. Ecclesia q̄ hodie de sancto Augustino solēnizat. eum ꝯmendare desiderat. ⁊ qꝛ lingua eius ꝯmendationē exp̄mere nō sufficit. diuersis creaturis eū ꝯpat. vt quelibet eaꝝ laudis eiꝰ aliq̄d ostendat. Et p̄mo ꝯpat eum q̄tuor creaturis celestib⁹. scꝫ stelle matutine in medio nebule. Lune plene. Soli effulgenti. Arcui celi qui est radius solaris in nube aquosa. Deinde ꝯpat eū q̄nqꝫ creaturis terrestrib⁹. scꝫ floribus vt rose ⁊ lilio. thuri redolenti. igni effulgenti. vasi de auro lapidibus p̄ciosis ornato. Arboribus vt oliue pululanti ⁊ cip̄sso in altitudinē se extollenti. Similitudinē vasis aurei lapidibus p̄ciosis ornati hic ꝓsequi volumꝰ obmissis alijs causa breuitatis. Notandū ḡ ꝙ p̄ma ps verbi ꝓpositi referri potest ad bona naturalia sancti Augustini. Scōa ad gratuita. ⁊ s̄m hoc sanctus Augꝰ. Vas fuit q̄ntū ad vim rōnalē. Solidū quantū ad irascibilē. Auri quātū ad ꝯcupiscibilē. In aīa v̄o rationali possibile est oīa fieri. s̄m ph̄m. Ita s̄m eū. ē aīa vas capax oīm. Vere vas āmirabile opus excelsi Ecci. xliij. Ratōnalis. sanctus Augꝰ nō solum

fuit capax sed ꝛ multū pspicax habult em rōnē valde penetrantē vñ ipse de se refert. ꝙ sine mgro intellexerit libros logicoꝝ q̄ valde sunt difficiles. Soliditatē habuit ꝙntū ad irascibilē fuit em difficile frangibilis ab aduersis nō fuit pusillanimis sic ꝙ difficultati sibi occurrēti cederꝫ Auꝛ fuit quantū ad ꝛcupiscibilē ad quā ptinet amoꝛ qui excellit inter alias passiones sic aurū inter metalla Fuit em valde amicabilis. habil amare ꝛ amari puer. xviij. vir amicabilis ad societatē magis erit amicꝰ q̄ frater. Ite signa amicabilitatꝫ eius sūt ꝟba que ōt q̄rto liº ꝓfer Doꝛtuo quodā amico suo quē diligebat multū eum dixit fuisse dimidium anime sue Nam ꝛ ego in quit sensi aiam meā ꝛ aiam illiꝰ vnā fuisse in duobꝰ coꝛpibꝰ ꝛ ideo hoꝛroꝛi mihi erat vita qꝛ nolebā dimidiꝰ viuere Uel quasi vas fuit ꝙntū ad rationē Solidū ꝙntū ad memoꝛiā Optie em meōꝛie fuit. nō fuit coꝛ ei sic coꝛ stulti Eccī. xxj. Coꝛ fatui q̄si vas ꝓfractū ꝛ oēm sapiam nō tenebit. Auri fuit quantū ad voluntatē Possunt tñ verba ꝓposita totalit referi ad gratuita que nob sunt mirabilia ita vt illō quasi auri solidū ꝛferaꝝ ad ꝟtutes theologicas Istud ꝟo lapidibꝰ ꝓciosis oꝛnatū ad cardinales Sm hoc fuit q̄si vas p fidei humilitatem. solidum per spei firmitatem auri p caritatem. Circa ꝑmū notandū ꝙ licet coꝛ humanū capax sit dei ꝛ creaturaꝝ Et capacitas creaturaꝝ mioꝛ sit capacitate dei hūilitas tñ fidei (q̄ iuxta ꝟbū apl̄i ꝛpꝫ facit habitare in coꝛdibus nr̄is) coꝛ nostꝝ facit vas qō dei est capax. Coꝛ scti augu. cū suit supbum non fuit capax dei. vt ipe de se ōt in libꝛo ꝓfes Tumoꝛe meo inquit sepabar a te ꝛ minꝰ nflata facies mea claudebat oculos ꝑ̄os. Supbia est occasio ꝙ aliq̄s cadaꝛ in errorē vel in eo detinea tur. Humilitas ꝟo ab errore liberat ꝛ seruat liberatū cū scz aliq̄s magis vult alios credere q̄ sibi Nam superbo oculo veritas nō videtur sup illō Hiere. xlix. Arrogantia tua decepit te ꝛ supbia coꝛdis tui glo. Supbia facit hereticum Augustinꝰ ōt. Superbia merek illudi Abac. ij. Quō vinū potantē decipit sic erit vir supbus ꝛ nō decoꝛabit. Gregoꝛiꝰ de supb. Tanto a dei luce longi sunt ꝙnto apō humiles nō sunt Spes hominē firmū facit. Hebꝛ. vj Foꝛtissimū solaciū habeamꝰ q̄ ꝓfugimus ad tenendā ppositā spem quā sic ancboꝛā habemꝰ aie tutā ac firmā ꝛ incedentē vsq̄ ad intioꝛa velamis Seqūtur de spe Isa. xl. Qui sperāt in dño mutabūt foꝛtitudinē suā scz in diuinā. vnde cū ōi foꝛtitudo sit oipotentia. quodāmō oipotētes fiunt Bern. sup can. Nil oipotentiā verbi clari oꝛē reddit q̄s ꝙ oipotentes facit oēs q̄ sperant in se Deniq̄ possibilia oia sunt credenti. Caritas hoiem facit aureū. Aurū est ꝑciosum. speciosū. ponderosū. Ioo bñ significat caritatē que pulcra dilectio ōꝛ. Eccī. xxiij Ego mr̄ pulcre dilectōꝝ Spā etiā est ꝑcium regni celoꝝ ipsa est aie pondus. Aug. Hoc est amoꝛ in spiritib. qō pondꝰ in coꝛpib. Pondꝰ oꝛdinat coꝛpa ꝛ q̄escere facit in locis suis sic caritas aiaꝫ oꝛdiat ꝛ facit eam q̄escere in loco suo q̄ est deus. Greg. Anie būane locus ē deꝰ De auro caritatis ōꝛ Apoc. iij. Suadeo tibi a me emere aurū ignitū ꝛ pbatum vt locuples fias Quantū ꝓfecerit sanctꝰ Aug. in ꝟbis q̄ sunt fidei ꝓtꝫ ex scriptꝫ suis Firmitas spei sue patet ex hoc ꝙ postq̄ sacramenti baptismū accepit spem omnē quā habebat in seculo relinq̄bat Caritatis ꝓfectus patꝫ ex hoc ꝙ viuere voluit sm regulam a sanctis apl̄is ꝓstitutā q̄ iubebat omia esse ꝓmunia vñ de eo cant ecclesia vulnerauerat caritas xp̄i coꝛ ei Uere aureū fuit vas istud nō fictile nec ligneum. ij Thym. ij. In magna domo nō solū sunt vasa aurea ꝛ argentea sꝫ ꝛ lignea ꝛ fictilia Uasa fictilia polluta frangebant Leuit. xi. ꝛ. xv Lignea lauabāt. aurea lꝰuabant ꝛ si lotio nō suffecit igne purgabāt Josue vj. Auꝛ ꝛ argentū es ꝛ ferū ꝛ netallū dño ꝓsecrata sunt cetera ꝟo igne succensa sūt. Uasa fictilia sunt illi q̄ nō sustinent correptionē q̄ ab emendatiōe dest ruūt. Hodie abundāt in ecclesia vasa fictilia. Treñ. 4. Quomō reputati sūt in vasa testea opus manuum figuli sanctus aūt Augustinus fuit vas bñ lotū aquis lacrimaꝝ Flebat vberrime in hymnis ꝛ canticꝫ vt de ipso cantāt Igne etiā tribulatōis purgat est. multos em labores sustinuit ꝛ multas psecutōes habuit ꝓpter hereses q̄s expugnabat vnde rubigine amota vas purissi-

mum factū est. Prouer. xxv. Aufer rubigi
nem de argento ⁊ egredieť vas purissimū
Ipse fuit vas in honorē sanctificatōis et
vtile dño. ij. Thy. ij. Sicut aliter ꝟuatur
calix q̄ꝫ scutella cōis sic aliť ꝟuare se ꝺbēt
clerici ⁊ religiosi sꝫ hodie factꝰ est israel q̄i
vas immundū Et spēaliter ora sua ꝟuare
deberēt Bern̄. Cōsecrasti os tuum euāge
lio nugis illud apire illicitū est assuescere
sacrilegiū. sanctꝰ Augꝰ non fuit vas sine
operculo. de quo Nūeri. xix. Vas qd̄ nō
habuit operculū. nec ligaturā imdm erit
Ipse in mensa scriptū habebat illa metra
Quisq̄s amat dictis absentū rodere vitā
Hanc mensam indignā nouerit esse sibi
Vñ si forsitan detractio emergeret dice
bat q̄ si nō tacerent aut versus illos dele
ret aut a mensa recederet. Ipse fuit vas p̄
ciosum qd̄ describiť. puer. xx. Auꝝ ⁊ mul
titudo gēmaꝝ ⁊ vas p̄ciosum labia scie. i.
scia in labijs vt sit patissimꝰ ad instruēdā
ecclesiā vas est p̄ciosum. siľe hr̄ Malach
ij. Labia sacerdotꝭ custodiūt sciam Sūt
aliq̄ vt saccus lr̄is plenꝰ qui vnū verbū ne
sciunt dicere ad edificationē ecclesie licet
scientiā habeāt in corde. Isti sunt vasa nō
preciosa imo inutilia. Tale nō fuit sanctꝰ
Augꝰ sed valde p̄ciosum q̄le ex auro ⁊ mul
titudine gēmaꝝ fieri solet. Seq̄tur (Or
natū lapide p̄cioso) vnus lapis p̄ciosus ē
prudētia hic lapis est adeo p̄ciosus vt eū
reddat p̄ciosum in q̄ est puer. xvi. Precio
si specie viri eruditi felix q̄ hunc lapidem
inuenit puer. iij. Beatꝰ vir q̄ inuenit sapiē
tiā ⁊ q̄ affluit prudētia. Hic lapis bene re
splenduit in sancto Augꝰ. vtꝫ in eiꝰ ordi
nata vita ⁊ sciētia magna puer. ix. Scia
sanctoꝝ prudētia q̄ est sciētia operādoꝝ.
Homies boni ⁊ curiosi ambulant in ma
gnis ⁊ mirabilibꝰ sup se Viri vero sancti
circa agenda incedūt docētes q̄liter opa
nostra possint ꝺo esse grata ⁊ nobis vtilia.
Alius lapis preciosus est tpantia q̄ est in
estimabilis valoris ꝟm illud Ecci. xxvj.
Non est digna ponderatio ꝯtinentis aīe
Hic lapis multū resplēduit in btō Augꝰ
qui mensa frugali siue temperata ⁊ parca
vsus est vt legiť in vita eius vestim̄ta me
diocria habuit Anulū nunq̄ꝫ tulit legitur
em̄ eū dixisse fateor. de preciosa veste eru
besco ⁊ ideo cū datur mihi vendo eam. vt
qꝛ vestis non potest esse ꝯmunis p̄ciū sit
ꝯmune Tercius lapis est fortitudo. que
hominē inter mala huiꝰ mundi illesum cu
stodit hec dicit homi illud Isa. xliij. Cū
transierꝭ ꝑ aquas tecū ero ⁊ flumia nō ob
ruēt te hec mala in bona ꝯuertit. Lapis
iste multū resplenduit in sancto Augusti
no qui multas ꝑsecutōes sustinuit ⁊ mul
tum laboriosus fuit licet ip̄e esset episco
pus ⁊ curam pastoralem haberet ⁊ predi
caret ⁊ impugnationi heresis intēderet
causas etiā pie et diligenter audiret non
solum fideliū sed ⁊ infidelium cū interpel
labať ab eis Tñ nūerꝰ scriptoꝝ eius extē
ditur plꝰ q̄ꝫ ad mille ⁊ triginta puer. xiiij.
Ubi apparent plurime segetes. ibi mani
festa est fortitudo bouis Quartꝰ lapis p̄
ciosus est iusticia. hic lapꝭ est adeo p̄ciosus
qui eum amittit quidq̄d adquirit ꝑ nihi
lo reputatur vñ sup illd̄ ps̄. Rapinas no
lite ꝯcupiscere Glo. O lucra damnosa in
uenis pecuniā perdis iusticiā Hic lapis
multū in sctō Augꝰ resplēduit q̄ se totum
deo a q̄ se totū habebat reddidit. Bern̄.
etiā infidelē vrget naturalis iusticia se to
tum tradere illi a quo se totū habet. Augꝰ
Iusticia est amor soli amato seruiens.

In decollatione sancti Johannis
baptiste. Sermo. 86.

Herodes misso
spiculatore p̄cepit afferri ca
put Johis in disco ⁊ decolla
uit eū in carcere Marci. vj.
Discus hic diciť scutella magne capacita
tis in supiori ꝑte lata. Euangeliū hodier
num p̄ter hystoriā que ostendit herodis
ꝑuersitatē ꝯtinet mister ij ꝓfunditatē.
Ad cuiꝰ intelligentiā notandū q̄ duo
sunt genera hominū in mdo isto Alij em̄
bona exteriora diligunt ⁊ querūt. Alij vero
exteriora despiciūt. p̄mi designanť ꝑ hero
dem. scdi ꝑ Johannē. Interp̄tatōes vero
noim istoꝝ his significatōibꝰ satꝭ ꝯgruūt.
Johānes interp̄tatur in quo est gr̄a. He
rodes pellibꝰ glorians siue pellicijs glori
osus Johānes est. q̄ desiderabilia sua ha
bet in se de q̄bus gloriať ꝟm illud. Gloria
nr̄a hec est testimoniū ꝯsciētie nr̄e ij Coꝝ
ij. Herodes est. q̄ bona exteriora querit ⁊
diligit ⁊ si ea habeat de illis gloriať Hec

est differentia inter amicos dei ⁊ mundi. ¶ Amator mūdi in exterioribꝰ habet cor suū amicus dei nō. Joh. vj. Eum q̄ venit ad me nō ejiciam foras. Glo. Superbi est ejicī foras qui nihil de bonis interioribꝰ curat. ¶ Si non curas de pulcritudine corpis vl̄ delicijs carnis, signum est q̄ ad xp̄m vere veniſti. Amatores mūdi in pellibꝰ gloriātur q̄ in exterioribꝰ, auarꝰ in diuicijs nō curās de bono interiori, vñ Eccl. x. Dic em̄ aiam suam venalem habet qm̄ in vita sua p̄iecit intima sua. ¶ Voluptuosus gloriatur in pelle carnis, superbꝰ in apparētia plus appetens videri q̄ esse. ¶ Sz hec pelles detrahent ⁊ tunc ania coram districto iudice nuda apparebit, pelle carnis detracta, cetere pelles nō remanēt cū peccatore, ps. Cū interierit nō sumet omia neq̄ descendet cū eo gloria eius. ¶ Amator mūdi est pellicꝰ quasi p̄stans ex pellibꝰ sic cepe totus in exterioribꝰ similis est vulpi cuiꝰ pellis dicit p̄ualere carni. Lu. xiij. Dictū est a dño de herode. dicite illi vulpi. Amator mundi q̄si mercator est pelliū anguillaz. ¶ Dyabolꝰ illudit ei sicut aliq̄s illudit socio suo ꝺ pomo pato, pomū sibi retinēs paturam relinquēs ei. Deū. xxiij. Da mihi animas cetera tolle tibi. Johānes aūt bz omnia bona sua intus. Sene. Sapiens intra se omne bonū terminabit. ¶ Idem loquens de ratione recta. Aliena inquit et exteriora p vilibus habet. O mē em̄ bonū in anio est. ¶ Et notandū q̄ sanctꝰ Johānes fuit seruꝰ xp̄i fidelissimꝰ, heremi cultor, officio doctor. ¶ Ipse est exemplar virorum xp̄ianoz p̄munit, ⁊ exemplar specialiter religiosoz, ⁊ eoz qui populū dei dñt docere. ¶ Seruꝰ xp̄i fidelis fuit in virtute p̄ficiendo, digito eū demonstrādo, xp̄i gloriam p̄pria gloria neglecta q̄rēdo, cui multū dissimiles sunt multi xp̄iani. qui p̄fitentur verbis se nosse deū. factis aūt negant. similes illusoribꝰ xp̄i. qui ore eū laudabāt dicentes. Aue rex iudeoz, ope vero blasphemabāt. dantes ei alapas in facie ⁊ percutientes caput arundine. ¶ Ipse gloriā xp̄i q̄siuit, vñ dicebat. Illū oportet crescere. me aūt minui. ¶ Johes in carcere, est seruꝰ ꝺi cui mōs displicet ⁊ est carcer ei. ¶ Iste ab herode decapitat, cū insanus a mōdo reputatur. ¶ Math. xi. Venit iohānes nō manducans neq̄ bibens, ⁊ dicūt demonium habet. iij. Regū. ix. dictū est de quodā filio p̄pheta. missō ꝺ helyseo ad iehu, quid venit insanus iste ad te. ¶ Ite decapitat cū ab eo in quo erat gr̄a, xp̄e q̄ est caput xp̄ia noz p mortale pctm̄ sepatur. ¶ Item caput iohis abscindit cū dominū ratiōi auferēt sic fit in multis, in quibꝰ loco huiꝰ capitis caput azininū. vel caninū vl̄ porcinū assumitur. ¶ Caput azininū assumpsit ille in q̄ stulticia dominat vel odiū, ⁊ sic de ceteris vicijs. ¶ Item caput abscindit, cum caritas que caput est gr̄az amittit. ¶ Johes etiā exemplar est religiosoz q̄ mundo relicto desertū in tenera etate petunt, vt mūdi picula fugiant, linguā suā mundā seruēt, ⁊ q̄etam vitā ibi ducant. ¶ Multū placet deo cum aliquis iuuentutꝭ florem sibi offert. Hiere. ij. Recordat sum tui miserās adolescentiā tuā. ¶ Johānes pecūt desertū. ne leui saltem maculare vitā famine posset, quid p̄dest ei q̄ desertum claustri pecūt q̄ mōm reliquerit, si ita male linguā suā custodit in claustro. sicut faciebat in seculo. verbis suis nō timēs p̄sentē p turbare. vel absenti detrahere, vñ Jaco. j. babet. Si q̄s putat se religiosum esse nō refrenās linguā suā. sed seducēs cor suū, huiꝰ vana est religio. ¶ Fuit beatꝰ iohes in deserto. vsq̄ ad tēpꝰ ostensiōis sue israel. ps. Ecce elōgaui fugiēs ⁊ māsi in solitudine. ¶ Audiuit arsenius vocē dicentē sibi arseni. fuge. tace. quiesce. hec sunt radices nō peccandi. q̄ in religione cauet sibi a decursu p mōm ⁊ a discursu p domū, lectōi ⁊ oratōi ⁊ sctē meditatōi intentus vitat multas occasiones peccādi. ¶ Qui secutꝰ est xp̄m pauperē in desertū religionis nō debet timere defectū necessarioz, cū dñs pauit turbā que eum secuta fuerat in desertū, dedit etiā filijs israel māna in deserto. ps. Panē angelorum manducauit hō. Sap. xvi. Esca angelorū n utriuisti populū tuū. ¶ Johannes etiā exemplar est illoz q̄ docent populum dei q̄ntū ad illa tria in quibꝰ p̄mēdat eum dñs. ¶ Math. xi. Prophetā ⁊ plus q̄ p̄pha. fuit mollibꝰ se non induit, leuitatē arundinis nō habuit. ¶ Necessaria est doctori scia q̄ clare videat, vt sit p̄pheta futura vidēs ⁊ plus q̄ p̄pheta vt demonstret digito q̄ docet verbo aperte docendo, ⁊ exemplū

bonum monstrando Prouer. xiiij. Doctrina prudentiũ facilis. Debet etiã carnem suam mortificare. ꝑm verbũ apl'i dicentis. Castigo corp⁹ meũ ⁊ in ꝑuitutem redigo. Johãnes indutus erat pilis cameloꝝ, et zona pellicea circa lumbos eius. Esca ꝟo eius mel erat siluestre ⁊ locuste. Math. iij. Vita rigida decet eũ qui monet alios ad penitentiã. Debet etiã habere ꝯstantiam in p̃dicatione veritatis. Arguebat Johãnes phariseos ⁊ saduceos dicẽs, ꝓgenies viperaꝝ. q̃s demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Mat. iij. Arguebat etiam iohãnes herodem. Marci. vj.

In natiuitate beatissime virginis Marie Sermo. I. In ordine. 87.

Orietur stella ex iacob ⁊ ꝯsurget virga de israel ⁊ ꝑcuciet duces moab. Nũeri. xxiiij. Verba ista dicta sꝫ a spũsancto de btã virgine, de c⁹ natiuitate ecclesia hodie solennizat. In q̃bus verbis tria ostendunꝫ, scꝫ iniciũ vite ipsi⁹, eius ꝓgressus ⁊ ꝓfectus quem ab ea habet mũdus. Primũ ibi. Orieꝫ stella ꝛc. Scd̃m ibi. Cõsurget ꝛc. Terciũ ibi ꝑcuciet. Circa p̃mũ notandũ ꝙ stella habet incorruptionẽ, corpa inferiora corruptibilia sunt rõne materie. q̃ est possibilis ad susceptionẽ alterius forme, ab ea quã ht. vbi elemẽtata ꝯposita sunt ꝯmixtiõe elemẽtorũ sibi ꝯtrarioꝝ, in stellis ꝟo nõ sic est. vñ hñt ꝑpetuitatẽ, vnde stella ht lucem in se, lumen etiã emittit ex se. cum nõ sit solũ lucida. sed etiã luminosa, a terris est remota. Solaciũ est mũdi de nocte, etiã ornat⁹ est celi. Quantũ ad has q̃nqꝫ ꝓprietates btã virgo stelle ꝯparatur, ⁊ ideo a spũsancto cõuenienꝫ stella vocaꝫ, ⁊ h̃ q̃ntũ ad duo. Primo in ortu suo fuit stella mdi. Illuiata em̃ fuit añ ortũ. ⁊ p̃ꝑuata ab originali corruptõne, ⁊ habebat lucem gr̃e. ideo natiuitas eius celebratur. Triplex natiuitas celebratur. Natiuitas saluatoris qui plenus fuit gr̃a in ꝯceptu ⁊ in ortu. Natiuitas p̃cursoris. de quo Luc. j. Spũsancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Et natiuitas marie de q̃ scriptũ est. Orietur stella ex iacob ꝛc. etiã Aug⁹ de ea dicit. Neqꝫ festiuis laudib⁹ honoraret, si non sancta nasceret. Est itaqꝫ virgo regina miris honorum titulis cumulata, que ꝓculdubio sancta fuit añq̃m nata, nec fallit sancta eccl'a diem natiuitatꝫ eius sanctum reputãs, et ãnua solẽnitate suscipiẽs, ego puto ꝙ ⁊ copiosior sanctificatõis bñdictio q̃ꝫ in alijs ab vtero sanctificatꝫ in eã descẽderit, qui nõ solũ ipsi⁹ ortũ sanctificaret, sꝫ vitã ei⁹ deinceps ab omi pctõ imunẽ ꝯꝑuaret, etꝫ nõ solum btã virgo lucem in se habuit, sꝫ etiã ad modũ stelle lucem emisit. salua ꝟginitatꝫ sue integritate filium generando q̃ est lux vera Joh. j. Etiã ipsa dum fuit in hac vita mortali lucem boni exempli mũdo mĩstrauit. Nunc ꝟo radios bñficioꝝ suoꝝ sup genus humanũ emittit. A terris remota fuit quantũ ad amorẽ, bona enim terrena despexit, a gloria mũdi fuit remota. qꝛ fuit humillima, a diuicijs mũdi quia pauprima, a delicijs qꝛ sanctissima. Ipsa est solacium ipsoꝝ qui paciunꝫ tenebras culpe vel ignorantie, lumen bñficioꝝ suorum eis largiendo ⁊ ad portũ salutis eos dirigẽdo. Luc. j. Et nomẽ ꝟginis maria .i. stella maris. Ipsa est ornat⁹ celi ad modum stelle. magnitudine glorie sue decorans ꝑadysum Eccĩ. xliij. Spẽs celi gl'ia stellaꝝ. Eiusdẽ. xxvj. Sic sol oriens mdo in altissimis dei sic mulieris bone spẽs in ornamentũ dom⁹ sue. Seq̃tur de ꝓgressu ꝟginis ad qd̃ ꝑtinet illud. (Cõsurget ꝟga de israel) beata ꝟgo d̃r stella ⁊ ꝟga. Stella quia mente in celo mansit, virga qꝛ corꝑaliter mansit in terra. Solent nobiles ꝑsone hr̃e duplices mansiones, in alto ⁊ in imo, sic in beata ꝟgine fuit. vel stella ideo dicit. qꝛ radices beneficioꝝ suoꝝ inferius mittit. Virga ꝟo eo ꝙ fructũ sursum produxerit, scꝫ illũ fructum terre sublimem, ꝑ quẽ celestes ciues reficiunꝫ. Vel stella et virga d̃r ad insinuãdã duplicẽ naturã, fruct⁹ ipi⁹ stelle lux est, fruct⁹ virge t'ren⁹. Fruct⁹ virgis fuit nat'a hũana luci et'ne mixta. Virga ista ꝯsurrexit. qꝛ ꝑm oẽs vires ĩ altũ se leuauit. Scd̃m vim rõnalẽ ꝯsurrexit. qꝛ sapiam ⁊ dinoꝝ ꝯgnitõeꝫ vehementꝫ dilexit ⁊ abundanꝫ habuit. Luc. xj. Maria ꝯꝑuabat oĩa ꝟba hec ꝯferens in corde suo. Greg. Quid de deo nõ sapiebat in q̃ dei sapiẽtia latebat. Scd̃m vim irascibilem surrexit qꝛ ad resistẽdũ malis culpe et

ad tolerandum mala pene magnā inter se crexit. ¶ Et notandū q̄ licet idē fuit Jacob ⁊ israel/ tn̄ signant d̄r stella nasci ex iacob/ ⁊ virga ꝯsurgere de isrl̄. Jacob nomē habuit a supplantatōe accelerata/ quā sp̄ i vtero facere voluit/ ⁊ credit̄ vt d̄t mgr̄ in historijs sanctificat⁹ fuisse in vtero mat̄no/ ¶ Ad insinuādū g̊ pr̄ne imitatōz formam in accelerata sanctificatōe ⁊ hostz supplātatione/ dicta est nasci ex iacob. ¶ Israel āt dict⁹ est p⁹ luctā cū angelo/ p⁹ quā luctā. ait Gen̄. 32. Vidi dn̄m facie ad faciē ⁊ salua facta est aīa mea/ ad insinuatōz pr̄ne imitatōis in sublimitate ꝯtēplatōz v̄ga d̄r cōsurgere de israel. ¶ Seq̄tur de pfectu quē h̄t mds ad quem ptinet illud (Et pcutiet duces moab) q̄ dicūt̄ demōes scz supboꝝ rectores/ dyabol⁹ p viā supbie incessit dicens. sil̄is ero altissimo Isa. xiiij. ⁊ p eā seducere voluit hoīem dicēs. Eritz sic̄ dij. Gen̄. iij. Et dux est eoꝝ q̄ p hanc viā incedūt Job. xlj. Ipse est rex sup oēs filios supbie. ¶ Per moab intelligunt̄ hoīes supbi q̄ ex pr̄e dyabolo p imitatōnē sunt q̄ etiam pentes veteres imitant̄. ¶ Moab em̄ int̄p tat̄ ex pr̄e. Isa. xv. Audiui⁹ supbiā moab. ¶ Tripl̄r btā v̄go duces moab pcussit/ l̄ q̄z xp̄m ducē hūiliū ꝯcepit. ⁊ pepit/ l̄ q̄z d̄ d̄monib⁹ triū phauit. vel q̄z hūillima fuit/ ⁊ sic in se de supbis demōib⁹ supbiā hūiliauit/ vel q̄z his q̄ tentant̄ subuenit/ vt supbos demones vincere possint.

De eodem Sermo. II.
In ordine. 88.

Sapientia edificauit sibi domū excidit colūnas. vn̄ puer. ix. Dom⁹ quam fili⁹ sibi edificauit q̄ est pr̄is sapia est v̄go beatissima/ Circa quā domū v̄ba ꝓposita duo nob̄ ostendūt/ scz dom⁹ decorē ⁊ stabilitatē/ dom⁹ decorē ibi. Sapia edificauit ¶ Illū decorē dom⁹ isti⁹ ꝑpendere possum⁹/ si attendā⁹ a q̄. ⁊ cur sit edificata. Solet edificiū esse pulcri⁹ s̄m q̄ artifex sapiētior est/ vel psona cui edificat̄ excelsior/ Quale g̊ credendū est illud edificiū fuisse/ qd̄ ipsa dei sapia edificauit filio suo dei. regi regū/ ⁊ vt breuit̄ dicam⁹ talis fuit illa dom⁹. q̄lem sapia nouit edificare/ ⁊ q̄lem ad opus ip̄i⁹ sapie decuit edificare. hāc domū edicauit sapia/ vt ad temp⁹ in ea corpal̄r. ⁊ in et̄nū spūalit̄ inhitaret/ p̄us em̄ inhabitauit v̄ginis mentē. q̄m ventrē/ Dom⁹ illa fuit sanctissima/ tanq̄z dom⁹ sancti sctōꝝ. ps̄. Sanctificauit tabnaculū suū altissimus/ Ecc̄i. 24. In habitatōe sancta corā ip̄o mistraui/ Dom⁹ ista fuit serenissima vt rex regū posset ibi q̄escere/ ad qd̄ valuit ei taciturnitas ⁊ carnis integritas/ taciturnitatē habuit i iocūditate. loq̄laz i necessitate/ Porta h⁹ dom⁹ clausa fuit ⁊ sine lesiōe integritatz/ sol intelligentie in eā influxit/ cū sol visibilis p eā sine ei⁹ lesione transijt ¶ Aug⁹. vnde sordes in domo ad quā null⁹ habitator accessit/ sz solus ad eam ei⁹ fabricator venit/ Dom⁹ ista hūillima fuit/ ⁊ tn̄ valde alta fuit. cum altissimi capax fuerit ¶ Dom⁹ ista licet valde puula videret̄ capax tn̄ imensi/ Domus illa fuit eburnea quātū ad ꝯscientiā/ sz domus aromatū fuit q̄ntū ad bonā famam/ Nobilissima fuit int̄ domus eburneas. ex q̄bus xp̄m delectauer̄t filie regū i honore tuo/ de c⁹ aromaticitate habet̄. Ecc̄i. 24. Sic̄ cynamomū ⁊ balsalmū aromatizans odorē dedi/ Hanc domū sapia edificauit nō solum sibi sed etiā nobis/ domū refrigerij his q̄ sunt in pugna/ ꝓpitiatōis his q̄ lapsi sunt/ de domo refrigerij hēt̄ in ps̄/ De domo ꝓpiciatōz. hr̄ j. Paral̄. 23/ Dom⁹ illa fid̄ fuit firmissima/ spe altissima. caritate latissima/ Fundamētū fidei habuit firmissimū/ vn̄ cū tpe passionis xp̄i ad ventū vehemētissime tribulatōis. domus alie. i. apostoloꝝ corruerent. ipsa stetit/ ipsa fidem recte in sabbato sctō tenuit/ ideo ab eccl̄ia tali die specialis honor ei exhibet̄/ Ipsa ad v̄bū angeli statim sperauit altissimū/ vnde ait. Fiat mihi s̄m verbū tuū/ ⁊ tunc statim altissim⁹ pure creature dedit. q̄ est mater dei celi ⁊ terre regina angeloꝝ ⁊ hoīm domina/ Signum caritatis ei⁹ fuit/ q̄ post ꝯceptionē filij dei ascendit in montana cū festinatōe salutare elizabeth/ Et ad stabilitatē domus ptinet illud. (excidit colūnas septē) Nō solū sapia dei voluit hanc domū edificare/ sed etiā multis colūnis eam stabilire/ q̄z nō minor est virt⁹ q̄z q̄rere pta tueri/ lapicidina vn̄ hee colūne sunt excise est corp⁹ sanctorum/ excellētes gr̄e quas diuersi sancti singillatim habuer̄t. in virgine sunt collecte/

Prima colūna fuit timor dei sic̄ d̄ filio ei⁹ scriptū est/ Isa. xj. Replebit eū spū timor⁹ dei mei/ ita dici pōt eā spū timoris fuisse repletā/ timor em̄ eam sic repleuit ⁊ occupauit/ ꝙ vanitas locū in ea hr̄e nō potuit/ In timore isto ipa declinauit occasiones peccādi/ ꝓuer. xv/ In timore dn̄i declinat̄ a malo/ In h̄ timore ipa ad verba angeli turbata ē. vn̄ dictū est ei ab angelo/ Ne timeas maria. Luc. j. Sine hac colūna nō diu stat edificiū spūale/ Ecc̄i. xxvij. Si in timore dn̄i instant̄ te non retinueris/ cito subuertet̄ dom⁹ tua/ Hāc colūnā destruit temeraria securitas ⁊ tior mal⁹/ vn̄ hiero. Securitas mētis tempestas est/ ꝓuer. 29. Qui timet hoīem cito corruet/ vbiq3 sp̄ timere debem⁹/ vbiq3 em̄ sunt cāe pereūdi. ꝓuer. 28/ Btūs hō q̄ sp̄ est pauidus/ Ecc̄i 18. Hō sapiēs in oībus metuit. Scd̄a colūna fuit prudētia q̄ edificiū spūale valde forte efficit/ ꝓuer. 24. Vir sapiēs fort⁹ est/ ⁊ vir prudēs robustus ⁊ valid⁹/ Sap̄. vj. Melior est sapia q̄m vires/ Signum prudentie ipi⁹ fuit/ ꝙ cogitabat q̄lis esset ista salutatio angeli/ an esset salutatio ꝓditoris aut saluatoris/ Ad illā spēm prudentie q̄ d̄r caucio/ ꝑtinet discernere mala boni spēm hn̄tia./ Salutatio ꝓditoris est cū aliq̄s aliquē salutat. cui⁹ mortē q̄rit ⁊ desiderat/ vt q̄ vult vitā ꝯuare ꝑ mortē culpe/ Ad prudētiā etiā ei⁹ ꝑtinet/ ꝙ prudenter introgauit dicēs/ Qūo fiet istud/ Et audita de filio memoriter retinuit/ viri celestes stabiliūtur prudentia. ꝯm illud ꝓuer. iij. Stabiliuit celos prudentia/ Tercia columna est humilitas que ad modū turris fortis est/ Bern̄. Cum humilitas omī ꝑsone indifferēter turris quedā fortitudinis sit a facie inimici/ nescio tn̄ quo pacto vis eius maior in maioribus/ et clarior in clarioribꝰ ꝯprobatur/ Sine hac columna non stat edificium spūale/ nec sine hac columna erigitur s3 corruit/ Humilitas est aqueduct⁹ qua gratia venit/ ꝑ quā peccator regenerat̄/ Deus em̄ humilib⁹ dat gratiam/ Humilitas virginis ꝑt3 ex v̄bo illo Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ꝯm verbū tuū. Luce. j/ Quarta columna est pietas qua homo efficitur valde fortis/ Unde dicit̄ de elemosina Ecc̄i. xxix. Gratiā quasi pupillā ꝯseruabit. ⁊ non peribit/ Pietas v̄ginis. ꝑt3 ex illo verbo Joh. ij. Vinum non habent/ Quinta columna est societas bona que edificium spūale multū sustentat. ꝓuer. xviij. Frater qui adiuuat̄ a fratre q̄si ciuitas munita/ Ecc̄i. iiij. Melius est duos esse simul q̄3 vnū/ habent em̄ emolimētum sue societatis/ Si vnus ceciderit. habet ab altero fulcimentū/ Qui est in bona societate. tot habet columnas. quot bonos socios/ Bonā societatē btā virgo habuit. cum a xp̄o iohāni sociata fuit/ Sexta columna est occupatō honesta/ que edificium spūale multū sustētat/ Aug⁹. Non facile capitur a tentatore/ qui bono vacat exercicio/ Hāc columnā btā virgo habuit/ victum suū acu querens/ ps̄. Labores manuū tuarum. q2 manducabis/ beatus es et bene tibi erit/ Septima columna ē vite austeritas/ ad quā ꝑtinet pauꝑtas victus. ⁊ vestitus asperitas/ Pauꝑtatem habuit btā virgo. ⁊ verisimile est ꝙ abstinuerit a delicijs carnis ꝯm gustum/ sicut ab illis que sunt ꝯm tactum. Unum em̄ est antecedens ad reliquū. Math. xij/ In locis aridis spiritus immūdus requiem nō inuenit/ glo. sup Math. iiij. In pugna christi prius contra gulam agitur/ quia nisi prius hec refrenetur. frustra contra alia vicia laboratur.

In exaltatione sancte Crucis Sermo. 89.

Ego dominus humiliaui lignum sublime et exaltaui lignum humile/ ⁊ siccaui lignum viride ⁊ frondere feci lignum aridum. Ezech. xvij. Verba ꝓposita possunt intelligi vel de ligno vite/ vel de cruce cui caput ecclesie affixū est/ vel de cruce penitentie. cui membra affiguntur/ ꝯm illud ad Gall. v. Qui christi sunt carnem suā crucifixerunt cū vicijs ⁊ ꝯcupiscentijs/ Scd̄um primum intellectum notandum. ꝙ lignum vite dicitur sapientia increata filius dei/ Prouerb. iij. Lignum vite est hijs qui apprehēderunt eam/ Hoc lignum erat altissimum/ nec ꝯgnoscebat sapientia humana quomō posset sublimari/ Sed dei sapientia viam q̄

sublimaretur inuenit viam scz humanitatis. Humiliatum est ergo sublime in filij dei incarnatione et passione. Humiliat⁹ est altissimus. ⁊ factus paruulus paupis mulieris filius, qui tota vita mortali pauper mansit. ab hominibus ꝯtemptus est. cruci affixus. inter sceleratos est deputatus, ⁊ vt totum dicatur. adeo est humiliatus. vt virorum appareret nouissim⁹ Isa. xliiij. Christi humilitas homines ad humilitatem ꝓuocat. Aug⁹. Medicina tumoris homis est humilitas christi. Erubescat homo esse superbus, quia christus humilis fact⁹ est. Greg. Quãta virtus humilitatis ꝓpter quã veraciter erudiendãis qui sine estimatione magnus est, vsqz ad passionem paruul⁹ factus est. Lignũ exaltatum est in resurrectione ⁊ ascensiõe. Lignum viride siccatum est. cum de⁹ pater filium suum qui nihil habebat cremabile ꝑsecutoribus exposuit, ⁊ quasi in arido eos in christo operari permisit. Luce. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciũt in arido quid fiet. Lignum aridum fronduit cũ caro ei⁹ mortua in resurrectiõe refloruit, cum post eius ascensionẽ. doctrina ei⁹ per apostolos in mundo inualuit. Iuxta secundũ intellectum notandum, ꝙ gloria mundi ante filij dei incarnationem valde lignum sublime fuit, Sapientia enim mũdana eam altam reputauit. Sed hoc lignum sublime deus humiliauit, cum filius dei humanatus ꝑfecta humilitate mũdi gloriam cõtemnens, eam exemplo suo et verbo ꝯtemptibilem esse voluit. Joh. viij. Ego gloriam meã non quero. Luce. xvi. Quod altum est hominibus abominatio est ante deum. Lignum humile ds exaltauit, scilicet lignum crucis qd erat vile, sicut patibulũ hodie est vile vbi scelerati suspenduntur. Quod q̃nqz modis exaltatum est. Primo contactu mẽbrorum christi in respersione sanguinis. Vñ cantat ecclesia. Arbor decora et fulgida. ornata regis purpura, electa digno stipite. tam sancta membra tangere. Sicut crux contactu sancti sanctoꝝ sancta effecta est. sic contactu altissimi facta est alta ⁊ cõtactu regis glorie gloriosa. Secũdo exaltata est in veneratione fideliũ xp̃i, ſm illud Ecc̃i. xxiiij. Quasi palma exaltata sum in cades, id est in sancta ecclesia. Interp̃tatur enim cades sancta. Honoratur crux ꝯmuniter a fidelibus adoratione, et in hoc ꝙ in fronte depingitur. Augustin⁹. Crux de penis latronum transiuit ad frõtes imperatorũ, quid faciet dominus fidelib⁹ suis. qui tantum honorẽ contulit penis suis. A clero in ecclesia crux honoratur, cum in diuino officio laudes eius extolluntur. Honoratur etiã cũ a predicatorib⁹ populo virtus crucis declaratur. Tercio exaltata est miraculorũ operatione, et specialiter quando eracli⁹ arcem tenens impij, deuicto filio cosdre rege persarum. crucem deferens venit in hierusalem, Odor vincens omnia aromata. populo redoluit. Suscitatus est mortuus Cecis reddit⁹ est visus. Paralitici sunt sanati. leprosi mũdati. Plurimi a demonibus liberati. Quarto in hoc ꝙ benedictiones in ecclesia. cum signo crucis fiunt, Sap. xiiij. Benedictum lignum per quod fit iusticia. Ante christi passionem lignum crucis erat adeo maledictũ. ꝙ maledictus erat qui pendebat in ligno. Hodie adeo est benedictum. ꝙ sine ipso benedictio nõ fiat. Quinto exaltata est de eiectione hostium corpalium ⁊ spiritualium. Constantin⁹ imparor maxentiũ deuicit fiduciam habens in cruce. Etiam eraclius filium cosdre. Hostes etiam inuisibiles signum crucis multum vincit, quilibz enim dyabolus timet ensem in quo letale vuln⁹ accepit, p̃ma Coꝝ. j. Verbum crucis gentibus stulticia est. hijs autem qui salui fiunt virtus dei est, Origenes. Tanta est virtus crucis, vt si mente fideliter habeatur, nulla libido. nulla peccati preualere possit inuidia. sed continuo ad memoriam eius totius peccati et mortis fugiet exercitus. Sequitur (Siccaui lignum viride). Mundi gloria videbatur virere. et gloria esse, deus eam siccauit ostendendo eam non esse veram gloriam, et parũ duraturam et in ignominiã ꝯmutandam. Non est vera gloria quã quis habet apud inglorios scilicet malos. Nõ est vera gloria que est de re ingloria, scz de vili corpore. Mathei. ij. Gloria impij stercus et

vermis/ quia corpus est saccus stercorum et materia vermiū/ Parum durat hec gloria. ſm illud Job. xx/ Gaudium ypocrite ad instar puncti/ Gaudium ypocrite est vana gloria/ ysaie. xl. Omnis caro et omnis gloria eius quasi flos agri/ exiccatum est fenum et cecidit flos/ Gloria mundi cito vertitur in ignominiam. ſm illud Osee. iiij/ Gloriam eorum in ignominiaꝫ commutabo/ Cito fit ignominia superbi gloria. frondere fecit deus lignum aridum ¶ Lignum enim crucis. et mortis vile imstrumentum/ vitale factum est et fructuosum/ ex quo triumphator mundi in ea pepēdit/ De fructu eius dicit Can. vij. Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius ¶ Palma est arbor triumphalis/ de qua victores coronantur/ et signat crucem/ De hoc ligno cantat ecclesia/ Nulla silua talem profert/ fronde flore germine/ frondes pertinent ad doctrinam/ quā christus nos docuit. Crux enim ſm beatum Augu. non tam fuit patibulum morientis/ q̄ cathedra docentis/ Flores pertinent ad virtutes quas nobis in cruce commendauit/ Fructꝰ fuit redemptio mūdi. Scdm tertium intellectum notandum q̄ voluptas seculi lignuꝫ sublime fuit ante incarnationē filij dei/ Appreciabatur enim multum a sapientia mundi/ Sed deus hoc lignum humiliauit/ cum christus qd̄ carni erat molestius elegit. iuxta Bernhardi. verbuꝫ/ Et melius et magis eligendum esse docuit/ Luce. vj. Ve vobis diuitibus qui habetis hic consolationes vestras/ Lignum vero humile. austeritateꝫ scꝫ penitētie exaltauit/ in hoc q̄ induens saccum mortalitatis nostre penitentiā pro peccatis nostris agere voluit/ Ipse fuit qui ciuitatem ecclesie penitentia liberauit/ Aug. Filius dei non habebat vbi flagellaret/ ad hoc carnem indutus est vt sine flagello nō esset/ Ipse hoc lignum exaltauit cum ait/ Penitētiam agite. a propinquabit enim regnum celorum Math. iiij. Eiusdem Beati qui ligent. quoniam ipsi consolabuntur/ Deus lignum viridis siccauit. cum voluptatem carnis mortiferā esse docuit Roma. viij. Prudētia carnis mors est/ Ecclesiastici. vij. Inueni amariorem morte mulierem/ per q̄ voluptas signatur/ Lignum aridum frondere fecit/ cum mortuos in peccatis penitentia resuscitauit/ Penitētia virga aaron est frondens florens ⁊ fructum faciens/ floret in cōtricione p propositum ſuiendi deo/ frondet in confessione. fructum facit in satisfactione ¶ Et notandū q̄ euangeliū huius festiuitatis est illud/ Ego si exaltatꝰ fuero a terra oīa traham ad meipsum/ Et sequitur expositio exaltationis/ Hoc aūt dicebat significans q̄ morte esset moriturus/ Exaltatio ergo christi est sua mors in cruce/ quā ⁊ iudei intelligētes dixerūt/ Nos audiuimus ex lege q̄ christus manet in eternum/ ⁊ quō tu dicis oportet exaltari filiū hominis/ quis est iste filius hoīs/ Quā intellectionē ipsi nō habebant infusa sapiētia/ sed magis stimulata consciētia/ Unde eis dicit/ adhuc modicū lumen est in vobis/ Unde ad questionē cur iudei fidē nō habeant/ respondet apl's ad Rom. ix/ Offenderunt em̄ in lapidem offensionis/ ⁊ in petrā scandali/ Que sententia etiā habet ysa. 28. et. j. Petri. ij. Quia iudei excecationē in xp̄o passi sunt/ diuinitatē eius in humanitate latentem contēnentes/ A xp̄i ergo fidelibus exaltatio sancte crucis ideo celebrat/ qꝛ in ea fides crucis plurimū manifestatur/ Cum eraclius deuotione crucis accensus que dehonerabat a Cosdra. ipsaꝫ crucem angelo visibiliter apparente ⁊ edocente humiliter hierosolimā reportauit/ Cosdra īterfecto/ Ubi ⁊ multa renouabant crucis miracula. christus enim venit mundū saluare nō perdere/ Ideo immemor iniurie ⁊ memor gratie affixus ligno illacrimabat populū/ ⁊ vt pctā nostra dilueret de visceribus misericordie hoc fundebat vnguentū/ Pater ingnosce hijs. qꝛ nesciunt quid faciunt/ De gloria crucis req̄re in scdo sermone de sancto andrea/ qui nō accipit crucē ⁊c/ Itē ſmōes ptinētes ad crucem require in parasceue ⁊ in inuentione sancte crucis.

¶ De sancto matheo ſmo. I.

In ordine. 90.

Opus fac euāgeliste. ij. Thi. ij. Hodie celebrat ecclesia festuꝫ beati mathei apostoli et euangeliste/ in quo fideles non debēt tantum operam dare vt eius gratiam acquirant/ immo vitam eius diligenter debent attendere/ vt eam imitari valeant. ad qd̄ pertinet inuitatio proposita/ Circa qd̄ notandum q̄ duplex est opus euangeliste/ scilicet

bona nūciare/interpretatur enim bonus nū cius et ad memoriam ea scripto commenda re/Circa primum notandum q̄ cum a deo venerimus/et ad deum reuersuri sumus/ꝛ a ꝺo nos missos reputam⁹ necesse ē. vt sic nos habeamus/vt ad eum reuertentes qui nos misit/boni nūcij ab eo reputemur/Alioquin cum diabolo ad ignem mittemur Mathei. xxv. Discedite a me meledicti in ignem eter num/qui paratus est diabolo ꝛ angelis eius

¶Et notandum q̄ quatuor pertinent ad bo num nuncium/Primum est vt semper sit pa ratus/non debet tunc primo incipere para re se quando dicitur ei vt vadat Psalmista. Paratus sum ꝛ non sum turbatus. Item pa ratum cor meum deus paratum cor meum. Paratus erat samuel cuz dicebat. Ecce ego Et cucurrit ad heli eos. i. Regum. iij. ibi dicitur Loquere domine quia audit seruus tuus/Item paratus erat angelus qui tho. biam iuniorem duxit. Thobie. v. Egressus thobias inuenit iuuenez stantem splendidū precinctum ꝛ quasi paratum ad ambulandū Sic parati erāt subditi centurionis. Ma thei. viij. Dico huic vade ꝛ vadit/ꝛ alij veni

¶ꝛ venit/Secundum est velocitas. Prouer bioꝝ. xxi. Vidisti hominē velocem in opere suo/coram regibus stabit nec erit ante eos ignobilis/Nuncius bonus est velox cursor/ Bernhardus. Qui amat ardentius currit velocius/ꝛ puenit citius/ij. Thim. iij. Cur sum consumaui/Et de christo q̄ exultauit vt gigas ad curendam viam. Dauid. Viam mandatorum tuorum cucurri/Sed quidā sunt qui videtur esse mortui/Non enim ap paret q̄ se moueant proficiendo in aliquo. Bernhardus/Magna confusio/ardentius desiderant seculares pernicioſa q̄s nos vtilia alacrius currunt ad mortem q̄s nos ad vitā/

¶Tertium est diligentia vt scilicet ad hoc stu deant vt q̄ iubentur. bene faciant/Non em facere sed bene facere meritorium est/alioquin demones mererēt/De christo legitur. Ma thei. vij. Bene omnia fecit/Et Luce. xiij. Factum est vt imperasti/Quidam preceptū dei onus reputant/ꝛ nihil aliud videntur quererenisi q̄ ab onere illo sint expediti/

¶Quartū est vt animū suum non habeant fi xum ad locum aliquez/vel ad opus aliquod ſz totaliter dependeat a voluntate iperantis Ezechielis. Quocunqz ibat spiritus illuc euntes pariter eleuabant sequentes eum. Volubilitas obedientie sequi debet q̄ spi ritus sanctus imperanti dictauerit/Placere debet nūcio q̄ videt placere ei qui mittit eū Augustinus in libro confeſ./Optimus est minister qui non magis intuetur hoc a te au dire q̄ ipse voluerit sed potius hoc q̄ a te audierit.

¶Circa secundū opus euangeli ste notandum q̄ non sufficit christiano do ctrinam euangelij audire vel alij dicere/sed debet eam in corde scribere/vt in memoria eam retineat. Scriptura est certa designa tio ꝛ stabilis/Deus voluit scribere decalo gum iudeis in tabulis lapideis/Exodi. xxxi Et cum tabule essent fracte/iterum voluit eum scribere alia vice/Exodi. xxxiiij. Item voluit vt doctrina euangelij scriberetur nō ab vno tantum sed a quatuor euangelistis/ Sic legem dei in corde tuo scribas et si se mel scriptura deleta fuerit/iterum scribas eā Ecclesiastici. xxviij. Sapientiam scribe in tempore necessitatis ꝛc. Hieremie. xxxij. Da bo legez meam in visceribus eor/ꝛ scribā ꝛē Prouerbioꝝ. iij. Describe eaz in tabulis cor dis/loquitur de misericordia ꝛ veritate cir ca que lex versatur. In eodē. fili mi ne obliui scaris legis mee. ꝛ precepta mea cor tuū cu stodiat/Quid prodest conceptio quā statim mors sequitur. Sic parum valet susceptio doctrine vel sapientie si statim obliuio sequa tur/Obliuio quedā mors sapientie est/ſm Gregorium. Item quid prodest aliquid po nere in saccū pertusum/Ecclesiasti. xxj. Cor fatui quasi vas confractum/ꝛ omnem sapien tiam nō tenebit. Inutile est imprimere figu ras in aqua. cum eas non seruet. Item inuti le est capere feram. si capta tam cito euadat. vel capere cibum si statim emittatur Sene ca in epistolis. Non prodest cibus in corpo re qui statim sumptus emittitur/Sic paruz prodest doctrinaz euangelij audire. nisi me moriter teneatur/Luc. ij. Maria conserua bat omnia verba hec conferens in corde suo

¶Multum posset confundi. qui. xx. vel. xxx. annis fuit christianus/et vix potest dicere quatuor verba euangelij. cum vnus hereti cus addiscat modico tpe magnā ptē euange lioꝝ. Et notandū q̄ ꝗtuor de causis potest accidere q̄ aliquis christianus ita parū pro

ficiat doctrinam faciaz addiscendo. Prima est defectus concupiscentie ad addiscenduz. Sapientie. vi. Inicium sapientie est verissima ꝯcupiscentia discipline. Secūda est ꝙ sapia mūdi cor eius occupauit. Vñ nō habz vbi dei sapientiam recipiat. Seneca de quibusdam. Ideo iuquit nō discunt multi, quia superuacua didicerunt. Tertia est quia cor eius est quasi terra iuxta viam. que parua occasione fit via, et transeunt homines per eam. Unde semen ibi deperit. Luce. viij. Sic multi tot habent cogitationes mundanas. etiam dum sunt in sermone, ⁊ postq̄ recesserunt ꝙ nihil remanet in eis de doctrina audita. Quarta est ꝙ nihil repetunt de hijs que audiunt. Augustinus ad fratres de monte dei. Non tantūmodo agendum est vt cum aliqua delectatione, vel sine grandi nausea dies transagatur, sed vt etiam dum peracta dieta ad profectū mentis semper aliquid in conscientia resideat, aliquid quotidie in thesaurum cordis congregetur. Thesaurus cordis est mēoria. Idē de quotidiana lectione. Aliquid in ventre memorie dimittendū est qđ fidelibꝫ dirigat ⁊ rursus reuocetur, crebrius ruminetur. qđ proposito cōueniat, qđ intentionem perficiat, qđ animum dirigat, qđ alibi eū cogitare non libeat. Animal non ruminans immundū est. Leuitici. xi. Opus mathei euangeliste fuit facta christi hominis describere, vnde Ezechielis. iij. et Apocalypsis. iiij. Inter aīalia q̄bꝰ q̄tuor euangeliste designantur. figuratus est mathe⁹ ꝑ hominē. Ergo ipsum imitatur qui facta christi ⁊ conuersationem eius diligenter attendens, ei pro viribus assimilatur. Bernhardus. Beatus est domine qui te hominē inter homines conuersantem diligenter obseruans, pro viribus se prebet imitatorē tui.

De eodem Sermo. II.
In ordine. 91.

Cum intrasset iesus vidit hominem sedentē in thelonio matheum nomine. Et ait illi. Sequere me ⁊ surgens secutus est illum. Mathei. ix. Luce. v. Additūr relictis omnibus. ſm glosam. thelos grece vectigal latine dicitur. Vectigal vero dicitur a vehendo quia datur de hijs que vehūtur. Thelonium vero dicitur locus vbi vectigal recipitur. Ecclesia de beato matheo solennizans in euangelio eius vocationem nobis recitat, circa quam recitat ad dei gloriam ⁊ nostram edificationem, que attendere debemus scilicet modum vocaudi, modū sequendi, vocantis affectuz, vocationis effectum. Ad modum vocandi duo pertinent. scilicet ꝙ saluator vocandum respexit et sequi iussit. Respectio diuine misericordie cōuersionem peccatorum necessario precedit. Sapientie. iiij. Respectus eius in electos illius. Luce. xxij. Conuersus dominus respexit petrum. Et subditur Egressus foras fleuit amare in quo confunditur repromissio quorundam nequissima que multos perdidit, qua credunt esse in potestate sua conuerti cum voluerint. Osee. xiij. Perditio tua ex te israel, tantūmodo ex me anxilium tuum. Job. xij. Si destruxerit nemo est qui edificet, si incluserit hominē nemo est qui aperiat. Ecclesiastes. vij. Considera opera dei ꝙ nemo possit corrigere quem ille despexerit. id est aspectu misericordie non respexerit. In quo etiam confunditur indignatio quorundam qui impacienter sustinent si non corrigantur peccatores ad eorum verba, ac si nescirent correptionem eorum esse diuinam. Si quis vero conuersus fuerit sapientie sue ⁊ eloquentie insipienter hoc ascribunt, non confert virtutem incedendi vel gradiendi ille qui prefert lucernam gradienti, nec confert vitā comedenti qui cibum ei āministrat. Nec campana confert gratiam orandi. ſ ad locum orationis vocat. Nec tuba potestatē dat pugnandi sed monet ad pugnādū. Sic predicatio iuuat ad hoc ꝙ homo vita gratie viuat, salubria agnoscat. viam paradisi incedat. Sed nisi deus operetur non potest in ista sine deo. Oratio premittenda est predicationi ⁊ gratiarumactio debet subsequi. Augustinus in libro de doctrina christiana. loquēs de doctore. Orando inquit pro se aut pro illis quos allocuturus est, sit orator antequā doctor. Idē in eodē. Si regina

hester ꝓ sue gentis temporali salute locuta apud regem orauit/ vt in os suũ congruũ sermonem daret deus/ quãtomagis orare debet vt tale munus accipiat. qui pro eterna hominum salute in verbo et doctrina laborat/ Post sermonem vero non est negligẽda grãꝝ actio/ Ingratitudo em̃ est vent⁹ vrẽs siccãs sibi fontẽ pietatis/ rorẽ misericordie fluenta grẽ/ vbi dicit Bern./ In hoc ꝙ seq̃ iussit dedit predicatoribus formaꝫ efficaciter instruendi/ Efficatior ẽ vox operis q̃ꝫ vox sermonis. vt ait Bernardus. ⁊ sicut dicit seneca. Longum iter per precepta/ breue. ⁊ efficax ꝑ exẽpla. Et notandũ ꝙ xp̃c multotiẽs legitur monuisse ad sequendum se/ Monuit ad hoc aliquos temporalibus intendentes. Ut petrũ et andreã/ Mathe. iiij./ Ad idem monuit petrum iam discipulum factum/ sed precedere volentẽ/ Mathei. xvi. Uade post me sathana/ Monuit eundem iam pastorẽ factum ad idem/ sed circa inpertinencia intẽdẽtem Joh. vltimo. Quid ad te tu me sequere/ Primam monitionem implet paupertas voluntaria per mundi contemptum. Unde sequitur. Relictis omnibus secuti sunt euꝫ/ Secundum implet obedientie humilitas/ et pertinet illa monicio ad religiosos iam factos/ in quibus est valde reprehensibile. cuꝫ p̃cedere vult qui deberet sequi/ ſm illd̃ Ps̃. Auertantur retrorsuꝫ ⁊c̃/ Petrus sequendo christi discipulus. precedẽdo sathanas fuit/ Nõ quiescit religio. si pedes sursum ⁊ caput deorsum/ vt scꝫ. sint supra qui deberent esse infra. Aug. in libro confesso/ Minus ordinata. inquieta sunt/ ordinata autez quiescũt/ Idem in eodem. Jussit deus et sic est/ vt pena sibi sit omnis inordinatus animus/ Terciam autem monitionem implet charitas zelum habens ad salutem animarum/ Ualde enim reprehẽsibilis est ociositas in illis qui debent intendere saluti animarum/ qui debent subuenire pereuntibus in mari huius mundi/ ij. Thimo. iiij. predica verbum. insta oportune importune./ Prouerbioꝝ. vj. Si spopõderis pro amico tuo/ defixisti apud extraneum animam tuam/ illaqueatus es verbis oris tui et captus proprijs sermonibus/ fac ergo ꝙ dico fili mi ⁊ temetipsum libera/ quia incidisti in manum proximi tui. discurre festina/ Seneca. tantum habes nogocij. q̃ntum medicus in pestilentia/ Ad modum sequendi duo pertinent scꝫ. ꝙ velociter secutus est/ ⁊ ꝙ omnia reliquit. In primo datur exemplum peccatoribus nõ obdurandi corda contra admonitiones diuinas. sed facile adquiescendi eis. Cor enim durum male habebit in nouissimo/ et qui amat periculum in illo peribit Ecc̃. iij. Exemplum etiã de hoc habemus in iudeis/ qui propter duritiam cordis percussi sunt in deserto. Numeri. xiiij. Et hierosolimitis qui destituti fuerunt/ quia obdurati erant ad predicationem christi et apostolorum Luce. xxiij. Nõ relinquetur in te lapis super lapidem/ eo ꝙ non congnoueris tempus visitationis tue/ Hic obiciunt porphirius et iulianus heretici in hoc loco arguentes imperitiam historici mentientis/ vel stulticiam eorum qui statim secuti sunt saluatorem/ quibus respõdet Hieronimus in originali super matheũ dicẽs. Tante virtutes tantaqꝫ signa p̃cesserant/ ꝙ apostoli anteq̃ꝫ crederent viderunt ꝙ minime dubitare potuerũt/ Certe fulgor ⁊ maiestas diuinitatis occulte que etiam in humana facie relucebat/ ex ipso aspectu ad se trahere poterat/ videmus etiam in magnete lapide hoc esse. Unde dicitur ꝙ anulos et festucas et stipulas ad se copulat/ q̃nto magis dominus rex omnium/ ad se trahere poterat quos volebat/ Et glosa super illud/ Secutus est/ non leuitate ductus. sed virtute operum. et diuina potentia/ intus operante tractus/ Et notandum ꝙ sanctus mathe⁹ sapienter egit in hoc ꝙ sequẽs christum terrena reliquit/ Primo quia currentẽ erat secuturus/ Bernhardus. loquẽs de illo verbo petri. Ecce nos reliquimus omnia. optime inquit ⁊ non ad insipientiã tibi quia exultauit vt gigas ad currendã viam ⁊ currentem sequi non poteris oneratus/ Scd̃o quia per angustam portam erat transiturus Bernhar. Felices exonerati qui sequi possunt expediti/ artissimuꝫ enim foramen nos exspectat/ Attendamus. necesse est ingredi per angustam portam/ quid tu camele gippuꝫ. quid tu pecuniose sacculos proditoris tollis/ Non sic impie non sic ingredieris/ foramen acus huiusmodi sarcinas non admittit/ Tertio quia per mare periculosuꝫ mũdi erat natatur⁹/ Nemo em̃ cũ sarcinis enatat

vt ait seneca. Quarto quia per viam arduaz ascensurus. Oneratus difficile ascendit. Psalmus. Beatus cuius est auxilium abs te. ascensiones in corde suo disposuit.

Quinto quia nisi ea relinqueret ab eis erat relinquendus. Bernhardus loquens petro. Transit inquit mundus t concupiscentia eius t relinquere magis expedit q3 relinqui. Vocantis affectus est nobis diligenter attendendus. scilicet magna saluatoris benignitas notoziũ peccatozem vocans ad familiarem societatẽ. quem voluit in ecclesia duplicem habere dignitatem. vt scilicet esset apostolus t euangelista. in quo nullum habet simílem sibi nisi iohannem euangelistam. Humilitas penitentie parificatur innocentie. Bernhardus. fugiamus ad misericordiam. t dicamus quoniaz melioz est misericordia tua super vitas. t qui non possumus in vestitu innocentie seu iustitie appareamus vestitu cõfessionis. Psalmus. Confessio t pulcritudo in conspectu eius. Benignitas saluatoris apparet in hoc q publicanos recipit non solum ad colloquium. sed etiam ad conuiuium. Et murmurantes super hoc prudenter instruit. t a murmure compescit. Effectus etiam vocationis nobis attendendus est. scz appropinquatio publicanorum ad iesum. exemplo mathei sperantes a saluatore veniam consequi. Nullus iam locus desperationis relinquitur. exquo publicanus apostolus et euangelista efficitur. Bernhardus super cantica. Omnino propter mansuetudinẽ que in te predicatur curramus post te domine iesu. audientes q nõ spnis pauperẽ. pctõẽ nõ horres. ñ horruisti confitentem latronem. non lacrimantem peccatricem non chananeam supplicantem. non publicanum. non negantem discipulum. non persecutozem. discipulorum. non ipsos crucifixores tuos. In odore horum vngentorum curramus. Luce. v. Exprimit conuiuium magnum saluatori a leui. siue matheo in domo sua factũ pter conuiuiũ corporale qõ matheus fecit saluatori. Fuit nobile conuiuiũ spirituale qõ ei exhibuit. ẽm illud Apocalypsis. iij. Si quis aperuerit mihi introibo ad illum. t cenabo cum illo t ipse mecum Ipse peccator cibus delicatus est deo. Genesis xxvij. Auser mihi duos edos optimos vt faciam escas patri tuo quibus libenter vescitur. Lucas dicit Conuiuium magnum factum est. vere magnum est tale cõuiuium. quia de reliquijs eius comedunt angeli. Luce. xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agẽte. Bernhardus Lacrime penitentium vinuz sunt angelorum.

De beato Mauricio t socijs eius. Sermo. 92.

Sancti per fidez vicerunt regna. Hebreorũ. xi. Ecclesia que solennisat. Hodie de beato mauricio t socijs eius. verbum proposituz assumit in laudem eorum. in quo nobilitatem triumphi eorum insinuat. t causam victorie demonstrat. Primum ibi vicerunt. Secundum ibi. per fidem. Isti sancti non vnum militem solum. vel ciuitatem vel vnum regnum. sed regna plura vicerunt. Regnum scilicet hominũ. demonum. t celorum. Regnuz hominũ vicerunt dũ iniquis iussionibus tiranni adquiescere noluerunt. vt scilicet christianis nocerent. vel honorem deo dandum ad deos gentium qui omnes sunt demonia transferent. Vere tirannum vicerunt qui morte ab illo illata a christo separari non potuerunt. Augustinus. Inuictus est. cui non potest auferri quod amat.

Regnum demonum vicerunt. qui hijs tribus vicijs scilicet concupiscentie carnis. et concupiscentie oculorum t concupiscentie vite ceterisq3 tẽtationib9 nõ psenserũt. Regnum celorum vicerunt. qõ quasi quedam violentia obtinuerunt. Mathei. xi. Regnũ celorum vim patitur t violenti rapiunt illud. Nobilitatem huius triumphi quã hij sancti martires habuerunt. nõ feriendo sed parcẽdo. primo ostẽdit christ9 rex glorie qui hunc modum triumphandi sibi elegit. Cuz enim posset habere duodecim legiones angelorum. quibus hostes suos superaret. patientia pocius voluit eos superare. prima Corinthioz. i. Qõ infirmum est dei fortius est hominibus. Prouerbioz. xvi. Melioz est paciens viro forti. t qui dominatur animo suo. expugnatore vrbiuz. Seneca. Da

gni animi est iniurias in sūma pacientia pa ti. Glorioſum est valde in hoc mundo. vin centi christo assimilari. Ecclesiastici. xxiij. Magna gloria est sequi dominū. Ad nobi litatem huius triumphi facit eius raritas. paucis enim cōtingit hoc q̄ perfecta pacien tia sibīpsis dominentur. ipsoꝝ victores. Seneca. Innumerabiles sunt qui populos qui vrbes habuerunt in potestate. paucissi mi qui se. Super illud Job. iij. Vbi est for titudo tua. Dicit glosa. Qui se vincit con tra omnia fortis est. Vnus homo perfecte paciens. a toto mundo vinci non posset. Se neca. Facilius est gentem q̄ virum vnum vincere. Et super illud. Qui dominatur ani mo suo fortior ē expugnatore vrbiū dicit glosa. Minor ē gloria vrbes expugnare q̄ seipm. Extra sūt illi q̄ vicūt. paciēs āt supat hostē q̄ iaz secū est in arce. Dificili⁹ est hosti resistere cū iam castrū intrauit. Hostē familiarissimū vincit q̄ seipm vincit. Nulla vero pestis est efficatior ad nocendū q̄ familiaris inimic⁹. Ista victoria habita de seipso. nulla fuitus remanet ignominiosa. In illis vero. qui ci uitates expugnauerūt. multiplex fuit⁹ igno miniosa remanet. Aug. Mal⁹ tot dñoꝝ ser uus est q̄t vicioꝝ. Bern. An non seruus cui dñāt iniq̄tas. nisi tu idigni⁹ iudices hoiez tibi q̄ vicīū dñari. Causa victorie fuit fides .j. Jo. Hec ē victoria q̄ vincit mundū fides nostra. Ibidē quis est q̄ vincit mundū. nisi qui credit qm̄ xp̄⁹ est fil⁹ dei. qō itelligendū est de habente fidem viuā. De mortua dicit Ber. Nec mirū videri pōt si neq̄ fides vin cit q̄ nec viuit. Et notandū q̄ mund⁹ duabus manib⁹ nobiscū pugnat. Dextra ꝓsperitatis ⁊ sinistra aduersitatis. ꝓsperꝫ allicies aduersis terrēs. quem ille vincit qui credit xp̄m esse filiū dei. Qui enī hoc credit. nouit eū fuisse sūme bonū nec habuisse defectū ve ri boni. nec p̄sentiā veri mali. Unde cū in eo tēporalis ꝓsperitas defuerit. et aduersitas affuerit. ppēdere p̄t talē ꝓsperitatē nō esse verū bonū. nec esse appetendā. Nec talem aduersitatē esse verū malū. nec esse timendā Aug. Oīa bona terrena ꝓtempsit hō deus. vt ꝓtemnenda monstraret. ⁊ oīa mala terre na sustinuit. q̄ sustinenda p̄cipiebat. ut nec in illis q̄rerēt felicitas. nec in istis timerēt infe licitas. Fides est scutū triangulū quo circum dat veritas dei. Ephe. v. In oībus sumen tes scutum fidei. Ideo primus angulus est fides de penis inferni. Alius de bonis eter nis. tertius fides xp̄i mediatoris. Fides ostē dit hīs qui sunt in pugna spirituali. ex vna parte regnum dei paratum si vicerint. ex a lia parte patibulum infernale sibi paratum si victi fuerint. ⁊ hec causa ē strenue pugnādi ⁊ vincendi. Bern. Quid est q̄ non optamus etiā per medios (enses si oporteat) tantā de clinare miseriam. ⁊ ad tantam accelerare glo riam nisi q̄ mortua est fides nostra. Fides o stendit christum hīs qui sunt in pugna tri pliciter. vt strennuū ducē. strēnue agendi ex emplum dantem. vt fortissimū adiutorem. Ut liberalissimum remuneratorem ⁊c.

Primo modo ostendit se christus apostolis cum essent intus in domo propter metum iudeoruꝫ. ostendens eis manus ⁊ latus. Lu ce vltimo. Hebreoꝝ. xij. Recogitate eū qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus se metipsum contradictionē. vt non fatigemi ni animis vestris. deficientes. Secundo modo ostendit se stephano. Actuū. vij. pma Corinth. x. Fidelis est deus qui non permit tit vos temptari super id qō potestis. sed fa ciet cum tentatione prouentū. vt possitis su stinere. Tertio modo ostendit se deus abra be. Genesis. xv. Noli timere. ego protector tuus ⁊ merces tua magna nimis. Augusti nus. Labor te terret vide mercedem. Fides est sapientia illa quā non vincit malicia Sa pientie. vij. Attingit enim a fine vsqꝫ ad fi nem fortiter. a fine inquā cogitationis vsqꝫ ad finem operis. Fides enim ostendit cogi tationem malam esse. velut caput serpentis infernalis cui fortiter resistendum est. Hie ronimus. Lubricus est antiquus serpens. ⁊ nisi capite teneatur. statim labitur.

De sancto michaele. Sermo. 93.

Factuꝫ est prelīū magnū in celo michael ⁊ angeli eius preliabant cum draconē. Apoc. xij. Tēpus belli ⁊ tempus pacis Ecc iij. In presenti est tempus belli. Milicia est em vita hois super terram. Tempus pacis in futuro. qō ptinet ad ecclesiam triumphā

tem/cuius fines deus posuit pacem/ ysaie. xxxiij. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis/ Tempus belli pertinet ad ecclesiam militantem/de cuius bello iohānes in verbis ppositis duo nobis ostendit/scz magnitudinē prelij/z magnitudinem adiutorij/ Primū ibi.factū est prelium magnum in celo id est in militante ecclesia/ Hoc prelium magnum precipue est factū/postq̄ dyabolus a cordibus hominū eiectus est per fidem christi. Johis.xv. Nunc princeps mundi huius ejcietur foras/ Secundum ibi. michael zc. Primū icutit timorē/ Scōm subleuat spem dādo consolationē/ Circa primū duo ostendemus.scilicet quare ecclesia dicatur celum/ et quomodo prelium eius sit magnum/

Notandum ergo q̄ ecclesia militans tempore gratie.ꝑm statum in quo pater eam posuit/z eam esse voluit recte celum dicitur ratione quadruplici/ Primo.quia de celo descendit/ Secundo quia ad celum tendit ibi sine fine mansura/ Tertio quia mente in celo versatur/ Quarto quia celo assimilat. Ecclesia de celo descendit/ꝑm illud Apoc.xxi. Ego iohannes vidi ciuitatez nouam hierusalem descendentē de celo/sicut aliquis dicitur facere imaginē.ratiōe forme/licet ꝑm materiam eam nō efficiat/ Sic ecclesia militās quantū ad formā de celo descendit/sapientiam eius z virtutem inde recepit/fontem sapientie verbum dei in excelsis/de quo habetur Ecc.j.id est ad erudiendum eam/de quo descēdit. Math.xxiij./ Unus est magister vr̄ qui in celis est/Aug⁹. Cathedram habet in celo q̄ corda docet i terra/ Primi de ecclesia cū essent ydiote/manifeste edocti fuerunt a deo/ Actuū.x. Aug⁹. Ideo descendere de celo ciuitas illa dicitur/quoniā celestis est gratia q̄ deus eā facit.z posse.z scire.z velle/ qō a deo habet/ Actū.j. Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos/ Esse gratie. sancti pocius reputant q̄s esse nature/prima Cor.xv. Gratia dei sum id qō sum./ Ecclesia in celum tendit.z celestia in operibus suis intendit/illa.n.sibi sunt pmissa/ Math.iij/et iiij. Penitentiam agite appropinquabit enī regnum celorum. Ad celestis regni promissionē inchoauit legem nouam saluator/ Math v. Beati pauperes spiritu/ quoniam ipsorū est regnum celorum/ Synagoga terrena intendebat que sibi promittebantur/ ysaie.j.

Si volueritis et audieritis me.bona terre comedetis/ Ecclesia etiaz in celis conuersatur.ꝑm illud Ad phil.iij./ Nostra cōuersatio in celis est/ Conuersabatur apostolus in celo.meditatione.desiderio z spe.ij. Corinth. iiij. Non contemplantibus nobis ea que videntur/ Ecclesia celo assimilatur ꝑm statum in quo eam saluator posuit.z eam esse voluit/

Possumus autem circa celum sex proprietates attendere.in quibus saluator voluit ecclesiam ei assimilari/ Celum est locus sublimis.habitatio spirituum. locus vbi est perfecta obedientia.perfecta concordia. perfecta ordinatio/ Ubi etiā iugiter resonat vox laudis.z gratiarū actio/ Celum locus sublimis est.cum multum distat a terra/ Sic christus voluit ecclesiā suā esse in sublimitate vite/et multum elongatam a terrenis./ Ideo ad contemptū terrenorum specialiter consuluit dominus./ Math.xix. Si vis pfectus esse zc/ Et in eodem. Facilius est camelū per foramen acus transire q̄s diuitem intrare in regnū celoz/ Luce.xiiij. Omnis ex vobis q̄ non renunciauerit omnibus que possidet/nō potest meus esse discipulus. ysaie.lv/ Sicut exaltant celi a terra.sic exaltate sunt vie mee quas tenui z tenendas docui.dicit saluator qui erat patris sapientia.z sapienter processit in extirpatione viciorum./ Securim predicationis ponens ad radicem malicie/que est cupiditas. j. Thim. vi./ Radix omnū malorum cupiditas/non fiet perfecta correctio in ecclesia dei.nisi extirpationi cupiditatis in ea intendatur/ Cupiditas tantum exercetur quantum ad multos in ecclesia dei/q̄ etiam se venales exhibent/z ipsum deum scz spiritum sanctum./ Eccī.x. Nihil iniquius q̄s amare pecuniaz/hic enim animā suam venalem habet/ Quantum ad hanc primam proprietatem/non videtur ecclesia esse celū sed pocius terra quantum ad plures/nec minus amare terrena q̄m amauerit synagoga./ Hieremie. vi. A maiore vsq̄z ad minorem/ omnes auaricie student/ Celuz locus est sublimis.maxime empireum./ Unde dicit philosophus q̄ añ corpus in q̄ est diuersitas luminis est aliquid supra inquo est vniformitas luminis/ Primū est celum vbi sunt stelle fixe scz firmamentū.z qō est infra ipsum vbi sunt planete/ Secūdū est celū empireū qō xp̄c voluit ecclīaz esse/z locū luminis habētē celestis

sapiētie claritatē ⁊ honestatis splēdorē. Hñ posuit in ea viros splendentes luce doctrine ⁊ boni exēpli ⁊ velut q̄sdā stellas ꝑm illud ad Phil. ij. Inter quos lucēt quasi stelle in firmamento. verbū vite cōtinentes. Math. v. Vos estis lux mūdi. Sed hodie ꝓ lumine sapiētie celestis. est lumen sapientie terrene. qđ assimilat lumini ligni putridi. qđ de nocte. non de die appet. Sic sole intelligentie apparēte manifestū erit q̄ terrena sapientia stultitia fuit. ⁊ de multis statutis humanis q̄ iniqua fuerūt. sicut dñs ostendit de aliq̄bus statutꝫ scribaꝝ ⁊ pheoꝝ. q̄tū ad ꝓprietatē pocius ecclesia terra est q̄ celum. quantum ad plures. et loco stellarum sunt mala culpe.

¶ Item celū est habitatio spirituū. celū inquā empireū qđ qñ factū ē. ā gelis stati repletū ē. illi spūs sunt immediate a deo. non ab alio. deo totaliter se debēt ⁊ exhibent. Sic deus voluit ecclesiaz esse habitationē hominū spiritualiū nō carnaliū. quos deus ītroduceret in ecclesiam quoꝝ seruicium haberet. Joh. viij. Qđ natū est ex carne caro est. ⁊ qđ natū est ex spū spūs ē. Primi đ ecclia spūales fuerūt ij. Coꝝ. x. In carne ambulātes non ꝑm carnē militam? qui in carne sunt placere deo nō possunt. ideo deū non placāt. Bern. Si non places nō placas. prelatus si spūaliter precedat beatus est. si vero carnaliter precedat. sathanas a deo reputatur ⁊ est scandalus ecclesie dei. Math. xvi. Btūs es symon bariona qz caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi ꝛc. Et eiusdem. xvij. Vade post me sathana. quia nō sapis ea que dei sunt. Carnalis prelatus saluti est aduersarius. plus enim potest impedire salutem animarum. q̄m multi dyaboli.

¶ Item celum est locus perfecte obedientie quantū ad cōtinēs ⁊ cōtentū. ꝑs. Preceptū posuit ⁊ non preteribit. Math. vi. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Sed quātum ad multos obediētia mutata est. Ecc. x. Pecunie obediūt oīa. ¶ Item celū locꝰ est vbi est pfecta cōcordia. Job. xxv. Qui facis cōcordiam in sublimibus. hāc voluit xp̄c esse in ecclesia. Sed hodie ꝓ magna parte locus est dissensionis. ¶ Item celum est locus vbi pfecta est ordinatio. ibi em̄ sunt nouem ordines angelorū. scz nouem cetus ordinatissime se habentes in aliquo dono cōuenientes. ⁊ cū eorum sit contemplari ⁊ operari. ꝑm hoc distinguūt. Ad pfectionē cōtemplationis ptinent tria. Cognoscere. diligere quiescere. vl ꝓmanere. Ab excellentia dilectionis dicūt seraphin. Ab excellētia cognitionis dicunt cherubin. Ab excellentia quietis throni. Opari vero quis dicit tripliciter. vl impando. vel ministeriū exequēdo. Ad tres medios pertinet imperiū. scz dñationes. principatus. potestates. Dñationes habent potestatem ordinatam sup angelos cōfirmatos in bono. Principatus sup hoies vertibiles in bonū ⁊ malum. Potestates sup angelos obstinatos in malo. Ministeriū pertinet ad infimos scz virtutes. archangelos. angelos. virtutū est mira agere. Archangeli dicti sunt a denunciatione secretorum excellentissimi. angeli a denūciatione alioꝝ. Voluit christus in ecclesia perfectā esse ordinatōnē. sed ecōtra ibi est ordiatio. qđ debuit esse supra. s. celū ē infra. Prouerb. xxv. Celum sursum terra autē deorsuz. Qđ debuit esse ante ē retro. Hiere vij. Facti sunt retrorsum ⁊ non ante. Qđ debuit esse sinistrū est dextruz. Multi malū pe nefugiūt ⁊ reputāt aduersuz. malū ꝓ culpe q̄m pulres amplectūt. medicinā scz tribulatiōes timēt. vulnera negligūt. ¶ Item in celo iugit resonat gratiarūactio ⁊ vox laudis. Sic voluit xp̄c esse in ecclesia. sed m'ti lz ibi voce laudent. blasphemant ope. Aug⁹ sup illud. j. Coꝝ. x. Siue comedatis siue bibatis si modus nature debitū. immoderatio vorācitatꝫ excedit ⁊ vinolētia te īgurgites quātasq̄z laudes lingua resonet. vita blasphemat. ¶ Circa prelij magnitudinē notandū q̄ hoc prelium magnū est quinq̄ modis. scz duratione. duorat em̄ a tp̄e illo q̄ dictū est draconi. Gen. iij. Inimicicias ponā inter te ⁊ mulierē. Secūdo continuitate. Grego. Assidua tentatione nos pulsat. vt saltē tedio nos vincat. Tertio impugnantiū multitudine. vñ subditur post verbū ꝓpositū. Draco ⁊ angeli eius pugnabant. ꝑm Haymonē. Angeli draconis dicūtur quicunq̄z cōsenserūt ei. cū dixit. ascendā sup altitudinē nubiū ꝛc. ysaie. xiiij. ꝑm bedā non solū illi sed etiam hoies qui laqueis peccatorū sunt irretiti. Quarto impugnantiū fortitudine. Job. xli. Non est potestas in terra que ei valeat cōparari. Quinto modoꝝ impugnandi varietate. impugnat enim quasi infinitis modis. Paulinus Aug. hostis noster cui mille nocēdi artes. tam varijs expugnandus est telis. q̄ impugnat insidijs

